Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

FRANS VAN
LIMBORG

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

JOANNIS SARTORI

ADAGIORUM

CHILIADES TRES,

SIVE

SENTENTIÆ PROVERBIALES

Græcæ, Latinæ & Belgicæ,

EX

Præcipuis Autoribus collectæ,

AC

BREVIBUS NOTIS ILLUSTRATÆ.

Ex Recenſione

CORNELII SCHREVELII.



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM RAVESTEINIUM,

cIↄ Iↄc lxx.

KW
187 N 17
Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

TYPOGRAPHUS
AD
LECTOREM.

OFFERO *tibi*, Lector Benevole, JOANNIS SARTORI *Adagia*, CORNELIO SCHREVELIO *accurante, à mendis, quibus ſcatebant, vindicata, typiſque elegantioribus exornata, & Indice, in quo fruſtra quæratur nihil, locupletata. Verum ne quis illud Horatii:*

Laudat venales qui vult extrudere merces,

in me torqueat, plura non addam, minime dubitans æquum Lectorem, ſingulis probè perſpectis, ultrò ad ſententiam meam abiturum. Hiſce vale, & conatibus meis fave.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

JOANNES STURMIUS

De

Utilitatibus Proverbiorum.

ADagia Hiſtoriarum memoriâ utilia ſunt, fabularum notatione ſuavia, conſuetudinum obſervatione jucunda. Copiam verborum augent, ingenium acuunt, congreſſiones familiarium & amicorum exhilarant. Sed quod in omnibus rebus, id etiam hic retinendum eſt, ut, NE QVID NIMIS.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA I.

1. *Amicorum omnia ſunt communia.*

Τὰ τῶν φίλων κοινά.

Men ſluyt geen broot voor vrienden.

HOC Adagio Latinus genuinam vim amicitiæ ſignificat, qua vel animam amicus amico impendat. Nec ſecus noſtra hoc ſignificat lingua, dum dicimus, ne panem quidem, vitæ alimentum, inter amicos ſervari ſecluſum.

2. *Alter idem*, &, *Alter ipſe.*

Ἕτερος αὐτός.

Mijn eygen ſelfs.

Ut Latinus, ſic & Hollandus hominem impenſe charum ac amicum ipſum ſeſe cenſet. Ita ut inter amantes vulgatiſſimum ſit: **Ghy zijt mijn eygen ſelfs.** Dicendum autem eſt: *Altera ipſa uxori maritus eſt:* **Dat ghy den man doet/ dat doet ghy ſijn huyſvrouw.** *Vxor marito eſt alter ipſe:* **Dat ghy de huyſvrouw doet/ dat doet ghy den man.** Amicus amicæ altera ipſa eſt. Amica amico alter ipſe.

3. *Ne guſtâris quibus nigra eſt cauda.*

Μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων.

Wacht u van de ghetreeckende.

Plutarchus quidem hoc interpretatur, ut ne cum impro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

bis, & iis, qui nigris aut infamibus ſunt moribus, commercium habeamus. Noſtrate autem lingua, qui ullo corporis vitio laborant, ſic male audiunt, & infames ſunt, ubi aliquid deliquerint, ut adagiali ſermone ab illis cavere doceamur.

4. *Stateram ne tranſilias.*

Μη ζυγὸν ὑπερβαίνειν.

Houdt maet in alles.

Maet hout ſtaet.

Latinus hic ſignificat nihil præter jus & æquum eſſe faciundum. Porro ſummum jus cum ſumma ſit injuria, noſtrate lingua monemur, necubi præter modum ulla in re faciamus, id quod fit ex æquo & bono. Et Latinus quidem loquendi formulam ſumit, à rebus ponderandis, ſiquidem *ſtatera* propriè dicitur, quod vocamus **een evenaer /** quæ ſtando (unde & *ſtatera* nomen ducit) rem ex æquo dividit & adæquat: Unde & Germanica vox perinde ſonat, quaſi æquatorem dicas.

5. *Chœnici ne inſideas.*

Χοίνικι μὴ ἐπικαθίσαι.

Wilt niet ſorgen / voor den dach van morgen.

Adagium noſtratibus planè deſumitur ex Euangelicis literis, quæ vetant de craſtino ſollicitum eſſe. Et ita quidem D. Hieronymus, autore D. Eraſmo, hanc parœmiam interpretatur, ſiquidem Chœnix demenſum & cibus diurnus eſt.

6. *Ne cuivis dextram injeceris.*

Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξίαν.

Siet wie ghy by den handt grijpt.

Deligendum ſignificat, quem diligas, aut quid cui committas. Cum Germanico Adagio idem ferè eſt quod Paulus ait: *Manus ne cui citò impoſueris.* Id quod ille de cooptandis in Sacerdotum aut Epiſcoporum numerum dixit, qui gregis Dominici curam gerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

7. *Cor ne edito.*

Μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν.

Eet geen harte-bleys.

Ex Homero deſumptum eſt, cui θυμὸν κατέδειν, vel καρδίαν ἐσθίειν, ſui ipſius animum diſcruciare, ac curis degravare eſt. Noſtrate autem lingua hoc nomine gratiam habet adagium, quòd & *cervina* veſcamur, ad quam alluſio fit.

8. *Arctum annulum ne geſtato.*

Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον.

Ongebonden beſt.

Monet ne quis in ſervitutem ſeſe conjiciat, unde ſe non queat extricare. Siquidem quiſquis annulum anguſtum geſtat, is ſibi quodammodo vincula injicit.

9. *Ignem gladio ne fodito.*

Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν.

Wijckt den toorn.

Non laceſſendum docet eum, qui ira percitus eſt, ut cui magis concedere convenit. Diogenes Laërtius exponit potentium & ferocium iracundiam non eſſe convitiis exagitandam, propterea quòd flamma quo magis exagitatur, hoc magis ac magis invaleſcit. Apud noſtrates autem compluſculum gratiæ parœmiæ accedit, propter vocem ambiguam **toorn** / quæ & *iram* ſignificat, & *turrim*.

10. *A fabis abſtineto.*

Κυαμῶν ἀπέχεσθαι.

Wacht u van corruptien.

Docet abſtinendum à tractandis reipubl. muneribus, propterea quòd antiquitus in creandis Magiſtratibus ſuffragia per fabas vice calculorum ferebantur. Alii à rei Venereæ proluvio cavendum, & rurſum alii, ne in ferendis ſuffragiis lucro corrumpamur, præceptum volunt.

11. *Cibum in matellam ne immittas.*

Σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν.

Stroyt geen rooſen voor verckens.

Adagium noſtrates ſumunt ex literis Euangelicis, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

monent panem verbi domini non objiciendum canibus, ut neque roſas projicimus porcis. Porrò cibus per ſe laudatiſſimus in matellam injectus, nauſeam parit veriùs, quàm ut palatum delectet.

12. *Ad finem ubi perveneris, ne velis reverti.*

Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντα.

Als gy op 't naeſte zijt/ ſoo en keert niet aerſelingh.

Plutarchus fatalem diem, ubi aderit, interpretatur æquo animo ferendum, neque turpi vitæ cupiditate exanimari oportere. Generatim verò conſtantiam docet parœmia, & in feliciter cœptis, aut ferè abſolutis perſiſtendum.

13 *Tollenti onus auxiliare, deponenti nequaquam.*

Φορτίον συγκαθαίρειν, μὴ ἢ συνεπιτιθέναι.

Die voorwaert wil/ moet men de handt leenen.

Ad virtutem incedentibus augenda præcepta ſunt. Et qui ſua induſtria ac ſedulitate rem promovent, iis non eſt deneganda noſtra opera & auxilium.

14. *Ollæ veſtigium in cinere turbato.*

Χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ.

Deck toe de pot/ daer is ael in.

Ubi ira deferbuerit, omnem præteritorum malorum memoriam tollendam penitùs præcipit: Germanicè, ab anguilla metaphora ſumitur, quoties monemus conquieſcendum, ne plus feramus incommodi, ſiquidem anguillæ, niſi cooperias, citò ab olla ſeſe evolverint, quas reponendo, te magis ac magis commaculâris.

15. *Per publicam viam ne ambules.*

Λεωφόρου μὴ βαδίζειν.

De gemeene wegh / en is geen wegh.

Sic ſignificat non ſequendos vulgi errores. Sic Hollandus publicam viam feſtiva paronomaſia, dicit *inviam* eſſe potius quàm *perviam*.

16. *Un-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

16. *Unguium criniumque præſegmina ne commingito.*

Ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς, μὴ ἐπουρεῖν.

Arme vrienden moet men oock kennen.

Cognatos humiles ac inutiles non uſque quaque ſpernendos.

17. *Extra publicam viam ne deflectas.*

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.

Doet als u gebueren.

Superiori diverſum videtur. Sed illic docemur ſapere ut pauci, hic vero, loqui, ut complures. Et ſunt quædam, in quibus cum vulgo convenire, dexteritatis eſt. Sunt rurſum, in quibus à vulgo bonum virum quàm maximè diſſidere oportet.

18. *Quæ uncis ſunt unguibus, ne nutrias.*

Γαμψώνυχα μὴ τρέφειν.

Wacht u van die krom gevingert zijn.

Rapacitatem fugiendam docet, & Latinus quidem ab avium rapacitate ducit metaphoram: Hollandi vero ficum, ficum, & ligonem appellantes ligonem, furacem uncis eſſe digitis dicunt, citra metaphoram longius petitam, alioqui & hoc genus homines vocant: *rapiamus* **Volck.**

19. *Adverſus ſolem ne loquitor.*

Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ λαλεῖν.

Lieght by de wegh.

Hoc eſt: Ne improbè nimis mentiaris, manifeſtis atque iis quæ ſole clariora ſunt, repugnando. Noſtrate lingua jubes mendacium humi repere, & non contra manifeſtam ſolis claritatem aſſurgere.

20. *Gladium acutum avertas.*

Ὀξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.

Men derf hem 't mes niet in de handt geven.

Opinatur D. Eraſmus à periculoſis negotiis abſtinendum eſſe. Effertur enim & aliud proverbium, *μὴ παιδὶ μάχαιραν, Ne puero gladium.*

21. *Adverſus ſolem ne mejito.*

Πρὸς τὸν ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμιχεῖν.

Maeckt niet dat het in den Hemel ſtinckt.

Opinatur D. Eraſmus hoc dicto commendari verecundiam. At noſtrate lingua qui parum felices ſunt, & quibus omnia adverſum, nihilque proſperè cadunt, contra lunam minxiſſe ſe autumare ſolent.

22. *Hirundines ſub eodem tecto ne habeas.*

Ὁμορόφιους χελιδόνας μὴ ἔχειν.

Wacht u van die luyſter vincken.

Ab hirundinibus ad fringillas abit oratio noſtratis linguæ, cum ſignificamus à ſuſurronibus & garrulis cavendum. Et ita quidem teſte Eraſmo, adagium Latinum ex autoritate Ariſtotelis interpretatur Hieronymus. Magis autem placet ſi de ingrato intelligas hoſpite, quomodo & noſtra lingua dicunt: **Vander ondanckbarer logijs/heeftmen noch loon/ noch prijs.** Hoc eſt: *Ex hoſpite ingrato nulla neque merces, neque gratia eſt*, adeo ut nihil magis pereat, quàm beneficium in ingratos collatum. Quo nomine ob communicatum ſibi cum hominibus hoſpitium male audiunt hirundines, quæ ineunte vere cum veniant, ſub triſtem hyemem recedunt.

23. *Stragula ſemper convoluta habeto.*

Τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.

Het bedts-gordijn behoort dicht te zijn.

Verecundiæ nos monet hoc adagium. Ad Latinum autem adagium ſpectat partim Paulinum illud, quo dicit, *honorabile conjugium & thorus immaculatus.* Hollanda autem phraſis ſic verecundum eſſe vult, ut ne quid ſtultè ſi ſit inter conjuges factum, ſtulta lingua extra lectum effutiat, utque res omnis intra cortinas ſupprimatur tacita.

24. *In annulo Dei figuram ne geſtato.*

Ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν.

Godts naem te nemen in de mondt/
Paſt alle plaets/ noch alle ſtondt.

Non paſſim admiſcendam Dei mentionem monet.

25. Sel-

25. *Sellam oleo ne abſterſeris.*

Λαδίῳ εἰς θάκον μὴ ὀμοργνύσθαι.

Men ſal geen ſacken met ſijde naeyen.

Non abutendum ſignificat rebus pretioſis, ubi planè inutiles ſunt: Sellam enim ſi abſtergas oleo, præter quòd oleum perit, erit illa magis ac magis oblita & immunda. Saccum vero ſi byſſo ſarcire pares, præter byſſum deperditam, infirmus erit, & ad continendum immiſſa nihil validus. Ex hac loquendi formula & aliud noſtrate lingua habemus adagium:

Sella oleo abſterſa.

Een gouden deur aen een Verckens kot.

Quoties res pretioſa ineptè ac loco ſe indigno adhibetur: Veluti ſi quis eruditum ac elegans epigramma præfigat libello indocto ac planè inſipido.

26. *Coronam ne carpito.*

Στέφανον μὴ δρέπεσθαι.

Dat de Heeren wijſen / moetmen prijſen.

Monet adagium urbium leges ſervandas eſſe, non violandas, neque reprehendendas, quòd urbium turrita mœnia coronarum ſpeciem præbeant.

27. *Quæ deciderint ne tollito.*

Τὰ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι.

Ontneemt den hondt niet uyt ſijn mondt.

Admonet ut aſſueſcamus moderatius cibum ſumere. Noſtrate autem loquendi more, quæ in menſa de manibus excidúnt, cani aut cato deberi docemur.

28. *A gallo candido abſtineas.*

Ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ.

Albo gallo ne manum admoliaris, inquit Eraſmus, quòd Menſi ſacer ſit, utpote horarum nuncius.

29. *Panem ne frangito.*

Ἄρτον μὴ καταγνύειν.

Gegeten broodt ſalmen gedachtigh zijn.

Admonet veterem amicitiam non eſſe dirimendam, & vitan-

vitandam ingratitudinem, ut amico ſemper in eos ſimus animo, cum quibus nobis per menſam communem inita eſt amicitia.

30 *Salem apponito.*

Τὸν ἅλα παρατίθεσθαι.

Laet ons niet al te mal zijn.

Sal ſapientiæ ſymbolum eſt. Monet itaque ut ne juſtitiæ atque æquitatis per ſtultitiam obliviſcamur, neve nimium inſoleſcamus.

31. *In via ne ſeces ligna.*

Ἐν ὁδῷ μὴ σχίζειν ξύλα.

Sorgt niet wie de leſte man te kercken ſal dragen.

Docet non eſſe diſcruciandam vitam curis & anxiis cogitationibus.

32. *Ne libaris Diis ex vitibus non amputatis.*

Μὴ σπένδειν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτμήτων.

Geeſt Godt geen geſchimmelt broodt.

Monet Deum non niſi ex potioribus, & re juſtè parta colendum, neque obtrudendum pauperibus, quod vix cane dignum ſit. Huc facit quod apud Eſaiam legimus: *Dominum odiſſe rapinam in holocauſtum*, & quod offerri oportuit agnum immaculatum, hoc eſt, nulla ſui parte mutilum aut vitiatum.

33. *Ne ſacrificato ſine farina.*

Μὴ θύειν ἄτερ ἀλφίτων.

Weeſt niet al te haeſtigh ende hettich in u warmoes.

Hoc ænigma morum manſuetudinem commendat.

34. *Adorato circumactus.*

Προσκυνεῖν περιφερόμενος.

Nimirum ad imitationem cœli, perpetua vertigine circumacti, inquit D. Eraſmus. Cœlum autem Deum credidit antiquitas.

35. *Ado-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

35. *Adoraturi ſedeant.*

Καθῆσθαι προσκυνήσοντας.

Significat vota certa concipere oportere, & in his, quæ ſunt optima, perſeverare.

36. *Surgens è lecto veſtigium corporis confundito.*

Ἀναστὰς ἐξ εὐνῆς συνταράττειν τὰ στρώματα.

Des bedts gordijn behoort dicht te zijn.

Videtur idem cum ſuperiore de ſtragulis complicandis.

37. *A piſcibus abſtineto.*

Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι.

Duplex à pleriſque cauſa redditur, cur Pythagoras piſcium eſum vetuerit. Primum quidem quod res cum injuſtitia conjuncta videretur perſequi, occidere, vorare animal, quòd ipſa natura nullo pacto lædat hominem, aut lædere poſſit. Deinde quòd non ad neceſſitatem humanæ valetudinis videatur pertinere piſcium eſus.

38. *Nemo bene imperat, niſi qui paruerit imperio.*

Οὐκ ἔστιν εὖ ἄρχειν μὴ ἀρχθέντα.

Noyt goet heer of hy was te vooren knecht.

Servus enim diſcis, quinam ſervorum mores ſint & ingenium. Iis autem imperare, quorum mores & ingenia non noris, longè difficillimum eſt.

39. *Adonidis horti.*

Ἀδώνιδος κῆποι.

Een licht-ſchuyt.

Infructuoſior Adonidis hortis.

Ἀκαρπότερος Ἀδώνιδος κήπων.

Een licht vogelken.

Contra futiles ac nugones homines, & voluptatibus ineptis natos, cujuſmodi ſunt cantores, ſophiſtæ, Poëtæ laſcivi, cupediarii, atque id genus alii.

40. *In-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

40. *Inſixo aculeo fugere.*

Βαλὼν φεύξεαι οἷς.

Met een ſtanck ruymen.

Ubi quis dicto convicio, ſeu maleficio quopiam peracto, ſtatim ſubducit ſeſe, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Germanicum autem adagium ad id ſpectat, quod vulgo ferunt: *cacodæmones abire fœtore relicto.*

41. *Nodum ſolvere.*

Καθαμμα λύειν.

Uyt den droom helpen.

Rem impeditam explicare aut expedire eſt. Latini quidem à fune nodoſo: nos à ſomnio intricato atque explicatu difficili ſumimus parœmiam.

42. *Dodonæum æs.*

Een raſendt Uyrwerck.

Δωδωναῖον χαλκεῖον.

Gy moogt hem doen ſpreken / maer niet ſwijgen.

In hominem dici conſuevit improbæ & importunæ loquacitatis, quem ſi verbulo tangas, continuo refert tantum verborum, ut nullus omnino ſit garriendi finis.

43. *Prora & puppis.*

Πρώρα καὶ πρύμνη.

Die doen ende laten is.

Prora & puppi ſummam conſilii noſtri ſignificamus: Propterea quod à prora & puppi, tanquam à capite & calce tota pendeat navis. Germanicè autem is ſignificatur, extra quem aliquis nihil aut agat, aut omittat, hoc eſt, ex cujus unius conſilio totus pendeat.

44. *Umbræ.*

Σκιαὶ.

Noodt gaſten / druyl gaſten.

Umbræ proverbiali loco dicebantur olim ii, qui venirent ad convivium, non ipſi quidem vocati, ſed comites eorum qui vocati fuerant, ſic illos ſequentes velut umbra corpus ultro ſequitur.

45. Nihil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

45. *Nihil ad Parmenonis ſuem.*

οὐδὲν πρὸς τὴν Παρμένοντος ὗν.

't Is noch de rechte Peter **niet.**

De æmulatione dictum, quæ longo intervallo abeſt ab eo, quod imitaretur. Noſtrates de verna temperie parœmiam ſumpſerunt, qui fere ad Divi Petri Cathedram incidit.

46. *Syncretiſmus.*

Συγκρητισμὸς.

Herodes **ende** Pilatus **vriendtſchap.**

Quoties fit, ut qui modo videbantur hoſtes acerrimi, repentè in ſummam concordiam redigantur. Id quod evenire ſolet, ſi quando malum aliquod inciderit utriſque commune.

47. *Qui circa ſalem & fabam.*

Οἱ περὶ ἅλα καὶ κύαμον.

Die van den raedt zijn / maer niet van de gauſte.

In eos dicebatur, qui ſe ſimularent ſcire, quod neſcirent. Siquidem divini reſponſuri, fabam & ſalem apponebant. Legitur quoque:

Qui circa ſalem & cuminum.

Οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον.

Quo adagio ſumma ſignificatur familiaritas, ſiquidem qui magnopere inter ſe familiares ſunt, hi vel ſalem & cuminum una edunt, neque requirunt apparatum ullum ciborum.

Vrienden daer men niet voor beſchaemt en is.

48. *Duabus ancoris fultus.*

Ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ.

Hy houdt een achter-poort open.

De firmis & immotis, & qui rem ſuam probè conſtabilierunt. Quibus non facile deeſt quo confugiant, & quà evadant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

49. *Sine capite fabula eſt.*

Ἀκέφαλος μῦθος ἐστί.

Ick weet noch hooft noch ſtaert van 't geen hy ſeyt.

De ſermone imperfecto ac mutilo, de quo vix intelligas, aut unde proficiſcatur, aut quorſum tendat.

50. *Inter ſacrum & ſaxum.*

Met de boter in de Son.

Plautinum eſt, ubi alter è captivis, cùm jam proditis dolis eſſet deprehenſus, nec haberet quanam arte poſſet elabi: *Nunc ego omnino occidi: Nunc ego*, inquit, *inter ſacrum ſaxumq; ſto.* Sumptum è ritu ſacrorum, ubi fæcialis porcum ſaxo feriebat. Noſtrates à butyropolis ducunt adagium, quibus poſt primorum licitatorum diſceſſum, incaleſcente ſole, butyrum liqueſcit.

51. *Inter malleum & incudem.*

Μεταξὺ τοῦ ἄκμονος καὶ σφύρας.

Tuſſchen 't hangen en 't worgen.

Superiori non diſſimile eſt. Competit enim in eos qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur, conſilii planè inopes, & modis omnibus perplexi.

52. *Nunc meæ in arctum coguntur copiæ.*

Nu gaet het my aen de knoop.

Terentianum ferè eſt: Sumit autem Latinus metaphoram ab exercitu, qui laborat, iniquo concluſus loco, & undique ab hoſte obſeſſus, ita ut difficile ſit effugere. Germanus ad ſuſpendii nodum videtur ſpectare, quo quis ſtrangulatur, aut ubi rei explicandæ difficultas eſt.

53. *In acie novaculæ.*

Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς.

't Mes op de keel.

Quando res ſummo eſt in diſcrimine. Sumptum videtur à circulatoribus, qui in cuſpide gladiorum ingrediuntur. Germanicum adagium natum videtur à porcinariis, porcum aut ovem jugulantibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

54. *Res eſt in cardine.*

Nu geeft het punt.

Nu ſoude men 't yſer ſmeden.

Sic Virgilius:

Haud tanto ceſſabit cardine rerum.

Quod autem M. Tullius ait: *In eo cardo rei vertitur*, perinde eſt ac ſi dicas: *Ex hoc tota res pendet.* **Dat is 't punt van die ſaecke.** Ab oſtiis Latina ſumpta eſt metaphora: Noſtrates à ſcopi puncto medio ſumpſiſſe videntur, in quem mentis acies ejaculanda ſit, & diſceptationis tela torquenda.

55. *Novaculâ in cotem incides.*

Ξυρὸς εἰς ἀκόνην.

Ghy ſult u waert t' huys vinden.

Ghy ſult komen daer ghy 't vindt.

In eum dicitur qui lædendi cupidus, tandem hominem nanciſcitur à quo ipſe lædatur. Novacula enim, ſi in cotem incidat, vitiat ſeſe ac retunditur. Sic & mercator improbus mercem parum bonam proſtituens, aut emptori obtrudens, frequenter eam ſuo malo domum relatam invenit, falſus ipſe, qui alios fallere ſtuduerat.

56. *Caliga Maximini.*

Een groote lanteerne ſonder licht.

De longis & ineptis hominibus dicitur. Fuit enim Maximinus Imperator, ut procerus, maximiſque pedibus, ita & populo Romano atque Senatui ob morum barbariem inviſiſſimus.

57. *Clematis Ægyptia.*

Een groote ſwarte dief.

In eos qui corpore præter modum procero, atque atro colore eſſent. Natum adagium ab ejus herbæ ſpecie, quam maximè gignit Ægyptus, quæ folio lauri longo eſt ac tenui. Sic autem vocatum aliquando legimus Zenonem, quòd gracili fuerit corpore, ſtatu procero, & atra cute.

58. *Res ad triarios rediit.*

't Staet al ſchrap.

Cum ſignificabimus rem eò periculi redactam eſſe, ut ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tremo conatu ſummiſque viribus ſit enitendum, & ad ſuprema confugiendum conſilia. Natum eſt adagium ex modo componendi Romani exercitus, in quo poſt omnes acies ſolent collocari triarii, milites veterani, ſpectatæ virtutis, & omni armorum genere inſtructi.

59. *Sacram ancoram ſolvere.*

Ἱερὰν ἄγκυραν χαλάζειν.

'T Laetſte broot by ſetten.

'T Laetſte goet dat winnen moet.

Quoties ad extrema præſidia confugitur. Tranſlatum à nautis, qui maximam & validiſſimam ancoram *ſacram* vocant. Germanicum à pueris noſtratibus deſumptum eſt, qui ſuorum ludicrorum ultima, panem vocant ultimum.

60. *Movebo talum à ſacra linea.*

Κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς.

Nu wil ick daer kuyt of haring af hebben.

Quoties quis extrema parat experiri, ita ut in re aliqua vel aliquid obtineat, vel nihil, aut victurus aut vincendus. Ex ludo quodam teſſerarum natum eſt adagium. Germanica ex nautis halecariis.

61. *Nudior leberide eſt.*

Γυμνότερος λεβηρίδος.

Hy heeft min dan niet.

De vehementer tenuibus. *Leberis* enim ſerpentis ſignificat exuvium, quo nihil poteſt eſſe inanius.

62. *Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.*

Goede groet maeckt goedt antwoordt.

Noſtrates per contrarium ferè hoc efferunt, ſed ſenſu ironico. Ex Terentii Andria profecta ſententia eſt: *Si mihi pergit quæ vult dicere, quæ non vult audiet.*

63. *Sero ſapiunt Phryges.*

Als 't kalf verdroncken is/ ſoo decktmen den put.

Sumptum adagium eſt ex bello Trojanorum, qui multis adeo cladibus acceptis, vix decimo demum anno de reddenda Helena conſultare cœperunt. Dicitur autem in ſtultam homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

hominum negligentiam, qui pericula nulla præcavent, antequam malum ſenſerint.

64. *Piſcator ictus ſapiet.*

Ἁλιεὺς πληγεὶς νόον οἴσει.

Hy ſal daer by geleert weſen.

A piſcatoribus ducta parœmia, quos dracones aut ſcorpii marini nonnunquam pungunt, dolore vix tolerabili.

65. *Factum ſtultus cognoſcit.*

Ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω.

Een dwaes verſtaet / als 't is te laet.

Idem ferè cum ſuperiore eſt: nam & ſeram ſtultorum taxat ſapientiam.

66. *Malo accepto ſtultus ſapit.*

Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

De na-rouw / is der dwaſen rouw.

Superioribus nihil diſſimile eſt hoc, niſi quod illud Homericum, hoc verò Heſiodicum eſt.

67. *Aliquid mali propter vicinum malum.*

Ghy ſult wat krijgen van by ſtaen.

Noſtrate lingua hoc tritum admodum eſt, quoties quis ex vicina calamitate, & ipſe aliquid incommodi ſentit, veluti cum duobus concertantibus, ex ſpectatoribus aliquis tangitur. Sic Lyſimachus apud Plautum in Mercatore: *Nunc ego verum eſſe illud verbum experior, Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.*

68. *Manus manum fricat.*

Ἡ δὲ χεῖρ τὴν χεῖρα κνίζει.

Den eenen handt waſcht den ander.

Als d'eene handt d'ander waſcht / ſoo wordenſe beyde ſchoon.

Quoties mutuum ſignificamus officium ac operam. E Prodico Sophiſta natum, cui, authore Socrate in Axiocho Platonis, hic Epicharmi Poëtæ verſiculus ſemper in ore fuit: Ἡ δὲ χεῖρ τὴν χεῖρα κνίζει, δός τι καὶ λάβοις τι. A mutuo frictu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Germanice mutua lotione manuum idem ſignificamus. Quomodo & Græci dicunt :

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα, καὶ πόλις σώζει πόλιν,
Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.
Vrbs ſervat urbem, ſervat itidem vir virum,
Manus manum, digitumque digitus abluit.

69. *Gratia gratiam parit.*

Ἡ χάρις χάριν φέρει.

Die den een vriendtſchap doet / bereydt den ander een ſorgh.

Cùm ſignificamus beneficium invitari beneficio, & officium officio provocari. Noſtratibus adagiale eſt, quòd accepto beneficio, cura ſuſcipiatur ejus referendi.

70. *Par pari referre.*

Ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν.

Jck ſal 't hem wel peperen.

Nos ex amaritudine piperis hanc trahimus metaphoram, ſiquidem cibo nimium piperato lingua inuritur, admordetque palatum. *Tu par pari referto,* inquit Terentianus Gnatho, *quod eam remordeat.*

71. *Eâdem menſurâ.*

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ.

Wel voor / wel na.

Hoc & ad officii & ad injuriæ retaliationem pertinet. Noſtratia ſonant, quaſi dicas. Quod feceris prior, id feres poſterior.

72. *Craſſâ Minervâ.*

Pingui Minervâ.

Παχυτέρᾳ Ἀθηνᾷ.

Goet rondt / goet Zeeuws.

Quod inconditius ſimpliciuſque, quaſique indoctius ſit, non autem exquiſita arte, neque cura exactiſſima. Sic Horatius philoſophum deſcribens, philoſophiam moribus exprimentem, neque tam diſertum quàm ſimplicem & ſyncerum, *Ruſticus*, inquit, *abnormis ſapiens, craſſaque Minerva.* Nos à Zelan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

à Zelandis trahimus parœmiam, gente callida quidem, & extra fucum aperta ac libera, ut qui rotundis cum homine, & non ita ad dolum compoſitis verbis agunt.

73. *Craſſiore Muſâ.*

Παχυτέρᾳ μούσῃ.

De text met de glos.

Minimum differt à priore. Invenias autem à pleriſque dictum, *Pinguiore formulâ*, hoc eſt, planius atque intelligibilius, veluti dum ſententiæ intricatiori ſua adnectitur gloſſula interpretans.

74. *Rudius ac planius.*

Ἀμαθέστερον καὶ σαφέστερον.

Sonder doecxkens om te winden.

Slecht en recht.

Hoc eſt, Apertius & clarius, ſine omni involucro.

75. *Sus Minervam.*

Ὗς τὴν Ἀθηνᾶν.

Het kindt ſal ſijn meeſter leeren.

Craſſæ ſanè Minervæ noſtrates hic adagia habent, quoties præpoſterè aliquid factum ſignificamus. Veluti cum indoctus docet doctiorem, & puer ſeſe, lectumque ſuum commingere ſolitus, parentem, ubi mejere oporteat.

76. *Cum diva ſus eſt auſus certare Minerva.*

Ὗς ποτ' Ἀθηναίαν ἔριν ἤρισε.

't Vercken wil ſijn meeſter berechten.

Ejuſdem fere ſignificantiæ cum præcedenti.

77. *Invita Minerva.*

Als 't niet wil weſen.

Als men 't met geweldt wil hebben.

Latinis celebratiſſimum, pro eo, quod eſt, refragante ingenio, repugnante natura, non ſavente cœlo. Horatius:

Tu nihil invitâ dices facieſve Minervâ.

't Is al van 't vercken als 't niet weſen wil / of als men 't per fors hebben wil.

78. *Abiit & taurus in ſylvam.*

Ἔβα καὶ ταῦρος ἂν ὕλαν.

Die ſtier heeft ſijn aers al om-geworpen.

In eos, qui à priſtina amicitia deſciverunt, atque amorem ſuum aliò tranſportant, novis, non iis, quibus ſolent, utiles. Hærere autem mihi videtur hæc parœmia ex voce *taurus*, quo morum barbaries quædam atque inhumanitas ſignificatur, unde & noſtratibus vulgatiſſimum adagium hoc oritur.

79. *Taurus.*

Een recht ſtiers hooft.

In eos qui taurino capite aut cerebro verius ſunt, quàm humano, beſtiam viventes potius, quàm hominem, ita ut aſſolent, qui domi relictâ uxore legitimâ ac probâ, alias vaccas quærunt, ſcorta fœtida.

80 *Annus producit, non ager.*

Ἔτος φέρει, οὐχὶ ἄρουρα.

Met der tijdt rijpt het koren.

Significat cœli temperiem plurimum facere ad incrementum & ſegetum progerminantium alimentum, non minus quàm ipſam fundi felicitatem. Quod quidem dum noſtrates ſignificatum volunt agricolæ, vulgo ferunt: **Koudt ende nat/ brenght het koren in de ſack;** Frigore & humore fieri, ut uberior annona in ſaccos perveniat, quæ nimio calore & ſiccitate inareſcens, contractior fit, & non ita turgidum extenſa.

81. *In vado res omnis eſt.*

't Is/ Godt zy gelooft/ in behouden haven.

Quoties rem omnem extra periculum, & in tuto eſſe ſignificamus. Sumpta à navigantibus metaphora, quibus, dum vadum (qui fundus aquæ eſt) ſentiunt, parum difficile eſt evadere. Plautus in Aulularia: *Iam eſſe in vado ſalutis res videtur.* **Nu is 't ſchip in behouden haven. Nu is die boot geberght.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

82. *In portu navigare.*

Ἐν λιμένι πλεῖν.

Zijn ſchapen op dꝛoogh hebben.

Simillimum ſuperiori, ſiquidem à periculo abeſſe ſignificat, & jam extra diſcriminis aleam. Eſt autem & hoc Terentianum. Noſtrate autem linguâ proprius ad Latinam parœmiam acceſſerint, ſi dicant; **Zijn ſchepen op dꝛoog hebben.**

83. *Bos laſſus fortius figit pedem.*

Den ſlagh der grijſen mach men wel vooꝛ yſen.

Significat ſenes laceſſitos gravius ferire, quippe qui provocati pro ſenili ſua tardaque virtute acrius ſæviunt ac urgent. Germanica feſtivam quandam paranomaſian habent, quaſi Latinè dicas: *Senes ictus incutere canos, non vanos.* Græcorum collectanea hic legunt ἀτρέμας βοῦς, id eſt, *Lente bos.* Subaudiendum, *movet pedem.* Nam ſenſim quidem movet, at gravius premit, eſtque laſſus ad trituram commodior. Unde & lex rectè monuit, *bovi trituranti non obligandum os.*

84. *Totâ erras viâ.*

Τῇ πάσῃ ὁδῷ ἀφαμαρτάνεσθαι.

Ghy zijt heel van de wegh.

Ghy zijt veꝛre uyt den wegh.

Tranſlatum à viatoribus. Competit autem in eos qui à vero prorſus aberrant, prorſus exorbitantes ab ea re, quam ſectari videntur, dum non qua oportet ratione rem aggrediuntur. Unde & hæ proverbiales fermè apud doctos ſunt metaphoræ, multoque uſitatiſſimæ:

Depellere à via, **Een ander gat/ of weg doen ingaen.**
Reducere in viam, **Een weder op de wegh/ of te paert helpen.**
Monſtrare viam, **Een openingh toonen.**
Facere viam, *Sternere viam*, **'t Padt ſtroejen.**
Aperire viam, **Een openingh geven.**
Præcludere viam, **Vooꝛ een ander gereet weſen.**
Intercludere viam, **Een den wegh onderleggen/ of vooꝛ komen.**

85. *Toto cœlo erras.*

Ἡμάρτηκας ὁδοῦ, οὐρανίου γ' ὅσον.

Ghy zijt heel verſeylt.

Idem planè cum ſuperiore eſt, niſi quod hîc à navigantibus, illic à pedeſtri itinere proficiſcentibus, metaphora ſumitur.

86. *Suo jumento ſibi malum accerſere.*

Selfs op den hals halen.

Qui ipſe ſibi malorum autor eſt. Eſt autem *jumentum* animal tergo vectans onera, à *juvando* deducta voce. Aut etiam, autore Gellio, plauſtrum ſignificat onerarium. Germanica parœmia ſonat, quaſi dicas aliquem ex jumento in proprium tergum onus transferre.

87. *Suo ſibi hunc jugulo gladio: ſuo telo.*

Ick doode hem met ſijn eygen woordt.

De eo, qui propriis dictis convincitur, qui ſuopte invento dolóve capitur. Huc alluſit Ovidius in epiſtolis Heroidum:

Remigiumque dedi quò me fugiturus abires,
Heu patior telis vulnera facta meis.

88. *Incidet in foveam, quam fecit.*

Ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο.

Hy ſal hem ſelfs 't net over 't hooft halen.

Idem pollet cum ſuperiore. Deſumptum autem eſt ex odis Davidicis, Pſalmo VII. Tranſlatum autem eſt ab his, qui foveis effoſſis, aut reliquis id genus decipulis inſidiantur feris: Vel à bellis, in quibus aliquoties ſuffoſſis cuniculis, hoſtis hoſtem captat.

89 *Suo ipſius laqueo captus eſt.*

Ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψε, συνελήφθη.

Hy heeft hem ſelfs in de ſtrick gebracht.

Nil aliud hoc ſibi vult, quàm proverbium præcedens, iiſdem ex odis adductum. Metaphora ſumpta ab his, qui inſtructis pedicis, avibus aut feris inſidias tendunt.

90. *Hanc technam in teipſum ſtruxiſti.*

Τὸ σόφισμα τοῦτο κατὰ σεαυτοῦ συντέθεικας.

Dit bierken hebt ghy ſelfs gebrouwen.

De hæredipeta ſic locutus Lucianus eſt, qui veneno ſenem, ad cujus inhiabat hæreditatem, appetens, ipſe forte fortuna illo ipſo captus interiit. Utendum erit: cùm dolus in alterum excogitatus, in caput autoris recidit.

91. *Turdus ipſe ſibi malum cacat.*

Κίχλη χέζει αὐτῇ κακόν.

Hy maeckt een roede tot ſijn eygen aers.

Qui ſibi ipſi exitii cauſam miniſtrat: nam viſcum, autore Plinio, non provenit, niſi maturatum in ventre, & redditum per avium alvum, maximè palumbum & turdorum. Nos metaphoram ſumimus à pueris, qui propriis virgis ſubinde vapulant. Quod autem plerique maluerint ex imitatione Latinæ vocis *nates* potius dicere **een naers**/ quàm **aers**/ ridiculum ſanè eſt. Dicimus enim quod Latinus *retrocedere* vocat, **aerſeling gaen:** Supinum cadere, **aerſeling over vallen / of ruggeling over.** Et tergiverſari **aerſelen.** Error aut proſtheſis literæ *n*, ex voce fere præcedente originem traxit, cum dicunt **mijn aers / op ſijn aers.**

92. *Ipſe ſibi mali fontem reperit.*

Αὐτὸς εὗρε τοῦ κακοῦ πηγήν.

Hy heeft het hem ſelfs gedaen / hy derft het niemant wijten.

Affine ſuperioribus, quoties quis ſuapte culpa, propriove conſilio in malum incidit. Veluti ſi quis non auditis parentibus, ex ſua ſententia uxorem ducat improbam, cujus poſtea pœniteat, aut aliud quippiam dolendum committat.

93. *Capra gladium, Ovis cultrum.*

Αἲξ μάχαιραν, ὄϊς τὴν μάχαιραν.

't Sal hem ſelf in 't oogh druppen.

Subauditur *reperit*. In eos dicitur, qui ipſi reperiunt quo

 percant.

pereant. Noſtrates ex ſtillicidio metaphoram ſumunt, aut in aquam aut urinam, alioqui in quemquam profuſam. Quo modo Xantippe illa ſuum illum olim tractavit Socratem. *Lotium* autem oculos vehementer afficit.

94. *Cornix ſcorpium.*

Κορώνη τὸν σκορπίον.

Huyg is tegen hagen vergaert.

In eos, qui hos parant lædere, unde tantundem mali ſint viciſſim accepturi, quorum par improbitas & virulentia eſt. Germanicè alluſio quædam vocum eſt, quarum altera rubum aut ſpinetum ſignificat, altera vero proprium viri cum ſit, appellativa tamen ſignificatione unam, gutturis vitium ſignificat.

95. *Calidum prandium comediſti.*

Aen deſen brock mocht gy wel worgen.

Hoc eſt, Feciſti quòd tibi magno malo futurum eſt. Ab his ſumptum, qui ſe noxiis ac lætiferis ingurgitant cibis, poſtea ventris tormina ſenſuri. Plautus: *Calidum hodie prandium prandidiſti.* **Die bouten van huyden / ſullen u noch bitterlick op breecken.**

96. *Irritare crabrones.*

Τὰς σφηκιὰς ἐρεθίζειν.

Slapende wolven wacker maken.

Eos provocare, qui commoti plurimum tibi obfuerint. Eſt autem *crabro* inſecti genus, affine veſpis, pertinaciſſimum, aculeoque peſtilentiſſimo, ſiquidem ter novenis punctis hominem interfecerit. Eſtque ejus ictus haud temere ſine febri. Noſtrates vocant **een hoornicker.**

97. *Leonem ſtimulas, vellicas.*

Τὸν λέοντα νύττεις.

Gy vergadert tegen u overhooft/ tegen u meeſter.

De his, qui potentem ac ferocem in ſuum ipſius malum provocant, atque exſtimulant.

98. *Malum*

98. *Malum bene conditum ne moveris.*

Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον.

Maeckt het ſpel niet weder gaende.

Majores noſtri Germanica in parœmia videntur ſpectâſſe ludos tragicos, aut rem conſcripta tragœdia dignam. Paſſim enim auditur quoque: **Dat ſal quaet ſpel maken /** *Malam ea res excitabit tragœdiam.* Notum autem eſt Tragœdias fere cruentas eſſe, & triſtes adeò habere exitus, ut ſpectator ipſe horreat.

99. *Octipedem excitas.*

Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις.

Ghy weckt een ſlapende wolf.

Octipedem ſcorpium intellige, quem ſub ſaxis in abdito cubantem non niſi tuo periculo ſuſcitas, propter venenum quod in cauda geſtat. Ejuſdem fere ſignificatus adagium eſt, cujus illud: *Crabrones irritas.*

100. *Movere Camarinam.*

Κινεῖν τὴν Καμαρίνην.

Anagyrum commovere.

Ἀνάγυρον κινεῖν.

Een ſtront roeren.

Camarina palus eſt juxta oppidum Siciliæ, ejuſdem nominis, quæ cum olim ſiccata peſtilentiam creaſſet, conſuluerunt oraculum, an penitus eam deſiccare præſtaret. Vetuit Deus Camarinam moveri. At illi exſiccarunt, non obtemperantes oraculo, & ceſſavit quidem peſtilentia. Sed per eam ingreſſis hoſtibus, pœnas dederunt neglecti oraculi. Aliis *frutex* gravi odore eſt. Sicut & Anagyrus majorem in modum gravi odore frutex eſt, maximè ſi manu teratur, & fructus ejus guſtatus vehementem vomitum provocat. Porro apud noſtrates craſſe ſatis hoc profertur, qui quoties ex re aliqua nihil aliud quam incommodum nanciſci quis poteſt, dicere conſueverunt: *Stercora aut hominum excrementa non eſſe movenda.* Item, Ollam ſive matulam obtegendam eſſe, quo magis enim excrementa moveas, hoc gravius fœtent, atque nares diſcruciant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ
CENTVRIA II.

1. *Capra contra ſeſe cornua produxit.*

Ἡ αἲξ καθ᾽ ἑαυτῆς τὰ κέρατα ἔφυσε.

Sijn eygen broot / ſlaet hem op 't hoot.

QUoties quis aliquid contra ſeſe produxit. Veluti ſi pater impetatur, ac lites agat adverſus filios aut nepotes: Aut ſi diſcipulus jam literas doctus, ſtilum ſtringat in ipſum præceptorem ſuum. Solent autem olim antiquitus ex caprinis cornibus compactos habere arcus, per quos nonnunquam capras jaculabantur.

2. *Atlas cœlum.*

Ἄτλας τὸν οὐρανόν.

Al de Werelt haelt hy op ſijn hals.

Subaudiendum ὑπεδέξατο, id eſt, *ſuſcepit*. Dici ſolitum de his, qui ſeſe magnis & moleſtis involvunt negotiis, ipſique ſibi malum accerſunt. *Atlas* enim cœlum hoſpitio excepit, cui cum ſtruere inſidias deprehenſus eſſet, præceps datus eſt in mare Atlanticum.

3. *Deus ex improviſo apparens.*

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς.

Godt ſal 't voorſien ſpraeck Abraham.

Ab iis dicitur, qui in rebus perplexis, præter ſpem exoriturum aliquem adhuc ſperant, qui ſalutem adferat, negociique difficultatem expediat. Profertur autem per omiſſionem verbi, ſubaudiendum enim eſt: *Opem tulerit: Viam invenerit*, aut ſimile quippiam.

4. *Homo homini Deus.*

Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον.

d' Een Menſch is den andere een Godt.
Wy mogen malkander niet ontberen.
d' Een Menſch is om des anders wil gemaeckt.

Antiquitas nihil aliud exiſtimabat eſſe Deum, quàm prodeſſe

deſſe mortalibus. Unde factum, ut & hominibus Dei vocabulum attributum ſit. Sic Virgilius Cæſarem Deum ſuum dicit.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.
Namque erit ille mihi ſemper Deus : illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus.

Germanica hæc non ſic apud nos trita ſunt, ut hic proverbium dicere poſſim proverbio noſtrate redditum. Verentur enim religioſa oris plectra, Dei vocabulum hominibus tribuere: Quanquam ſcriptum in lege ſit : *Ego dixi quoniam Dii eſtis, & filii excelſi omnes.*

5. *Homo homini lupus.*

Ἄνθρωπος ἀνθρώπου λύκος.

d'Een Menſch is den andere een Duyvel.
d'Een Menſch ſou den anderen eten / koſt hy.

Superiori planè diverſum eſt hoc, noſtraque lingua tritiſſimum ; ſiquidem cacodæmonis vocabulum, facillimè in improbos admodum, atque inopinati mali ſtructores obſtupefacti conjicimus.

6. *Coturnix Herculem.*

Ὄρτυξ ἔσωσεν ἡρακλέα τὸν καρτερόν.

Alſt wel wil ſoo kalſt den Os.

Servavit Herculem coturnix ſtrenuum. Senarius eſt Græcis proverbialis, dici ſolitus de his, qui in periculo ſervati eſſent ab his, à quibus minimè ſperârant. Siquidem Hercules jam emortuus, coturnicis cujuſdam nidore in vitam revocatus fuit. Noſtrates vulgo dicunt: 't Is wilt waer Godt een Menſch ſomtijts mede helpen wil. Non abludit huic, quod noſtrates ferunt: Alſt wel wil ſoo kalſt den Oſch/ Superis adſpirantibus vel taurus pepererit. Sed hoc fortaſſis aliàs.

7. *Genius malus.*

't Goede Jaer.

Genium malum, quem Græci ἀλάστορα dicunt, nos nominamus cui incommodorum noſtrorum maximam partem acceptam ferimus, idque etiam hodie vulgato ſermone, dum non ſatis modeſtè dicimus, nos aut hoc aut alio divexari oportere

portere

portere genio malo. **Altijt van den eenen Duyvel of van den ander.** Nonnulli apud nos *Diaboli* nomine velut abominantis charientiſmo uſi, vocant eum, **'t goet Jaer/** hoc eſt, Annum bonum. Pro eo dum dicerent, **wat Duyvel is dat/** dicentes **wat goet-jaer is dat.** Ut malus te perdat genius, **Dat u die goet-jaer hael.** An malo hæc res agetur genio? **Is hier dit goet-jaer in?** Sic libuit genio malo: **'t Goet-jaer of de Donder ſpeelden daer mede.**

8. *Dextro Hercule, Amico Hercule pugnavimus.*

Wy hebben die overhandt.

Quoties nos prævaluiſſe ſignificamus. Plautus in Amphitryone: *Noſtra ſuperat manus,* inquit, id quod planè reſpondet phraſi Germanicæ. Huic autem ſimilia aliquot habet Eraſmus, ubi Genium malum explicat, quæ viſum eſt hîc attexere. Et primum quidem Juvenalis hunc verſiculum, cum Horatiano:

9. *Diis ille adverſis natus, fatoque ſiniſtro eſt.*

Iratis natus paries Diis atque Poëtis.

Een ongeluckich Viſſcher.

De eo cui fortuna vix unquam proſpera eſt. Latina ducuntur à genethliacis, qui ex planetis, quos antiquitas Deos credidit, felicitatem aut infortunium pronunciant.

10. *Diis equidem auſpicibus genitus Junone ſecunda es.*

Gy hebt een ſchoone Ster aen den Hemel gehadt.

Verſus eſt Virgilianus, ſuperioribus contrarius. Hoc enim hominem vehementer fortunatum ac felicem ſignificamus.

11. *Marte ſiniſtro pugnavimus.*

Wy hebben 't onderſpit gedolven.

Juſtam hoc contrarietatem habet cum eo, quod diximus, *Dextro Hercule.* Huc ſpectant: Neptuno propitio navigare, **Heel voor ſtroom ende voor windt ſeylen.** Mercurio irato negociari, **Achter 't net viſſchen.** Scribit carmina Muſis quotquot ſunt iratis, **Hy maeckt veerſkens als Moſſelen viſch.** Et hoc genus ſexcenta alia.

12. *Diis*

12. *Diis hominibuſque plaudentibus.*

Soo hem Son ende Maen altijdt mede is.

Proverbialis hyperbole eſt, cum feliciter atque auſpicato aliquid fieri ſignificamus. Natum videtur ex ſolenni illo Poëtarum more, quo Deum atque hominum fidem invocant. Unde & hæc proverbiali quoque ſchemate proferuntur.

13. *Nec Deos nec homines metuit.*

Hy vraecht na Godt noch na goet Menſch.

De eo qui modis omnibus impius eſt, omnia pro ſua faciens libidine.

14. *Hoc & Diis & hominibus inviſum eſt.*

Dat mach in Hel noch in Hemel.

Si rem ſummè abominandam ſignifices, huic adagioni locus fuerit.

15. *Diis hominibuſque invitis natus eſt.*

Spijt Godt ende den Duyvel gebooren.

De eo qui nihil penſi habens, ex ſua libidine in quoſvis tyrannidem exercet, nemini bonus aut utilis, ut qui nec ſuperos moretur, nec inferos.

16. *Bonis avibus*, **Ter goeder tijdt.**
Malis avibus, **Ter quader tijdt.**

Cum rem feliciter aut ſecus cedere ſignificamus. Ab augurum obſervatione ſumptum, qui hoc tempus illo cenſent fortunatius. Hinc & hodie puerperis à partu in publicum prodeuntibus bene precando dicimus: **Ter goeder tijdt/** felici tempore eorum exitum fieri optantes. Similiter quia gravi morbo revaleſcentes in plateam ſe offerunt, eadem apud noſtrates paſſim audiunt. Malis autem avibus infelicia quæque imprecamur. Horatius:

Mala ſoluta navis exit alite:

Ter quader tijdt vaert dat Schip af.

17. *Noctua volat.*

Γλαὺξ ἵπταται.

Daer ſlaet geluck toe.
't Wil voorwaert.

Priſcis Athenienſibus noctuæ volatus victoriæ ſymbolum exiſtima-

exiſtimabatur, quod avis hæc Minervæ ſacra crederetur, quæ quidem dicta eſt etiam male conſulta Athenienſium bene fortunare.

18. *Quarta Luna nati.*

Ἐν τετράδι γεγεννῆσθαι.

Die tegen de Maen gepiſt hebben.

Qui parum feliciter nati ſunt, ut quorum omnis vita voluptatum expers, laboris plena eſt. Noſtrates vero infelicitatem homini ex eo naſci cenſuerunt, ſi quis parum verecundè mejeret Lunæ obverſus. Unde rebus parum feliciter ſemel atque iterum cadentibus, continuò audimus: *Ecquid? an obverſus Luna minxi, aut urinam reddidi?* Porro quarta Luna, is quartus à novilunio dies eſt.

19. *Albæ gallinæ filius.*

Ghy hebt vier witte voeten.
't Witte kindt.

Sic feliciter natum atque ita gratioſum ſignificamus, ut quidvis ferè impunè ipſi liceat.

20. *Nos viles pulli, nati infelicibus ovis.*

Wy mogen niet een vinger in de Aſſche ſteken.
Wy hebben altijt de Lever gegeten.

Contrarium hoc priori eſt, in eos qui rara & fatali quadam infelicitate atque infortunio utuntur. Utrumque ex Juvenale deſumptum eſt. Satyr. 13.

21. *Laureum baculum geſtavi hodie.*

Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν.

Ick hebbe huyden een goede Godt gedient.

Suidas tradit ita loqui ſolere eos, qui eſſent ab aliquibus inſidiis appetiti, feliciterque periculum effugiſſent. Videtur enim Laurus adverſus fulmen valere, quando arborum una fulmine non icitur. Qua de cauſa Tiberius nunquam non in capite coronam geſtabat lauream. Noſtrates ex cultu boni alicujus Dei ſe malum evaſiſſe interpretantur.

22. *Gravio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

22\. *Graviora Sambico patitur.*

Δεινότερα σαμβίκου πάσχει.

Hy is in hondert laſten.

Hy is in wijntkens pars.

Quibus inſignia mala accidunt. Natum ex Sambico quodam, qui ob Dianæ Elidenſis templum direptum comprehenſus, dum ſocios prodere recuſat, annum perpetuum exquiſitis cruciatibus dilaceratus eſt.

23\. *Fœnum habet in cornu.*

Hy heeft een wilt haer in ſijn neus.

't Is een Geſel.

Bubus enim cornupetis olim fœnum in cornibus alligari ſolet, quo ſibi caverent, qui forte occurriſſent. Nos neſcio quomodo ad vibriſſas, hoc eſt, narium pilos, id referimus, fortaſſis quòd hiſpida membra, ut Satyricus ait,

—— Et duræ per brachia ſetæ
Promittunt ferocem animum. ——

24\. *Cornutam petis beſtiam.*

Ghy ſult komen daer ghy 't vindt.

Simile ferè illi eſt, quod ante diximus: *Novacula in cotem incidet.* Ghy ſult u waert t'huys vinden / wilt gy hem wat / hy ſal u daer wel waer aen leveren.

25\. *Dionyſius Corinthi.*

Διονύσιος ἐν κορίνθῳ.

Noyt bergh ſoo hoogh / hy daelden wel.

Proverbialis allegoria, quâ ſignificamus aliquem è ſumma dignitate atque imperio ad privatam humilemque fortunam redactum. Quemadmodum Dionyſius Syracuſarum tyrannus expulſus imperio, Corinthi pueros literas ac Muſicam mercede docuit.

26\. *In me cudetur hæc faba.*

Dit ſal op mijn kap druppen.

Hier ſal ick den Pyper loonen.

Terentianum hoc dictum autore Donato, perinde ſe habet ac ſi dicas: *In me malum hoc recidet. In me hæc vindicabitur*

tur culpa. Fit enim nonnunquam, ut durior ac male cocta faba, una cum ipſa patina ſive catino in caput adminiſtri regeratur. Germanica per ſe ſatis liquent.

27. *Tute hoc intriſti, omne tibi exedendum eſt.*

Dit bierken hebt ghy gebrouwen / ende moet dat oock uyt ſuppen.

Gy hebt dit gerocken / gy ſult het oock ſelfs af ſpinnen.

Perinde hoc eſt, ac ſi dicas: Tu incipiundi autor extitiſti, nunc idem explices oportet. Tranſlatum putant ab alliato ruſticorum mortario. Verba autem ſunt Phormionis Terentiani.

28. *Faber quas fecit compedes, ipſe geſtat.*

Met ſijn eygen roede wert hy gegeeſſelt.

Competit in eos, qui ſibi ipſis autores ſunt malorum. Sumptum videtur è Theognide Poëta, qui ait:

Οὔτις ἀνὴρ φίλε κύρνε πέδας χαλκεύεται αὐτῷ.

Vincula nemo ſibi cudit chariſſime Cyrne,

Niemant maeckt een roede tot ſijn eygen aers.

29. *Ipſi teſtudines edite, qui cepiſtis.*

Αὐτοὶ χελώνας ἐσθίεθ' οἵπερ εἵλετε.

Drijſt het ſelf door / dat gy ſelf hebt aengedraeyt.

In eos item jacitur, qui poſteaquàm inconſultè quippiam adorti ſunt, aliorum implorant auxilium, quos ſuo negocio admiſceant. Natum à piſcatoribus quibuſdam magnam teſtudinum vim capientibus.

30. *Aderit Temeſſæus genius.*

De Heyligen ſullen om haer was komen.

Significat aliquando cum fœnore dependenda, quæ quis iniquè fraude aut vi corraſerit. Noſtrates ſumpſiſſe videntur ex nuncupatis de incenſa cera votis. Latini ex genio quodam apud Temeſſam Brutiæ urbem olim graſſante, cui quotannis oblata virgine ſacrificare oportuit, ne nimium ſæviret.

31. *Termeria aliquando lues mala.*

Τερμέρια κακά.

Danckard ſal u noch wel t'huys komen.

Quoties, quæ aliis quis intulerit mala, in ipſius aliquando ca-

do caput reditura ſignificamus. *Termerius* enim quidam, quòd hominum capita ſolitus ſit confringere, ab Hercule tandem & ipſe contuſus eſt. Germanicè alluſio fit ad *Gratiarum* nomen, quaſi Latinè dicas: Tuus tibi ſuper hac re domum redibit Gratianus, qui tuis factis te dignam tibi referet gratiam.

32. *Neoptolemi vindictam ſenties.*

Νεοπτολέμειος τίσις.

't Sal u noch te nagelen upt ſweeren.

Neoptolemus Achillis filius, Priamum in ipſis palatii focis occidit: tandem & ipſe apud Delphos ad Apollinis aram occiſus eſt. Utemur itaque ubi quis idem patitur, quod in alios fecit. Noſtrates parœmiam ſumunt ab iis, qui neſcio qua paralyſi aut chiragra ſic diſcruciantur, ut ex contractis digitis, & oſſa decidere velle videantur & ungues.

33. *Servire ſcenæ.*

Καιρῷ λατρεύειν.

De huyck na de wint hanghen.

M. Tullius *ſervire ſcenæ* dixit, pro eo quod eſt, *ſervire tempori*, & rebus præſentibus ſeſe accommodare. Tranſlata ab hiſtrionibus fabularum metaphora eſt. Phocylides vero uno carmine & Græcam parœmiam protulit, & noſtram ferè germanicam:

> Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν.
> *Temporibus ſemper cautus ſervire memento;*
> *Nec reflare velis adverſum flamina venti.*

Poſteriore hac metaphora ducta à navigantibus, quos neceſſe eſt ſemel ingreſſos mare ventorum atque æſtus arbitrio ferri, fruſtra conaturos, ſi velint adverſus iſta pugnare.

34. *Uti foro.*

De tijt nemen ſoo die komt.

Utcunque ſeſe obtulerit fortuna, ita animum applicare. *Vtamur foro*, inquit Seneca, *& quod ſors feret, æquo feramus animo.* Natum ex mercatoribus adagium, qui in vendendis aut emendis rebus, ſeſe componunt ſecundum annonam fori, **na dat die merckt is.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

35. *Polypi mentem obtine.*

Πολύποδος νόον ἴσχε.

Ghy moet rijden ende omſien.
Kent ſteegen voor ſtraten.

Jubemur pro tempore alios atque alios mores, alium atque alium vultum ſumere, ſervato tamen recto & honeſto. Adagium natum ex piſcis hujus ingenio, deſumptum ex Theognidis diſticho hoc:

Πολύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλίζει τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.
Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa
Se quibus admârit, ſaxa colore refert.

Noſtrates ab equitibus ſumunt parabolam, quos aliquando locis periculoſis ad inſidias tam oportet reſpicere, quàm equum ipſum propellere. Et aliter equitandum eſſe in vico anguſtiore, quàm platea laxa & lata.

36. *Cothurno verſatilior eſt.*

Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου.

Hy ſlacht die weerhaen.
Die hem leſt ſpreeckt / heeft hem eerſt.

In hominem parum conſtantem dicitur, & qui fide lubrica eſt. Ducta eſt metaphora à calciamento tragico, erat autem id quadrangulum, & utrilibet pedi conveniens. Noſtrates ex venti indice ducentes adagium, perquàm eleganti vocum antitheſi utuntur, quaſi Latinè dicas: *Qui cum viro colloquitur ultimus, is perſuaſione apud illum obtinet primus.*

37. *Magis varius quàm hydra.*

Ποικιλώτερος ὕδρας.

Doorſtrickt ende ſoo dubbelt / als een bedelaers huyck.

Hydra ſerpens eſt verſicoloribus diſtincta notulis. Aptè itaque dicetur in vaſros ac verſipelles, aut etiam parum ſibi conſtantes. Noſtratibus naſcitur adagium ex centonibus mendicorum, qui variis conſuti particulis, iiſque diſcoloribus, nihil ſimplices ſunt, & admodum intricatis ſuturis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

38. *Gygis habet annulum.*

Γύγου δακτύλιον ἔχει.

Hy heeft een paerdesken ſchijt-gelt.

In fortunatos admodum, qui veluti virgula divina, quicquid optant, id ſuo arbitrio conſequuntur. Sic Gyges poſtquàm ex equo illo æneo de viri manu abſtuliſſet annulum, cujus beneficio, quoties volebat, à nemine videri potuit, potitus fuit reginæ amoribus, & confecto ſive trucidato rege, ex paſtore ad regium pervaſit faſtigium. Ita ut & hodie nihil non poſſunt, quibus velut ex equino ſtercore multa ſemper ſuppetit pecunia.

39. *Virgulâ divina oblatum.*

Dat ſtuyrt ons Godt by Gerbrandt.

Quoties nobis divinitus atque citra humanam operam boni quippiam obvenire ſignificamus. Ex eo natum, quòd antiquitas virgis ferendis exiſtimavit aliquam fatalem, ac ceu magicam ineſſe virtutem. M. Cicero, libro de officiis primo: *Quod ſi nobis omnia, quæ ad victum cultumque pertinent, virgulâ, ut ajunt, divinâ ſuppeditarentur.* Hinc apud Poëtas ſua virga valet Pallas: item & Mercurius ſuo caduceo. Unde Æneïdos quarto Virgilius:

Tum virgam capit, hâc animas ille evocat orco
Pallenteis, alias ſub triſtia tartara mittit.

Porro ex quo *Gerbrando*, noſtratibus ſuum prognatum ſit adagium, ignoro plane. Parœmia tamen multo tritiſſima eſt.

40. *Stultus ſtulta loquitur.*

Μωρὰ μωρὸς λέγει.

Een eſel kentmen aen ſijn ooren.
Een dwaes laet hem in ſijn woorden hooren.

Significat ipſo ſermone ſtultos ſeſe prodere, ſtultitiamque ſuam aperire: nam vere à Democrito dictum eſt: *Orationem ipſam*, εἴδωλον εἶναι τοῦ βίου, *vitæ ſimulachrum eſſe.* Neque enim ſecius homines ex ſermone, quàm ærea vaſa tinnitu dignoſcuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

41. *Scindere penulam.*

Een ſijn kleederen ſcheuren.

Pro eo quod eſt impenſius retinere hoſpitem, atque invitare prolixius, quod qui faciunt, manu in penulam injecta, quaſi vi conantur remorari. Cicero de Varrone loquens: *Venit*, inquit, *ad me*, *& quidem id temporis*, *ut retinendus eſſet*. At ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. Ick node hem al koelſtens / ſoo dat ick ſijn klederen niet ſeer ſcheurde.

42. *Oculis magis habenda fides, quàm auribus.*

Ὠτίων πιςότεροι ὀφθαλμοί.

't Sien gaet voor 't ſeggen.

Quæ cernuntur certiora ſunt, quàm quæ audiuntur. Hinc Horatius in Arte Poëtica:

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradit ſpectator.

43. *Diomedis & Glauci permutatio.*

Χρύσεα χαλκείων.

Quoties inæqualis nimium rerum permutatio eſt, nimiumque inter hoc & illud intereſſe ſignificamus. Cicero: *Habes ad omnia, non ut poſtulaſti* χρύσεα χαλκείων, *ſed paria paribus reſpondimus.* Utrumque proverbium eſſe ſignificat Cicero, par pari de æquali penſatione, & χρύσεα χαλκείων de commutatione inæquali. Martialis in epigrammat.

Tam ſtupidus nunquam, nec tu puto Glauce fuiſti,
Χρύσεα *donanti* χάλκεα *qui dederas.*

44. *Multæ regum aures & oculi.*

Ὦτα ϗ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί.

Des landts Heer / hoort ende ſiet veer.

Regibus enim ubilibet ſui ſunt exploratores, quibus vice oculorum utantur, & qui pro ipſis ſubauſcultant Corycæi, alteræ ipſis aures ſunt. Noſtrate lingua feſtivam vocum alluſionem habes.

45. *Longæ Regum manus.*

Des Vorſts handt / is ſoo groot als 't landt.
Heeren hebben lange halſen.

Per ſuos enim juſtitiæ adminiſtros, etiam in locis procul diſſitis ſceleſtos norunt in carcerem detrudere. Sic enim vel ex Hiſpaniis ipſis uſque in Hollandiam noſtram imperatoriæ M. longa ſunt brachia. Sic Ovid.

An neſcis longas regibus eſſe manus?

46. *Clavum clavo pellere.*

Ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν.

Die eene nagel doet d'ander wagen.
't Een mes moet het ander in de ſchee houden.

Malum alio malo depellere. M. Tullius, *Novo quodam amore veterem amorem, tanquàm clavum clavo ejiciendum putat.* Neque verò ſolum cum vitium vitio, ac malum malo diſcutitur, hujus uſus erit: verum etiam ſi quis artem arte, dolum dolo, audaciam audacia, maledicentiam retundat maledicentia: aut rem utcunque moleſtam, diverſa moleſtia profliget, ut cum libidinum incitamenta, laboribus obruimus, curam amoris aliis curis majoribus domamus. Euſebius in Hieroclem proverbium adducit noſtra etiam lingua vulgatiſſimum: δαίμονας γὰρ ἀπελαύνει ἄλλον ἄλλῳ ἢ φασὶ δαίμονι.

47. *Dæmones abigit alium alio.*

Δαίμονας ἀπελαύνει ἄλλον ἄλλῳ.

d'Een donder met d'ander verdrijven.

Quod autem de clavo adagium dicit clavo pellendo, aut de paxillo quem alius paxillus excutiat, natum ex luſu quodam eſt, quem Græci κινδαλίσμον, noſtrates vocant, **Fijſken** / quando paxillus aut culter terræ infixus, alio impacto palo aut cultro depellitur.

48. *Malo nodo malus quærendus cuneus.*

Een yſeren roede tot een ſtalen aers.

Natum ab iis eſt, qui ligna ſecant, ubi plerumque cuneum periclitari malunt apud malos nodos, quàm ſuam ſecurim. Nos à pueris metaphoram ſumimus, qui duriore flagello cædendi ſunt, quòd vulgarem virgam contemnant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

49. *Malum malo medicari.*

Τὸ κακὸν κακῷ θεραπεύειν.

Het een meß moet het ander in de ſche houden.

Perinde ferè hoc eſt, ac ſi priore uſus adagio dicas: *Clavum clavo pellere.* Noſtrates parœmiam à viatoribus ſumunt, qui ad avertendum hoſtem non ſine telo proficiſcuntur. Uſus autem eſt, quoties convitium convitio, vis vi, aut dæmon dæmone propellitur.

50. *Morbum morbo addere.*

Νοσοῦντι νόσον προστιθέναι.

Van een donder twee maken.

Malum conduplicare hoc eſt. Sophocles: Δεύτερον ἔπεισας ἐπὶ νόσῳ νόσον, *Alterum accumulâſti morbum morbo.*

51. *Ignem igni ne addas.*

Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ.

Men behoort daer't houtken niet onder te ſtoocken.

Ne calamitatem adjungas calamitati, ne commotum magis etiam commoveas. Natum ex clamore carbonarii cujuſdam, qui invaleſcente incendio conflagravit. Noſtrates malum ignem ſublatis fomentis reſtinguendum ſignificant potius, quàm ullo injecto ligneolo fovendum.

52 *Oleum camino addere.*

Een luys in een pels ſetten.

Pro eo, quod eſt, malo fomentum, ac velut alimoniam ſuppeditare, quò magis ac magis augeſcat. Horatius in Satyris:

Adde Poëmata nunc, hoc eſt, oleum adde camino.

Hieronymus ad Euſtochium: *Quid oleum flammæ adjicimus?*

53. *Oleo incendium reſtinguis.*

Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις.

Ghy wilt al verkeert in de wagen.

Ubi quis ea admovet remedia, quæ malum magis ac magis exacerbent. Veluti ſi quis animi triſtitiam fœdis voluptatibus obruere conetur. Aut ſi quis offenſum jurgiis atque convitiis conetur placare. Noſtrates ita præpoſterè agentes, præpoſterè & inverſa via equos currui jungere dicunt.

54. Ulu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

54. *Ululas Athenas.*

Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας.

Water in zee dragen.
Sparren in Noorwegen ſenden.

Conveniet in ſtultos negotiatores, qui merces eò comportant, ubi per ſe magis abundant. Venuſtius erit, ſi dicas, de docente doctiorem, donante ditiori, aut qui carmina mittat Poëtæ.

55. *Memorem mones.*

Εἰδότι λέγεις.

Ick weet alle dinck wel.

Germanico adagio quàm proximè reſpondet illud Græcanicum, λαλεῖς πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην, id eſt: Loqueris ei, qui ipſe rem omnem calleat. Homerus ut aliàs aliquoties, tum Odyſſeæ P.

Γινώσκω, φρονέω, τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις.
Et novi, & teneo, jam narras iſta ſcienti.

56. *Si crebrò jacias, aliud aliàs jeceris.*

Ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ' ἀλλοῖον βαλεῖς.

Aenhouden doet verkrijgen.

Significat adagium oportere rem ſæpius tentare, neque defatigari protinus, ſi quando parum ex animi ſententia ceciderit. A ſagittariis aut aleatoribus ſumpta videtur metaphora.

57. *Malum conſilium conſultori peſſimum.*

Quaden raet is elck man quaet/
Soo die oock haer eygen meeſter ſlaet.

In eos dicetur, quibus, quod aliis perperam conſuluerunt, in ſuum recidit caput. Noſtrates autem hic generaliore quoque ſententia dicunt: **Ondeucht loont altijt in 't eynd ſijn eygen meeſter.** Omne malum in ſuum tandem recidit autorem. Sumptum apparet ex Heſiodo:

Οἷ αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων,
Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη,
Ipſe ſibi nocet is, alium qui lædere quærit.
Conſultum male conſultori peſſima res eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

58. *Suum cuique pulchrum.*

Niemants lief is lelick.

φιλαυτίας vicio fit, ut in re propria cæcutiamus, in aliena plus ſatis oculati. Et verus quidem ille verſiculus eſt: *Quæ minimè ſunt pulchra, ea pulchra videntur amanti.* Competit autem adagium in eos, quibus ſua, non tam vero judicio, quàm animi quadam propenſione, qua nos noſtraque adamamus, placent & egregia videntur.

59. *Patriæ fumus igni alieno luculentior eſt.*

Καὶ ὁ τῆς πατρίδος καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός.

Eygen haert is gout waert.

Tam ſumus natura propriarum rerum amantes, ut proprium fumum alieno igne habeamus chariorem. Et focum frigidulum, ſi modo proprius ſit, ne luculentiſſimo quidem aliorum igne, imò nullo planè auro commutandum cenſemus. Unde & ſic vulgo ferunt:

Eygen haert is gout waert/
Al is die kout/ sy is bout.

60. *Viva vox.*

Snyende woorden die een levendigh af gaen.

Hoc eſt non ſcripta, ſed ab ipſo pronunciantis ore percepta, quaſi vivida & efficax. Nam viva dicuntur nonnunquam, quæ nativa ſunt & non factitia. Noſtrates vivam orationem vocant, quæ corda conſcindant, & viva quadam virtute penetrent. Ita & autore D. Hieronymo, habet neſcio quid latentis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de doctoris ore transfuſa, fortius ſonat.

61. *Muti magiſtri.*

De ſtommen.

Non illepidè profectò, literæ muti vocantur præceptores: Propterea quòd mutorum eſt non voce, ſed nutibus ſignisque loqui, unde & noſtratibus vulgare eſt, ut in contractuum controverſiis, unde conſcriptas habent tabulas, dicant eam controverſiam per mutos dirimendam, aut proferendam ſententiam. Quin & libram ſive ſtateram mutum quoque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

quoque vocamus indicem, qui in oculos potius quam in aures ferat ſententiam.

62. *Frons occipitio prior.*

Geen bode beter dan den man ſelfs.

Significavit antiquitas hoc adagio, rectius geri negotium ubi præſens ac teſtis adeſt is, cujus agitur negotium. Loco autem hujus paſſim audimus: *Oculus Domini ſaginat equum.* Perquàm venuſtè autem dixit T. Livius: *Non ſatis feliciter ſolere procedere, quæ oculis agas alienis*, quæ noſtrates pari ferè gratia referentes, vulgo dicunt: **Die verr' is van ſijn goet / is na by ſijn ſchade /** *Damno ſuo proximus eſt, qui à re ſua abeſt remotior.* Vult enim, ut ſuum quiſque curet ipſe negotium, neque magnopere fidat induſtriæ alienæ. Sententia ſanè Principibus viris vel maximè ſervanda.

63. *Æqualis æqualem delectat.*

Pares cum paribus facillimè congregantur.

Vogelen van eender veere vliegen geern t' ſamen.

Significat adagium ſimilitudinem matrem eſſe benevolentiæ, conſuetudiniſque & familiaritatis conciliatricem: etiam inter aviculas brutas & rationis expertes.

64. *Simile gaudet ſimili.*

Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον.

Daer vliegen geen uylen met bonte kraeyen.

Idem præcedenti eſt. Noſtratia dicunt non convolare ululas cum cornicibus. Si vero in illos dicas, quos ſimilitudo vitiorum conciliat, tunc hoc illud eſt, quod apud Germanos paſſim audimus: **Daer is een ſchotel vuyl gemaeckt.** Et iterum: **'t Is vuyl ſout / vuyl boter.**

65. *Semper ducit Deus ſimilem ad ſimilem.*

Ἀεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς εἰς τὸν ὅμοιον.

Soo die waert is / ſoo beraet hem Godt om gaſten.

Duce Deo fieri dicit adagium, ut ſimilis ferè incidat in ſimilem. Noſtratia ſonant, quaſi dicas: Deum curare, ut ad Pandochæum divertant hoſpites ipſo digni.

66. Sem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

66. *Semper graculus aſſidet graculo.*

Ἀεὶ καλοιὸς πρὸς καλοιὸν ἱζάνει.

Uylen vliegen met uylen.
Den eenen ſnappaert by den ander.

Quoties improbus cum improbo, aut rapax ſe rapaci, & ob loquax cum loquacibus ſe conſociat. Graculus enim & ob loquacitatem male audit, atque etiam de rapacitate. Alio nomine monedulam vocamus, **een kaeuwe.**

67. *Cicada cicadæ chara, formica formicæ.*

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

Twee quade honden bijten malkander niet.

Græcus enim verſus ex Theocriti Idyllio nono ſumptus, additum habet & de accipitribus ſibi inter ſe charis, ἴρηκες δὲ ἴρηξιν. Et ſi qua ſunt id genus alia. Unde & in eandem hanc ſententiam à pleriſque uſurpari audimus illud Juvenalis, *quod ſævis inter ſe convenit urſis.*

68. *Figulus figulo invidet, faber fabro.*

Κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων.

Luyden van eender neeringh.
Potbackers werck.

Sumptum ex Heſiodo, cujus verſus ſic habent:

Ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων.
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ᾽· ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι,
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Elegantiſſimos hos Heſiodi verſiculos in hunc modum vertit D. Eraſmus:

Semper vicinus vicino eſt æmulus, hunc ut
Condere cernit opes properantem gnaviter, atqui
Concertatio conducit mortalibus iſta,
Odit ita fabrumque faber, figuloque moleſtus
Eſt figulus: mendico protinus invidet alter
Mendicus, cantor cantorem lividus odit.

Noſtrates ſic ſe habentibus inter quoſdam rebus, dicunt ὁμό-τεχνοι. Vel ut ad hos quoque permanavit illud Heſiodi: *Res figularia, vel figulis digna.*

69. *Cretenſis Cretenſem.*

Ὁ κρῆς τ̀ κρῆτα.

Sy hebben malkander gevonden.

Subaudi, quod erit commodum ſententiæ, *provocat, conatur circumvenire*, aut tale quippiam. Utemur autem quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum à Cretenſium moribus, quos plurimis convitiis inceſſit antiquitas.

70. *Cretenſis cum Æginita.*

Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην.

De wolf ende de gier ſijn vergadert.

Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter ſe fallaciis, vi, aut rapacitate contendunt. Noſtrates autem lupum decertare vulgo dicunt cum vulture.

71. *Vulpinari cum vulpe.*

Ἀλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα.

Voſſen met voſſen vangen.

Hoc eſt, cum aſtuto aſtutiis agere. Horatius:

Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes.

Noſtra phraſis hic per omnia convenit.

72. *Cretiza cum Cretenſi.*

Πρὸς κρῆτα κρητίζειν.

Koert den duym by uws gelijck.

Adverſus mendacem agito mendaciis. *Cretizare* enim mentiri eſt, adeò ſuis mendaciis innotuerunt Cretenſes. Hinc eſt illud Epimenidis etiam à D. Paulo uſurpatum: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί. Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Porrò quod noſtrates dicunt pro *Cretizare* movere pollicem, hoc ex mentientium moribus ſumptum eſt, qui dum mendaciis intendunt, manus parum noverunt ſervare quietas.

73. *Cum Care Cariʒas.*

Πρὸς κᾶρα καρίζεις.

Ghy paſt op malkander als de klock van elven.

Simile ſuperiori, quaſi dicas: Ruſticè agis cum ruſtico:

barbarè

barbarè loqueris barbaro: craſsè cum craſſo. Noſtrate lingua, quando alterum ita convenire dicunt cum altero, ex undecima hora comparationem faciunt, quæ dum prandendi tempus eſt, omnium opificum votis accommodatiſſima eſt.

74. *Cretenſis mare.*

Ὁ κρῆς τὴν θάλασσαν.

D oude ſchoenen weten 't wel.

Subaudiendum *neſcit*. In eos competit, qui ſe neſcire fingunt, quod egregiè callent. Cretenſes enim cum ſint inſulares, rerum maritimarum peritiſſimi ſunt. Noſtrates verò quum quis ſe quippiam neſcire fingit, veteres ejus calceos id abundè ſcire dicunt, ut quibus ex re viſa aut audita omni de re conſtare poſſet.

75. *Ad umbilicum ducere.*

Een ding voltoyen.

Hoc eſt, librum finire atque abſolvere. Sunt enim umbilici ornamenta quædam oſſea aut lignea corneave, umbilici noſtri formam imitantia, quæ voluminibus abſolutis jam addebantur. Horatius in Epodis:

Deus Deus nam me vetat
Inceptum celeres promiſſum carmen Iambos
Ad umbilicum ducere.

76. *Summum faſtigium imponere.*

Een dingh ſijn leſte gerechte geven.

Pro eo quod eſt, rem omnibus ſuis partibus abſolvere. Tranſlatum ab ædificatoribus, qui perfecto demum ædificio faſtigium aliquod ſolent imponere. Quibus ſicuti fundamentum prima inſtituendi operis pars eſt, ita faſtigium ſuprema eſt jam abſoluti. Noſtrates ducunt parœmiam ex menſarum ferculis aut miſſibus.

77. *Summa manus addita.*

't Gelt is verdient.

Nu iſt heylich avont.

Ab artificibus item ſumpta metaphora, qui primum rude quoddam operis ſimulachrum effingunt, atque hanc primam appellant manum: deinde formant expreſſius: poſtremò

mò ſummâ curâ expoliunt, atque hanc *ſupremam*, ſive *ſummam* vocant *manum*. Noſtrates ex pacta aut jam promerita mercede ſuam habent loquendi formulam.

78. *Supremum fabulæ actum addere.*

't Leſte Liedeken ſingen.

Pro eo quod eſt, *ſupremum finem imponere*, à Poëtis Comœdiarum ac Tragœdiarum Scriptoribus aſcitum, qui fabulas ſuas in actus diſtribuunt. Unde illud Horatianum:

—— Nec ſit quinto productior actu
Fabula ——

Apud nos, à choream ducentibus, & ad eam cantantibus ſumitur adagium. De iis verò, qui natura ſic gelotopoioi ſunt, ut orationem aut actus ſuos ridiculè ſemper finiant, vulgo apud nos dicitur: *Supremum fabulæ actum ſtultitia ſua ſemper condecorat:* **Hy beſluyt het altijt met de geck.**

79. *Cataſtrophe fabulæ.*

Καταστροφὴ τοῦ δράματος.

Daer mede is Halleluia geſeyt.

Cujuſlibet rei exitum proverbiali figura cataſtrophen vocamus. Fabula enim omnis, ut oſtendit Donatus, in tres partes diſtribuitur: in πρότασιν, ἐπίτασιν, & καταστροφήν. Nos ad ceremoniam illam ſpectamus eccleſiaſticam, qua fit, ut ineunte ſeptuageſima deſiſtant cantores ab illa lætitiæ voce Halleluia.

80. *A capite uſque ad calcem.*

Ἐξ πόδας ἐκ κεφαλῆς.

Van 't hooft tot de voeten.

Sic rem planè totam ſignificamus. Horatius:

Talos à vertice pulcher ad imos.

Et ſic quidem ad corpus refertur. Porrò cum ad rem ſpectat oratio, Germanicè dicimus: **Van voren tot achteren.** Sic D. Hieronymus in præfatione libri, quem *dierum* inſcribunt Hebræi: *Contuli*, inquit, *cum eo, à vertice* (*ut ajunt*) *uſque ad extremum unguem.*

81. *Curſu lampada tradere.*

't Spel een ander over geven.

Proverbialis metaphora, pro eo quod eſt, partes tuas quaſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

quaſi ſucceſſione in alium atque alium transferre, ita ut ſolent in certaminibus Prometheis, Vulcaniis, aut etiam Panathenaicis, ubi face cum ardente currentes, quando delaſſabantur, eam curſu certaturo dabant alteri, & ille viciſſim jam defatigatus alteri. Itaque *lampada tradere* dicetur, qui jam vel delaſſatus, vel emeritus in alios munus gerendum à ſe transfert.

82. *Invicem lampada tradere.*

Elckander de Bal toe ſollen.

Quando, quod ait Terentius, *tradunt operas mutuas, & alius alii viciſſim ad ſervandam dignitatem, aut magiſtratum aliquem ſuppetias ferunt.* Noſtrate lingua quoque dicimus: **De Bal een ander over geven. Jck ſcheyde daer uyt. Een ander die beter kan.**

83. *Principium dimidium totius.*

Ἀρχὴ ἥμισυ παντός.

Begonnen / is half gewonnen.
Beſtaen / is half gedaen.

Hoc adagio ſignificatum eſt, maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio ſitam eſſe. Auſonius:

Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe, ſuperſit
Dimidium, rurſum hoc incipe, & efficies.

Horatius in Epiſtolis:

Dimidium facti qui cœpit habet, ſapere aude.

84. *Satius eſt initiis mederi quàm fini.*

Ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λώϊον ἢ τελευτήν.

't Is beter te tijdt dan t'ontijdt.
Beter ten halven gekeert / dan heel onteert.

Admonet adagium minore negotio tolli malum ſtatim initio, cum adhuc recens eſt, quàm poſtquam inveteraverit. Ovidius:

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluêre moras.

Et alibi:

Venienti occurrite morbo.

85. *Serere*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

85. *Serere ne dubites.*

Laet u niet verdrieten/
Dat ander u moeten genieten.

Ruſticanum adagium, quo monemur, ne quando pigeat ejuſmodi rerum aliquid moliri, è quibus nihil omnino diſpendii, plurimum emolumenti poſſit proficiſci, ſi non in præſens, certè in poſterum, ſi non nobis, at ſaltem poſteris. Virgilius Georgicorum 2.

Et dubitamus adhuc ſerere atque impendere curam.

D. Everhardus Tappius hæc Germanica ſententia reddit longiuſcula quidem, ſed quod rectè ac piè adeo moneat, hic immiſcenda: **Wir ſollen arbeiten/ als ſolten wir ewig leben: vnd ſorgen / als ſolten wir morgen ſterben.**

86. *Talaria induere.*

Sijn ſchoenen ſmeeren.

Hoc eſt, fugam adornare, & ſeſe comparare ad ineundum iter. Sumptum à Mercurio, qui alligatis ſibi talaribus, ad obeunda Deorum provolat negotia. Germani ab iter facturis, & ad illud ſuos calceos, quo molleſcant, inungentibus, ſumpſerunt adagium. Virgilius in 4. Æneid.

—— *Pedibus talaria nectit.*

Hy wil op reys.

87. *Tricæ, apinæ.*

Lappen ende leuren.

Sic vulgo res futiles ac nugatorias vocabant. Martialis:

Sunt apinæ, tricæque, & ſi quid vilius iſtis.

Hinc Cicero *tricari* uſurpavit pro *nugas agere*. Sunt autem *Tricæ* & *Apinæ* urbium nomina, quæ à Diomede ſubverſæ apud Apulos, in proverbii ludicrum verſa ſunt. Alioqui *tricas* impedimenta atque implicationes intellige, ἀπὸ τῶν τριχῶν, ut inquit Nonius Marcellus, id eſt, à pilis, quibus involvuntur pulli gallinacei. *Apicas* autem oves quoque vocamus ventre nihil obveſtito ac nudo, quod genus rejiculas ac damnatas cenſere ſolent paſtores. Tricæ Attellanæ, **Lappen ende leuren heel verwardt.** Sic Varro nugas vocabat intricatiſſimas.

88. *Corycæus auſcultavit.*

Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.

Wy zijn verklickt.

Ubi quis id quod agit conatus diſſimulare, tamen à curioſis deprehenditur. Corycæi autem ad portuoſum montem Pamphiliæ Corycum habitabant, ubi per portus diſperſi, poſtquàm reſciviſſent quid quiſque mercatorum vel adveheret vel aveheret, atque etiam quando illinc ſolveret, ſoliti ſunt id deferre ad piratas, cum quibus ſocietatem maritimorum latrociniorum habebant. Noſtrates hujuſmodi delatores vocant, **Verklickers of kraeyers:** quorum poſterius à gallis aſcitum gallinaceis: eos propriè ſignificaret, qui vel ante lucem rem aliquam deferre gaudent.

89. *Fortes fortuna adjuvat.*

Die waeght/ die windt.

Admonet adagium fortiter periclitandam eſſe fortunam; & Cicero Tuſcul. quæſtionum ſecundo libro: *Fortes enim non modo fortuna adjuvat, ut eſt in vetere proverbio, ſed multo magis ratio.* Hinc illud:

Audaces fortuna juvat, timidoſque repellit.

90. *Currentem incitare.*

Τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν.

Een ſtooten daer hy wesen wil.

Eſt adhortari quempiam ad id, ad quod jam ſuapte ſponte tendit. Cicero ad Q. Fratrem lib. 2. *Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris, ſed me hercule, currentem nunc quidem.* Plinius ad Cannium: *Scio te ſtimulis non egere, me tamen tui charitas evocat, ut currentem quoque inſtigem.* Ducta eſt metaphora ab his qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet addere velocitatem. Noſtrates verò germanica ferè in eum ſenſum uſurpant, quomodo à Terentio in malam partem inſtigandi verbum ſumitur: *Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga.*

91. *Calcar addere currenti.*

Een voort porren/ voort drijven.

Eadem ſententia, ſed hæc ab equitibus nata metaphora eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

eſt. Plinius Junior: *Flagitabas, ut tibi aliquid ex meis ſcriptis mitterem, cum ego idipſum deſtinâſſem. Addidiſti ergo calcaria ſponte currenti.* Ovidius:

Non opus admiſſo ſubdere calcar equo:

Alſt Paerdt wel draeſt / ſoo gaet het wel / ſoo magh 't wel lijden.

92. *In trivio ſum conſilii.*

Ἐν τριόδῳ εἰμὶ λογισμῶν.

Ick weet my geen wegh.
Ick ben mijn raedt ten eynde.

Qui dubitant atque incerti ſunt animi, hæſitantes quid potiſſimum eligant. Tranſlatum ab iis qui faciunt iter, & ſi quando trivium occurrit, addubitant, quam viam oporteat ingredi. Nam *viam* pro ratione conſilii frequenter reperies. Neſcio quâ id faciam viâ; **Ick weet daer geen wegh toe.** Hâc inſiſtendum viâ eſt: **Dit gat / deſe wegh moeten wy in.**

93. *Bis ac ter quod pulchrum eſt.*

Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν.

Men kan een goet Liedeken niet te veel ſingen.

Subaudi, *dicendum eſt, faciundum eſt*, aut ſimile. Nam autore Platone, κόρος οὐδεὶς τῶν καλῶν, id eſt, *Nulla eſt ſatietas rerum honeſtarum.* Germanica hæc etiam ipſe habet D. Tappius.

94. *Fratrum inter ſe iræ ſunt acerbiſſimæ.*

Χαλεποὶ πόλεμοι ἀδελφῶν.

Der Broeder gekijff / gaet aen ziel en aen lijff.
Der Broeder toorn rijſt al te hoogh.

Si quando inciderit ſimultas inter fratres, ea ſolet nonnunquam eſſe atrocior, quàm vulgarium inimicorum. Suppetunt abundè multa ex hiſtoricis exempla: Cain & Abel, Jacob & Eſau, & apud gentiles Romuli & Remi. Germanica vocum alluſione placent, ſed poſterius amphiboli habet gratiam, quando **toorn** & *turrim* ſignificat & *iram.* Monet autem ſententia, iræ inter fratres, aut alioqui ulla neceſſitudine conjunctos, devitandæ atque conſopiendæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

95. *Taurum tollet qui vitulum ſuſtulerit.*

't Moet vroeg buygen/dat goede hoop werden ſal.

Si quàndo ſignificabimus, majora peccaturum ubi adoleverit, qui puer minoribus vitiis aſſueſcit. Nos à circulis vaſculariis ſumimus parœmiam, quos in primo germine inflecti atque incurvari commodum eſt.

96. *Vivorum oportet meminiſſe.*

Met den levenden moet men 't Lant houden.

In eos qui nimium de vita defunctis loquuntur, aut qui de ſuis amiſſis nimium dolent. M. Varro libro de lingua Latina tertio, putat *lethum* ἀπὸ τῆς λήθης, id eſt, ab *oblivione* dictum, quaſi in oblivionem tandem abire conveniat, qui vita exceſſerit: Atque in funeribus ſic quondam à præcone dici ſolere: *Ollus letho datus eſt*, **Die Man een ſchrap voor uyt.** Sic nos de debitorum, aut ſociorum catalogo aliquem delendum ſive expungendum ſignificamus.

97. *Cum larvis luctari dedecet.*

Jugulare mortuos inhoneſtum eſt.

Men behoort niemants doode mont te beliegen/ of te onteeren.

Hoc eſt, inſectari defunctos, & pugnare cum iis, qui jam extincti, ſui defendendi poteſtatem non habent, qua re nihil poteſt eſſe indignius, aut minus honeſtum. Fit autem lepidior metaphora, ſi paulò longius detorqueatur: Ut ſi eum dicas jugulare mortuos, qui librum impugnet à nullo non damnatum, aut diſputet adverſus ſententiam omnium ſuffragiis jam olim rejectam, aut ſi quis vituperet rem omnibus per ſe deteſtatam.

98. *Cygnea cantio.*

Κύκνειον ᾆσμα.

't Leſt het beſt.

Senilem atque jam morti vicinam eloquentiam ſignificat, quæ nonnullis ſingularis obvenit atque eximia. Martialis:

Dulcia defectâ modulatur carmina linguâ
Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Divus Hieronymus in quodam laudans ſenilem eloquentiam, com-

commemoratis aliquot ſcriptoribus: *Hi omnes*, inquit *neſcio quid cygneum vicinâ morte cecinerunt.*

99. *Neſtorea eloquentia eſt.*

Hy ſoude een Koninck uyt ſijn ſtoel praeten.

Neſtoris Pyliorum ducis facundia in proverbium abiit, ſi quando ſenilem ſuaviloquentiam ſignificamus. Nam huic Homerus ut tria ſecula, ita plus quàm mellitam quandam facundiam affingit. Apud nos verò facundos dicimus Regi poſſe perſuadere, ut ipſis vel de regno ac throno ſuo cedat regio.

100. *Attica eloquentia.*

Lepore Attico eſt.

Hy kan kallen als een Engel.

Lepos quidam ac feſtivitas, quaſi vernacula ac peculiaris adeſt Atticis, adeò ut *Atticus lepos*, *Attica eloquentia* pro ſumma ſumatur. Terentius: *Dixin' in hoc Atticam eſſe eloquentiam?* Nos ad angelicam linguam collationem facimus, quam Divus Paulus ſummam intellexit: *Si linguis*, inquiens, *hominum loquar, atque adeò angelorum, charitatem autem non habeam, nihil ſum.*

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA III.

I. *Mandrabuli more res ſuccedit.*

Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα.

't Gaet al aerſelingh/ achterwaerts.

HOc eſt, *Res indies in pejus labitur.* Inde natum, quod Mandrabulus quidam, cùm theſaurum reperiſſet, primùm auream ovem Junoni poſuit: proximo anno argenteam: tertio æream. Noſtri parum procedere rem ſignificantes, ſed potius fugere ac in deterius abire, à Cancro aut Nepa fortaſſis hoc mutuo acceperunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

2. *Maturè fias ſenex, ſi diu velis eſſe ſenex.*

**'t Moet vroegh toe komen / dat langh out ſal zijn.
Langh heynſt / vroegh guyl.**

Latinorum proverbium, quo monemur, ut integra adhuc ætate deſiſtamus à laboribus juvenilibus, ac valetudinis curam agere incipiamus, ſi velimus eſſe vivaci ac diuturna ſenecta. Noſtrates caballum laſciviorem, ſive equum admiſſarium citò dicunt fieri malum ac rejiculum: Ita adoleſcens niſi libidinem, bibacitatem, ac reliquam vitæ turbulentiam reliquerit, aut nunquam perveniet ad ſenectam, aut eam habiturus eſt brevem.

3. *Senis doctor.*

Γέροντος διδάσκαλος.

Die een ouden Hondt aen den bandt wil leeren gaen.

Convenit in eum, qui in re ſera atque intempeſtiva fruſtrà ſumit operam. Siquidem ut eſt juventa docilis, atque in quemvis habitum ſequax, ita ſenecta intractabilis, tarda atque oblivioſa. Quomodo & canis vetulus difficulter loro aſſueſcit.

4. *Senis mutare linguam.*

Oude Honden aen den bandt leggen.

Cùm ad omnem diſciplinam tardior eſt ſenectus, tum potiſſimum ad diſcendam linguam, quæ facultas maximè pueris à natura data eſt. Hinc proverbium hoc de fruſtrà ac intempeſtivè laborantibus dicetur. Quanto autem adulta ætas minus tractabilis ſit quàm juvenilis, eleganti metaphora à Naſone ſcriptum eſt:

Quæ præbet latas arbor ſpaciantibus umbras,
Quo poſita eſt primum tempore, virga fuit:
Tunc poterat manibus ſumma tellure revelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Tunc itaque optimis aſſueſcendum, cùm ad quidvis cereum eſt ingenium.

5. *Caſcus caſcam ducit.*

Daer is een Schootel vuyl gemaeckt.

Quoties ſimilis ſimilem delectat: Vetulus vetulam, deformis

formis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Nam antiquitus *caſcum* dicebatur, quod nos *vetus* appellamus.

6. *Bis per omnia.*

Δὶς διὰ πασῶν.

't Scheelt ſoo veel als Nacht ende Dagh.

Hoc proverbiò diſcrimen ingens ac longiſſimum intervallum ſignificabant. Unde quæ pugnantiſſima inter ſeſe viderentur, totoque diſſidere genere, ea Δὶς διὰ πασῶν inter ſe diſcrepare dicebant. Sumptum autem adagium ex arte muſica eſt, ſiquidem ex longiſſimè inter ſe diſtantibus chordis ea conſonantia eſt.

7. *Ubi timor, ibi pudor.*

Ἵνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδῶς.

Ten dient geen aers ſonder bedwang.

Proverbialis ſententia, cui ſimilis eſt illa Terentiana: *Omnes deteriores ſumus licentia.* Et maxima pars hominum formidine fuſtis à malefactis temperat. Vulgo hic quoque dicunt: *Ubi rigor, ibi vigor.*

8. *Foras Cares, non amplius anthiſteria.*

Θύραζε κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια.

't Is altijt geen Kermiſſe.

Non ſemper Saturnalia.

't Is altijt geen Vaſten-avont.

Saturnalibus ſervis quoque Romæ libertas erat, ita ut apud Athenienſes in Floralibus, quæ Græcè ἀνθεστήρια dicuntur. Dicitur itaque ubi quis eadem ſibi ſperat commoda, aut idem ſemper licitum fore, quod aliquando pro temporis ratione fuit permiſſum. Veluti ſi quis ſemel benignitatem amici expertus, ſubinde redeat aliquid petiturus: aut cum pueri permiſſam ſibi ad tempus feriandi, ludendique facultatem, ultra tempus prorogant.

9. *Fures clamorem.*

Οἱ φῶρες τὴν βοήν.

Een Dieff is bloye.

Subaudiendum, *timent* aut *metuunt.* Quadrabit in eos, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

qui ſibi conſcii, metuunt ne deprehendantur, aut qui peracto maleficio fugitant pavitantque. Habet autem hoc cum omnis malefacti conſcientia, tum præcipuè furti, ut hominem trepidum reddat & lucifugam.

10. *Funiculum fugiunt miniatum.*

Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

Haer gruwt voor die Galge.

Ubi quis non tam ex animo, quàm ut mulctam ſubterfugiat, ſuum præſtat officium. Olim populus in concionem convocatus rubricato claudebatur fune, quem quiſquis contigiſſet, ex eo notatus pendebat mulctam. Unde qui notari metuunt, dicentur fugere funiculum miniatum. Germanicè hæc ex patibulo ſumpta eſt parœmia, ex quo qui deliquerunt, ſuſpendi ſolent.

11. *Fortunatior Strobilis Carcini.*

Εὐδαιμονέστερος Καρκίνου στροβίλων.

Groot geluck dat gy den halſ niet en braeckt.

Ironia proverbialis in infelicem, & qui caſu aliquo afflictus eſt. Quo rerum ſtatu noſtrates etiam ſi brachium aut pedem quis fregerit, εἰρωνεύειν aliquando ſolent, pro felicitate ducentes, quòd collum non confractum ſit. *Carcinus* autem Poëta quiſpiam fuit, cujus filii dicti ſunt *Strobili*, hoc eſt, cochleæ, *Carcinus* cancer. Utrumque genus fœdum & diſtortum, ita ut hinc ſumptus jocus ſit.

12. *Feſto die ſi quid prodegeris, &c.*

Men moet geven datmen gevende blijft.
Teeren/ dat het morgen niet mach deeren.

Plautus in Aulularia ſub perſona Euclionis: *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.* Schema proverbiale. Admonet autem ne in ſumptibus ſolennibus ita profuſi ſimus, ut non ſuppetat, quo feramus quotidianos. Accommodabitur & non perperam in eos, qui juvenes rem prodigunt, eſurituri ſenes.

13. *Felis Tarteſſia.*

Γαλῆ ταρτησία.

Een ſchale kat.

Non ineptè dicetur de rapacibus. Tarteſſii autem ſunt in Iberia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Iberia, apud quos feles maximæ naſci dicuntur. Noſtrates dicunt. **Een ſchale kat /** pro **een ſchadele kat /** hoc eſt, rapax ac damnoſa felis: Aut ſi abſolutiore dictione uti voles, **Een ſchadelijcke kat.**

14. *Feli crocoton offertur.*

Γαλῇ κροκωτὸν.

Hy is verheven als een kick-vorſch op een kluytje.

Subaudiendum *das*, aut *addis*. Dici ſolitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: Aut cum datur quippiam iis, qui munere non norunt uti, veluti ſi quis à Muſis alieniſſimo belliſſimum daret librum. *Crocoton* autem veſtis genus eſt rotundæ ac fimbriatæ, qua divites utebantur matronæ.

15. *Muſtelam habet.*

Γαλῆν ἔχει.

Hy heeft de kancker in zijn goedt.

In eum quadrat, cui omnia ſunt inauſpicata, tanquam fatis ac diis iratis, ut ajunt. Muſtelam enim inauſpicatum atque infauſtum eſſe animal olim creditum eſt, ita ut nunc etiam apud Britannos infelix omen habeatur, ſi cum paratur venatio, aliquis muſtelam nominet.

16. *Faſtuoſus Maximus.*

Κομπὸς Μάξιμος.

Hy houdt veel van de Luyden / maer van hem ſelven meeſt.

In eum dicebatur, qui ſibi plus ſatis arrogâſſet in ſapientia. Sumptum à moribus Maximi cujuſpiam arrogantis & ſibi immodicè placentis.

17. *E multis paleis paulum fructus collegi.*

Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνήγαγον.

Veel wercks / maer luttel vlas.

Id eſt, multo labore, non multum emolumenti ſum conſecutus, aut è verboſo ſermone, paululum bonæ ſententiæ. Noſtrum proverbium prǽter venuſtam antitheſin ſuam quandam gratiam habet ex amphibola voce, **Werck /** quæ & *laborem* ſignificat, & *ſtupam*, quæ ex lino mundiore depectitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

18. *Oportet remum ducere qui didicit.*

Δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα.

Die 't ſpel niet kan / die blijf daer van.

Unumquemque decet eam artem exercere, quam antea doctus ſit. Id quod Horatius quoque admonet:

Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis,
Indoctuſque pilæ, diſcive, trochive quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ:
Qui neſcit, verſus tamen audet fingere. ——

Germanica fere ſonant, ut ſi dicas: *Qui luſus non novit legem, abſtineat.*

19. *Iſtum remum nil ducere novit.*

Van dat dack kan hy niet kaetſen.

Ex ſuperiore, nos & hoc deformamus, quo licebit uti, quoties parum exercitatum quapiam in re aliquem dicimus, neque ſatis ejus rei peritum. Latinus ex naviculis: Germanus ex ſphæriſteriis ſumit parœmiam, ubi & pilam ſcitè excipere artis cujuſdam eſt.

20. *Ex ipſo bove lora ſumere.*

Ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν.

Als eygen broot / een ſlaet op 't hoot.
Van de ſack nemen / daermen de ſack mede laypt.

Quando id, quo aliquem lædas, ab ipſo qui læditur accipis. Veluti ſi quis verſibus inceſſeret eum, à quo carminis componendi rationem didiciſſet: Aut ſi tyrannus pecuniam extorqueat à civibus, qua ſatellitium ad opprimendam civitatem alat. Metaphora ſumpta ab agricolis, qui lora cædunt è boum tergoribus, quibus boves vinciunt.

21. *Ex uno omnia ſpecta.*

Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὅρα.

Weeſt aen een reyſe geleert.

Admonet adagium ex unius eventus experimento, reliquorum conſimilium conjecturam oportere facere. Virgilius in ſecundo Æneïdos:

—— *Et crimine ab uno*
Noſce omnes. ——

22. Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

22. *Ex aſpectu naſcitur amor.*

Ἐκ τοῦ εἰσορᾷν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾷν.

Onbekent maeckt onbemint.

Aenſien doet gedencken.

Vyt der oogen/ uyt der herten.

Ex convictu oritur amor mutuus. Et oculi præcipui ſunt ad amandum illices, in hos enim ajunt Poëtæ Cupidinem excubantem ſua jacula mittere. Hinc & apud Juvenalem prodigii loco narratur de cæco amante:

Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ.

Admonet autem adagium non amari quicquam niſi cognitum. Germanicè hoc per contrarium ferè efferimus, quaſi dicas ex rei ignoratione contemptum ipſius naſci. Itaque qui mulierum formas ac decorem cavet intueri, eas non facilè adamabit.

23. *E ſublimi me derides.*

Ἀφ' ὑψηλοῦ μοῦ καταγελᾷς.

Ghy hebt daer goedt gecken mede.

Ghy houdt u geck met my.

De eo qui divitior atque ad fortunam lautiorem provectus, alios cum faſtu ridet atque deſpectu. Tranſlatum ab iis, qui ex edito loco verba faciunt. Germanica ſonant quaſi dicas: *Facile quidem tibi eſt inferioribus illudere.*

24. *Extra lutum pedes habeo.*

Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχω.

Jck ben daer door.

Hoc eſt: Extra periculum ſum: E periculo me extricavi. A viatoribus prognata parœmia. Hinc naſcuntur & alia noſtratibus tritiſſima:

25. *Ut extra lutum pedes retrahebat.*

Hoe trock hy zijn hielen na hem.

Quando quis illuc ſe ſubducit, ubi periclitatus nonnihil eſt, aut alioqui non ita ſecurus conſedit aut conſtitit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

26. *In medio adhuc hæret luto.*

Hy ſteeckt daer noch ten hals toe in.

Qui moleſtis negotiis involvitur, unde ſe nequeat extricare.

27. *Ex umbra in ſolem educere.*

Uyt de latten halen.

Hoc eſt, rem prius abditam & otioſam, in publicum & communis vitæ uſum educere: Aut quod hactenus latuit atque ignoratum eſt, tandem in lucem proferre. Per ſolem enim omnia clarius videntur atque cognoſcuntur. Germanus ex ſuprema & obſcura domus parte, quæ tectum ſuſtinet, ſumpſit metaphoram. Scandulas enim & tignos tectum ſuſtinentes vocamus **de Latten.**

28. *Excubias agere in Naupacto.*

Φρουρῆσαι ἐν Ναυπάκτῳ.

By 't Heyligh Graff waken.

Achivi captâ Naupacto (eſt autem *Naupactus* Ætoliæ civitas) Pauſaniam excubiis, cuſtodiæque præfectum interfecerunt. Unde res in jocum vulgi videtur abiiſſe adverſus eos, qui ſua ignavia pereunt, lucrique minimum faciunt: Qui, inquam, inanem operam ſumunt ſpe ſua fruſtrandi. Noſtrates à Dominici ſepulchri cuſtodibus ſua ſumpſerunt.

29. *Devotionis templum.*

Ἀρᾶς ἱερόν.

Een blaecker bos/ vol vloeckens ende ſweerens.
Die 't al tot vloecken ende te ſweeren gemaeckt is.

Qui crebris execrationibus uti conſueverunt, ut nihil dicant, niſi diras admiſceant devotiones & imprecamina, vel ipſo auditu horrenda.

30. *Expertes invidentiæ Muſarum januæ.*

Ἄφθονοι μουσῶν θύραι.

Rechte Konſt/ draeght Liefd' en Jonſt/
is niet achter houdende.

De his dictitatum, qui literaturam ſuam candidè libenterque impertiunt aliis, quique ad docendum prompti propenſique ſunt. Noſtrates eos qui aliquid ſibi reſervatum volunt,

ſunt, quod non libenter aliis communicent, aut qui ſimulatè agunt, neque ut apud verè amicos liberè, hos vocant **achterhoudende Luyden.** *Candidus* verò, hoc eſt, invidentiæ expers, & apud amicos animo planè aperto, vocatur **niet achter-houdende/ open-hartigh.**

31. *Eurybatizare.*

Ἐυρυβατεύεσθαι.

Honden willen.

Eurybatizare, hoc eſt, improbis uti moribus. Id quod noſtrate lingua cùm ſignificant, dicunt aliquem *canes velle*, ſiquidem olim homines inſigniter ſcelerati, inter canes ſuſpendi ſolent. Unde & de equo aut bove ægrotante, noſtrates dicunt ruſtici, quòd *canem velit.* **'t Wil niet beteren/ 't wil al honden/** mortuum enim cadaver canibus cedit in eſcam. Porro *Eurybatus* inſignitæ improbitatis homo fuit, quem ſua improbitas adagio nobilitavit.

32. *Faciunt ei & ſphaceli immunitatem.*

Hy raeckt aen 't geluk/al ſoudt een Boer ontvallen.

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν.

Men raeckt ſomtijdts aen 't geluck/ en men weet niet hoe.

Natum ab eventu hujuſmodi: Piſiſtratus tyrannus decimas exigebat ab Athenienſibus eorum, quæ in agris proveniunt. Itaque cum aliquando obambularet, videretque ſenem in ſaxis quibuſdam, hoc eſt, loco petricoſo laborantem, rogabat quoſnam fructus inde colligeret. At is reſpondens, Dolores, inquit, & ſphacelos, atque horum decimas exigit Piſiſtratus. Porro Tyrannus admiratus hominis libertatem, decimas Athenienſibus remiſit. Ea itaque res in vulgi ſermonem abiit, *etiam ſphacelos immunitatem parere.* Eſt autem *ſphacelus* morbi genus, quod ex immodica deſatigatione ſolet accidere. Quidam putant eſſe tormina articulorum, quidam oſſium tabem.

33. *Et meum telum cuſpidem habet acuminatam.*

Ἐπεὶ καὶ ἐμὸν βέλος ὀξὺ πάροιθεν.

Wy hebben oock wel luyden geſien.

Quoties fatebimur nos inferiores quidem eſſe, verùm non

deeſſe

deeſſe tamen quo nocere queamus. Huic ſimile eſt Virgilianum illud:

—— *Et noſtro ſequitur de vulnere ſanguis.*

Item & illud Ovidii:

Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent.

Noſtrates, & ſe hominibus aliquando veniſſe ob oculos dicunt.

34. *Ignavi vertitur color.*

Τοῦ κακοῦ τρέπεται χρώς.

't Is quaet laken dat ſijn veruwe ſchiet.

In timidos dicitur, qui ad leve etiam periculum exalbeſcunt. Hollandi perquàm eleganter à panno ſumimus adagium, qui colorem ex pluvia & cœlo deperdens, gratiâ omni amiſsâ, improbus habetur ac rejiculus.

35. *Ad conſilium ne acceſſeris antequàm voceris.*

Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθείης.

Ongeroepen is 't conſuys / Datmen gaet in 't Raedthuys.

Catonis nomine celebratur hæc ſententia. Et Plutarchus quidem Menelaum, quamvis regem, ridiculum ac proverbio obnoxium fuiſſe ſcribit, quod aliquando conſultor factus eſſet non accerſitus. Alludit huc quod noſtrates dicunt: **Luttel onderwins maeckt veel ruſts.** Magnam homini quietem parere, ſi rebus paucis ſeſe intromiſceat.

36. *Jucundiſſima navigatio juxta terram, ambulatio juxta mare.*

Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἥδιστος.

Nevens 't Schip iſt goedt ſwemmen/ende nevens den Waegen of Roſſen iſt goet gaen.

Rectè torquebitur ad eam ſententiam, ut dicamus ita demum jucundiſſimum eſſe unumquodque, ſi diverſi generis admixtu temperatum adhibeatur. Veluti ſi in luſibus nonnihil eruditionis aſpergas, rurſum in ſtudiis aliquod ridiculum admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

admiſceas. Itidem Philoſophia admixtu Poëmatis magis delectat, & Poëſis admixta Philoſophiæ magis capit animum.

37. *Cupidinum crumena porri folio revincta.*

Πράσου φύλλῳ τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον.

Lieve luyden hebben geen ſtrick op haer buydel.

Competit in eos qui per amorem ſumptus faciunt immoderatiores. Sumptum à fragilitate folii porracei. Nos à crumena nullo modo obſtricta.

38. *Quem fortuna pinxerit nigrum.*

Ὃν τύχη μέλανα γράφει.

Wee hem die in een quaet woort komt.

Alluſum eſt ad nigros & albos calculos ſuffragiorum, plenè autem ſic effertur: *Quem fortuna pinxerit nigrum, hunc ne totum quidem ævum candidum reddiderit*, ὃν τύχη μέλανα γράφει, τοῦτον οὐ πᾶς χρόνος δύναται λευκᾶναι. *Quem ſemel nigra famæ notulis fortuna aſperſerit, hunc nullo unquam tempore videas emaculatum, & famæ illibatæ.* Unde noſtrates *Væ* interminantur iſtiuſmodi.

39. *Qui mori nolit ante tempus, eum haud oportet ſolem conſpicere, nec occidentem nec orientem.*

Ὁ βουλόμενος μὴ πρὸ μοίρας ἀποθανεῖν, οὔτε δυόμενον, οὔτε ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὁρᾷν δεῖ.

Van een dagh twee maecken / wertmen lichtelijck oudt.

Columella in prooemio rerum ruſticarum uſurpat in ganeones, qui noctes libidinibus & ebrietate, dies ſomno vel ludo conſumunt. Noſtrates ebrios, & hoc genus ganeones facilè fatalem ſuorum dierum numerum conſequi dicunt, quippè qui ante diem medium frequenter ebrii, & in ſomnum depoſiti, ex uno die duos faciunt, à ſomno rurſum ad compotandum redeuntes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

40. *Barbâ tenus ſapientes.*

Ἐκ πώγωνος σοφοί.

Die uyt een wijs kaproen een narren kop ſteken.

Sic appellabantur, qui præter barbam & pallium nihil haberent Philoſophi. Huc alluſit Horatius, cùm ait:

Iuſſit ſapientem paſcere barbam.

41. *Inter lapides pugnando, ne lapidem quidem tolleres.*

Al regenden 't Verckens / ghy ſoudt niet een borſtel konnen krijgen.

Apparet dictum in eos, qui præſenti commodo non fruuntur, vel ob ignaviam, vel ob perverſam de rebus opinionem:

Δίψῃ δ' ἐξόλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.

Deperière ſiti, ſuperante ad labra liquore.

42. *In alio mundo.*

Ὡς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ.

Heel in een ander Werelt.

Schema proverbiale eſt, quo nunc etiam vulgus utitur, de iis, qui longe lateque diſſident à moribus aliorum. Aut quibus omnia nova videntur, aut qui longè diſſiti ſunt à patria.

43. *Piſcis repoſitus.*

Ἀποκείμενος ἰχθύς.

Paeters vaetjen.

Quia piſces olim in deliciis erant, videtur mihi quidem ſignificare eum cibum aut eum potum, quem non quotidianum, ſed amicis charioribus, ſi quando nos opprimant, repoſitum ſervamus. Videtur autem ſic efferendum adagium: *Piſcem repoſitum non oportet in medium trahere*; Τὸν ἀποκείμενον ἰχθὺν, οὐ δεῖ ἐς τὸ μέσον ἕλκειν: **Men moet wat houden voor 't dragen.**

44. *Non eſt ejuſdem, & multa, & oportuna dicere.*

Χωρὶς τότ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Die veel kalt / die veel ontvalt.

Sic & in Hebræorum proverbiis docemur, A multiloquio non abeſſe peccatum. Unde & Apoſtolicis literis monemur, ut ve-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ut velox quiſque ſit ad audiendum, tardus ad loquendum. Noſtrates feſtiva admodum alluſione vocum, *Multa loquenti, multa excidere dicunt:* hoc eſt, in multis eum peccare, & orationis ſuæ ipſum jacturam facere.

45. *Pſaphonis aves.*

Ψάφωνος ὄρνιθες.

Vogels die uyt gemaeckt zijn.

Cum aliquis ſubornat, à quibus laudetur, aut per quos rem ſuam collaudatam, ac probè curatam cupit, ad rem etiam emendam vel vendendam: *Hic ex Pſaphonis eſt avibus*, **Deſe vogel die is uyt gemaeckt.** Hoc eſt, *Subornatus hic eſt, ad hanc rem procurandam.* Narrant autem in Libya fuiſſe quendam nomine Pſaphonem, qui divinitatis opinionem affectans, quàm plurimas aves cepit vocales, & humani ſermonis dociles: Eas ſonare docuit hæc verba, Μέγας θεὸς ψάφων, id eſt, *Magnus Deus Pſaphon*, atque ita doctas emiſit in montes. Porrò Libes cum ignorarent commentum, credentes id divinitus accidere, Pſaphoni rem divinam facere inſtituerunt, ipſumque in Deorum numerum retulerunt.

46. *Aut Regem aut fatuum naſci oportuit.*

Hy moeſt ſtront of Koningh zijn.

Ita ferè noſtrates, cum aliquem ſignificant oportuiſſe aut primum eſſe aut ultimum, ſummum vel infimum. Porro fatuis ob inopiam mentis omnia permittuntur. Et Regibus ob potentiam nonnunquam omnia laudi quoque tribuuntur ab adulatoribus.

47. *Minutula pluvia imbrem parit.*

Ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσι.

Veel kleyntjes maken een groot.

Quoties res initio puſilla, creſcit in majus. Unde in minutis vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda, admonente proverbiali ſenario:

Εἰ μὴ φυλάσσεις μικρ' ἀπολεῖς τὰ μείζονα.
Majora perdes, parva ni ſervaveris.

Die 't kleyn verſmaet/ is 't groot niet waerdt.

Eſt autem ψεκὰς tenuis irroratio, qualem reddunt & nebulæ denſiores, **een ſtof reghen.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

48. *Nunc in te cadunt folia, poſt cadent arbores.*

Dit is noch al met de kleyne maet.

Ab iis qui arbores extirpant aut præcidunt. Competit in eos, quos poſt leve incommodum, graviora mala ſubituros ſignificamus, ut quibus minore adhuc menſurâ mala admetiamur.

49. *Citra vinum temulentia.*

Ἄοινος μέθη.

Broodt-dronckenſchap.

Citra vinum temulentus es.

De backers kruymen ſteken u.

Hoc eſt, *Nimium inſoleſcis.* Sic Horatius *inſolentiam ebrietatem* appellat:

Fortunâque dulci ebria.

Noſtrates *panariam ebrietatem* appellant iſtam morum licentiam & arrogantiam, quæ quando ſomno curari non poteſt, longe periculoſior ebrietate vinaria eſt.

50. *Palmam tulimus.*

Onſe Haen is Koningh.

Notiſſimum apud Latinos adagium eſt. Natum autem ex eo, quod hæc una fuerit communis ſacrorum certaminum corona, cum alioqui ſinguli ludi peculiares quaſdam arbores aut herbas haberent, quibus victores inſigniebantur, veluti laurum, oleam, myrtum, apium. Noſtrates à gallis inter ſe de victoria certantibus metaphoram ſumunt. Eſt enim adhuc, ubi gallorum inter ſe pugnantium exhibentur certamina, maximè ipſis Bacchanalibus, quando ubilibet inſanis tumultibus cuncta perſtrepunt.

51. *Relinque quippiam & Medis.*

Λεῖπέ τι καὶ Μήδοις.

Laet de kock doch 't ſchrapſel houden.

Laet wat voor die noch na komen.

Proverbialis jocus in eos qui ex convivio nihil reliqui faciunt, aut qui facultates univerſas abliguriunt. Noſtrates coquo præripi vetant, quod ollis aut patinis abradat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

52. *Deorum manus.*

Θεῶν χεῖρες.

Den goeden Peeteroly.

Olim per ironiam, ut opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quæ plurimis ex rebus & è longinquo petitis conficiuntur. Pari modo & noſtrates, dum rebus ejuſmodi illudunt, bonum ferunt oleum, ut quod de petra promanârit atque profluxerit.

53. *Quot homines tot ſententiæ.*

Soo veel hoofden / ſoo veel ſinnen.

Nihil vel hodie vulgo tritius eſt, quam hæc Terentiana ſententia. Cui ſimilis apud eundem eſt illa:

54. *Suus cuique mos eſt.*

Elck vrijt ſijn liefken op ſijn manier.

Hoc eſt, Ex ſuo quiſque more gaudet facere, & ut ille ait:
Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.

55. *Eum auſculta cui quatuor ſunt aures.*

Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος.

Als de oude honden baſſen / is 't tijt uyt te ſien.

Monet proverbium audiendos eſſe illos, qui diuturno complurium rerum uſu, præ cæteris ſapiunt, ita ut ferè faciunt ſenes. Noſtratium vulgus, Vetulo cane latrante proſpectandum dicit, ſiquidem canes vetuli non temere latrant. Porro quod ad quatuor aures habentem attinet: Lacedæmonii olim Apollinis ſimulachrum ita ſolebant depingere, ut quatuor haberet aures & manus totidem. Significantes, ut equidem conjicio, viro prudenti res quàm plurimas tum audiendas eſſe, tum uſu vitæ periclitandas.

56. *Semper feliciter cadunt Jovis taxilli.*

Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

Wat groote Heeren / of rijcke luyden doen / dat ſtaet hun al wel.

Mihi videtur non abſurdè dici in viros fortunatos ac præpotentes, quorum etiam parum rectè factis à vulgo, aut ab adulatoribus applauditur, atteſtante verſu proverbiali:

Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι,
Quam facile ſemper res cadunt potentium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Sic Euripides πάντα δ' εὐπετῆ θεοῖς, *Sunt cuncta Diis proclivia.* Tum illud Homero frequens, θεοὶ δέ τε πάντα δύναντ'), id eſt, *Cœleſtes omnia poſſunt*; **Rijcke luyden moeten wel.** Apparet tranſlatum è talorum jactu, ubi obſervatum eſt Jovis talos feliciores eſſe. Ubi & Veneris jactus inter felices numeratur.

57. *Theſſalorum commentum.*

Θεσσαλῶν σόφισμα.

Een Gelderſchen treck.

In eos dicetur, qui dolis quempiam circumveniunt: natum à Theſſalo quodam, qui votum nuncupabat, ſe centum hominum capita Deo ſacrificaturum: Re verò ex animi ſententia confecta, votum perſolvere cunctabatur, tanquam neque pium ſatis, nec Apolline dignum. Qua quidem ex re natum ajunt, ut poſtea quotannis hecatomben ei Deo polliceri ſint ſoliti, neque reddere tamen quod eſſent polliciti. Hollandus, iſtiuſmodi commenta, Geldrica vocat.

58. *Theſſalorum alæ.*

Θεσσαλικαὶ πτέρυγες.

Vliegende kleederen / wapperkens.

Proverbiali joco quondam dicebatur in veſtes manicatas, quas Græci χειριδῶτας vocant, quòd hoc genere per luxum ac delitias uterentur Theſſali.

59. *Theſſala mulier.*

Θεσσαλικὴ γυνή.

Een olde kolrijdſter.

De veneficis ſic loquimur, eò quòd Theſſalia hoc malo potiſſimum laborârit, & de incantationibus magiciſque artibus male audierit. Noſtratum vulgus *veneficas* vocat **Colrijdſters** / quod virgulam obequitando ferantur neſcio quò.

60. *In ſinu gaudere.*

In ſijn buyſt lacchen.

Eſt tacitam apud ſe voluptatem ſentire, neque foras proferre gaudii notas. Tibullus:

Qui ſapit, in tacito gaudeat ille ſinu.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Propertius item:

In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

Perinde autem dictum eſt *in ſinu*, quaſi dicas in pectore tuo, non in labiis aut fronte.

61. *Feras, non culpes quod vitari non poteſt.*

Men moet van de noot een deucht maken.

Admonet ut mala fatalia, quæ nulla ratione poſſint neque declinari, neque propelli, ſaltem animi æquitate leniantur. Sic Euripides:

Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.

Toleranda fata numinum. Auſonius:

Faxis ut libeat, quod eſt neceſſe. ——

62. *Surſum verſus ſacrorum fluminum feruntur fontes.*

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί.

't Is hier de wendt tegen de keer.

Proverbialis allegoria, qua præpoſterè quippiam ſignificamus fieri, legitimaſque rerum vices inverti, ut ſi ſervus domino imperet, diſcipulus magiſtrum doceat, aut puer moneat ſenem.

63. *Ad felicem inflectere parietem.*

Πρὸς τὸν εὐπραττοντα τοῖχον ῥέπειν.

Aen 't hooger boordt houden.

Tranſlatum ab his, qui navi vehuntur: qui ſi quando navis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum tranſcurrunt, quod altius extat ab undis. Dicetur itaque in eos, qui commodi ſui reſpectu, ſemper ad potentiores ac fortunatiores amicos applicant ſeſe, ac quemadmodum muſcæ ad culinæ nidorem advolant, revolantque. Ita fortunam potiorem in amicitia, non fidem ſequuntur.

64. *Amico amicus admodum.*

Seer vriendt-houwende.

Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modò gratum faciant amicis.

65. *Muneribus vel Dii capiuntur.*

Schencken en geven/ maeckt veel nichten en neven.

Hinc Seneca, Philoſophi cujuſdam apophthegma refe-

 rens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

rens, ait: Omnium eſſe dulciſſimum accipere. Ovidius:

Munera, crede mihi, capiunt hominesque Deosque,
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Celebratur & hic verſiculus, quem etiam uſurpavit Plato:

Δῶρα θεοὺς πείθειν καὶ αἰδοίους βασιλῆας.
Cum Divis flectunt venerandos munera Reges.

66. *Manum de tabula.*

Scheydt daer van.
Maeckter een eynde aen.

Docêt nocere ſæpe nimiam diligentiam. Culpabat hoc quidam in Protogene laudatiſſimo pictore, quod manum neſciret tollere de tabula. Peculiariter conveniet in quoſdam ſcriptores, plus ſatis accuratos, & moroſæ cujuſdam diligentiæ, qui ſine fine premunt ſuas lucubrationes, ſemper aliquid addentes, adimentes, immutantes.

67. *Emere malo quàm rogare.*

't Is beter te hebben / dan te leenen.

Significat haudquaquam gratis accipi, quod precibus emitur. Imò nihil emi carius quàm quod roganti datur. Tranſlatum à veterum conſuetudine, qua vicinus à vicino ſupellectilem commodato rogabat, quam ipſe forte domi non habet.

68. *Manum non verterim.*

Ick wil mijn handt niet daerom verdraeyen.

Pro eo quod eſt, *Nihil omnino laboro, aut mea nihil refert.* Proverbialis ſanè hyperbole. Nihil enim facilius quàm manum vertere.

69. *Semper Leontini juxta pocula.*

Ἀεὶ Λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας.

't Is altijdt het oude deuntje.
Alle avondt de ſack vol.

In voluptuarios ac quotidie ebrios quadrabit. Aut in eos, qui ſemper iiſdem ſtudiis ſunt addicti. Sunt autem *Leontini*, Siciliæ populi.

70. *Ceſtreus jejunat.*

Κεστρεὺς νηστεύει.

Hy ſoude wel een ſtuck van een doot Paert eeten.

De famelicis & voracibus dici conſuevit. Eſt autem *Ceſtreus*

ſtreus piſcis genus quoddam, Theodorus Gaza, *mugilem* vertit.

71. *Ubi amici, ibi opes.*

Liever Geldeloos / dan Vriendeloos.

Plautus in Truculento:

Verum eſt verbum quod memoratur,
Vbi amici, ibidem opes.

Senſus autem eſt, potiores eſſe amicos, quam pecuniam, & ad vitæ præſidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm abſque amicis opes. Verum ſi quis ad hujus ſeculi mores reſpiciat, adagium invertendum exiſtimabit; *Vbi opes, ibi amici:* Quandoquidem *Vulgus amicitias utilitate probat.* Et:

Illud amicitiæ quondam venerabile nomen
Proſtat, & in quæſtu pro meretrice ſedet.

72. *Terra volat.*

Ἡ γῆ ἵπταται.

Een Koe op een Kerſſe-boom.

De re vehementer abſona, quæque nullo pacto fieri queat.

73. *Ilias malorum.*

Ἰλιὰς κακῶν.

Laſt en ellendt / ſonder endt / hondert duyſent laſten.

De calamitatibus maximis ſimul & plurimis. Syneſius in epiſtola quadam ad fratrem: καὶ ὅλως, κακῶν ἂν Ἰλιὰς περιέστη τὴν πόλιν ἡμῶν, id eſt, *In ſumma, malorum Ilias circumſtetit urbem noſtram*, **Onſe Stadt was in hondert duyſent laſten.** Suſtinebam Iliada κακῶν.

74. *Lerna malorum.*

Λέρνη κακῶν.

Een ſchuym van alle Boeven.
Een hoop Schelmen en Guyten.

Quoties hominem ſignificamus vehementer infamem, atque omni turpitudinis genere contaminatum: Aut cœtum hominum peſtilentium, quaſique ſentinam, & colluviem facinoroſorum. *Lerna* autem lacus quidam fuit Argivorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

atque Myceneorum agro communis. In hunc ferunt Danaum, poſtquam quinquaginta juvenes Ægypti filios, quibus totidem filias ſuas collocarat, omnes eadem nocte trucidâſſet, horum omnium congeſſiſſe capita, ut quo ſordes ſimul & purgamenta omnia deferebantur. Noſtratium vulgus, quos domo ſua indignos judicat **Jaeghuyten** vocat, ut qui domo diſpellendi ſint.

75. *Mare malorum.*

Κακῶν θάλασσα.

Meer ellendt / dan men met ſeven Hulcken ontſeylen ſoude.

Dici ſolitum de calamitatibus immenſis & omnigenis, ſiquidem infinitis ærumnis abundant mare pernavigantes. Unde apud Plautum: *Neſcire hominem*, dicit quidam, *quantum præterierit mali, qui nunquam ingreſſus eſt mare.* Euripides:

Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ,
Τοσοῦτον ὥστε μὴ ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.
Tantum malorum pelagus aſpicio miſer,
Vnde enatandi ſpes nulla alluceat.

Noſtrates tantas ſua phraſi calamitates dicunt, quantas vix ſeptem holcadibus, aut onerariis navibus evades.

76. *Bonorum mare.*

Ἀγαθῶν θάλασσα.

Goet ſonder eyndt.

Goet by de laſt.

De magnis & vehementer cumulatis commoditatibus. Vel quod ipſum mare miniſtret innumerabiles opes rerum. Vel quod ampliſſimum profundiſſimumque ſit. Noſtrates, *Bona infinita* vocant, aut *Opes*, magnis gravibuſve oneribus per holcades accumulatè adportatas.

77. *Malorum theſaurus.*

Θησαυρὸς κακῶν.

Armoede in 't ende.

Quoties alicui calamitatem atque miſeriam præſagimus, quaſi rebus parum feliciter ac proſperè ſucceſſuris. Sic apud Euripidem in Jove:

Οἱ

Οἴ μοι, μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνοίγνυ) κακῶν.
Me miſeram, ut ingens panditur
Theſaurus, ac penus malorum.

Hinc eſt & illud frequens in arcanis literis: *Theſaurizant ſibi malum*, hoc eſt, colligunt, accerſunt, quaſique reponunt.

78. *Theſaurus eſt mulier malorum, ſi mala eſt.*

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν, κακὴ γυνή.

Een quaet Wijff/ is een quaet Juweel.

Extat inter Græcanicas ſententias hic ſenarius, qui noſtrate certè lingua tritiſſimus eſt, quâ Mulierem malam, malum in ædibus dicunt eſſe cimelium.

76. *Bonorum acervus.*

Ἀγαθῶν σωρός.

Goet by hoopen.

De opibus ingentibus. Ariſtophanes in Pluto:

Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἥκειν χρημάτων ἔχοντα,
Veniſſe narras qui ferat pecuniarum acervum.

Gelt by hoopen. Germanica planè reſpondent, quaſi dicas, *Acervatim, Cumulatè.*

80. *Bonorum myrmecia.*

Ἀγαθῶν μυρμηκία.

Goet by de myl.

De immenſis opibus. Nam myrmecia Græcè ſignificat *cavernam aut agmen formicarum.* Quanquam ab illis formicis ſumptum videri poteſt, quas Plinius ait eſſe colore felium, magnitudine luporum Ægypti, & eas in ſeptentrionali Indorum regione, aurum è cavernis egerere. Erutum hyberno tempore, Indi furantur æſtivo fervore, conditis propter vaporem intra cuniculos formicis, quæ tamen odore ſollicitatæ provolant, neque non rarò lacerant, quamvis prævelocibus camelis fugientes. Noſtrates de opulentia loquuntur, quæ totis miliaribus agrorum extenditur. Quomodo ab Horatio dictum eſt:

Millia frumenti tua triverit area centum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

81. *Dathus bonorum.*

Δάθος ἀγαθῶν.

Men ſwemt daer in 't goet.

82. *Thaſſus bonorum.*

Θάσος ἀγαθῶν.

Sy ſteecken tot de keel toe in 't goet.

In eandem ſententiam hæc dici conſueverunt. Eſt autem *Dathus* Thaſiorum colonia juxta Strymonem, cum alioquin opulenta & florens, tum quod habet etiam auri venas: pari modo *Thaſſus* inſula eſt juxta Thraciam, in quam Calliſtratus orator Athenienſibus dum perſuadere conatur demigrandum eſſe, etiam auri venas eam habere dicebat & glebam optimam. Denique in ſumma, inquit, Thaſſus bonorum eſt. Et hinc natum adagium eſt. Noſtrates quaſi ad Tantali reſpiciant fabulam: Innatare aliquem divitiis dicunt, atque iis collo tenus aliquem immerſum. Nec inſcitè hinc noſtratibus aliis adagiis locum invenerimus, ac juſtam Latine loquendi formulam, quod genus ſunt:

83. *Dathum illic incolit bonorum.*

Ghy ſit daer op een gouden boom.

Quoties quis feliciter habitat, ubi præter quod ſumptum facile ſuum exercet, multum etiam ſplendidumque faciat lucrum.

84. *Thaſſum tenet bonorum.*

Hy heeſt Vellen om te drapieren

Ex lanificio noſtratibus natum adagium, quo pelles ovillas aliquem habere dicunt, quibus poſſit ex facili atque de ſuo exercere lanificium: Ita ſignificantes prædivites, quibus ſua jam parta pecunia quidvis exercitii convenit. Pro eodem etiam frequenter audias, **Hy heeſt waer mede.** Et de tenuibus atque iis qui fortuna parum lauta cenſentur, **Hy heeſt niet waer mede.**

85. *Hoſtium munera non munera.*

't Goet / valt ſelden ſoet /

Dat een Vyandt ſijn Vyandt doet.

Priſcorum ſuperſtitio credidit, obſervanda vel maximè mune-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

munera, à quibus, & quo animo mitterentur, propterea quod quæ ab iis, qui nobis male cuperent, exitio plerunque fuiſſe conſtaret, & dira haberent addita imprecamina, quale illud apud Virgilium in Mœride:

Hos illi (quod non bene vertit) mittimus hœdos.

Nata autem videtur parœmia ex hiſtoria quæ narratur apud Homerum Iliados libro ſeptimo. Narrat autem Hectorem & Ajacem, initâ amicitiâ, dona inter ſeſe permutaſſe, atque Hectorem Ajaci donaſſe gladium, Ajacem Hectori dediſſe baltheum; deinde ambobus ſuum munus exitio fuiſſe. Siquidem Ajax victus ab Ulyſſe, cognitiſque iis, quæ per inſaniam tum dixerat, tum fecerat, eodem illo gladio ſibi necem conſcivit. Item Hector, per occaſionem balthei occiſus eſt ab Achille, juxta muros Trojanos. Germanica homœoptota placent, atque gratiam habent.

86. *Davus ſum, non OEdipus.*

Ick heb Bot gegeten / ende verſtae niet dat ſcharpſinnigh is.

Ick ben van Plomphuyſen/niet van Scherperes.

Oedipi ingenium ſcite proponendis, ſimul & diſſolvendis ænigmatum ſcyrpis nobilitatum eſt, propter diſſoluta ſphingis problemata, adeo ut in proverbium abierit, velut apud Terentium in Andria, Servus diſſimulans ſe intelligere, quod herus dixerat: *Davus*, inquit, *ſum*, *non Oedipus*. Id quod commutato nomine dixerimus: *Ioannes ſum, non Oedipus: Paulus ſum non Oedipus.* Quin ipſa per ſe figura proverbialis eſt, poteſtque ad eundem modum fingi ex quavis vel perſona vel re vulgo nobilitata: ut, *Qui poſſim hæc omnia meminiſſe? Petrus ſum, non Lucullus. Qui poſſim tantis ſufficere laboribus? Nicolaus ſum, non Hercules. Qui potero rem tam duram perſuadere? Richardus ſum, non Cicero.* Noſtrates dicunt ſe ediſſe ex piſce *Rhombo*, qui noſtrate lingua idem ſonat, quod Latinè ſignificat *ſtupidus*.

87. *Finem vitæ ſpecta.*

Τὴν τελευταίαν ἴδε.

Aenſiet het eyndt.

Hiſtoria longe notiſſima eſt, quemadmodum Solon Cræſo re-

ſo reſponderit, nemini competere nomen beati, niſi qui feliciter vitæ curſum peregiſſet. Quod referens Juvenalis:

—— Quem vox, inquit, *facunda Solonis*
Reſpicere extremæ juſſit ſpacia ultima vitæ.

Hanc ſententiam copioſius extulit Sophocles in Trachiis:

Λόγος μὲν ἐστ᾽ ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς·
Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν᾽ ἐκμάθοις βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὔτ᾽ εἰ χρηστὸς, οὔτ᾽ εἴτ᾽ ᾧ κακός.

Vetus inter homines extat hoc proverbium:
Haud poſſe quenquam quempiam cognoſcere
Bonus an malus ſit, antequàm fatalibus
Defunctus annis, ultimum obierit diem.

Hæc Ovidius in Metamorph. ſic extulit:

—— Sed ſcilicet ultima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicique beatus
Ante obitum nemo, ſupremaque funera debet.

Quin hodieque paſſim omnibus eſt in ore: *Reſpice finem*, dum ab exitu rem ſpectandam eſſe cenſent. Et iterum aliud:

88. *Exitus acta probat.*

't Eynde moet de laſt dragen.

Hoc noſtrates plenè proferentes, dicunt: **Een goet begin / is goet behagen / Maer 't eynde dat moet de laſt dragen.** Gaudetur ubi bene habent principia, ſed exitus probat acta.

89. *Actum eſt.*

Πέπρακται.

't Is gedaen.

Proverbialiter his verbis etiam hodie deſperationem ſignificamus. Plautus: *Acta hæc res eſt*, **Dit ſpel is uyt / 't is gedaen.** Actum eſt de Repub. Actum eſt de tua ſalute, ni vigilas.

90. *Poſterioribus melioribus.*

Δευτέρων ἀμεινόνων.

Op een verbeteringh / Op correctie.

Significat, quæ prima experientia parum benè ſucceſſerint, iterata poſſe corrigi & commodius tractari. Cicero in Philip-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Philippicis: *Poſteriores enim cogitationes, ut ajunt, ſapientiores eſſe ſolent*, **Een man miſt wel dickwils.**

91. *Rem factam habere.*

Alle dingh klaer hebben.

Superiori penè diverſum eſt hoc, pro eo, quod eſt, certam & indubitatam habere rem. Siquidem promiſſa parum certa ſunt, cæterùm quæ jam præſtita ſunt & exhibita, ea indubitata ſunt & certiſſima. Martialis ad Procillum.

Tu factam tibi rem ſtatim putáſti.

92. *Fumos vendere.*

Stof geven.

Præſtigioſam rerum magnarum ſpem atque oſtentationem *fumum*, ac *nebulas* vocamus. Qui itaque magnam homini de re aliqua ſpem faciunt, quæ mox evaneſcit, *fumos vendere* dicuntur, ita ut in Principum aulis ferè fit. Nam fumus initio quidem magnum quiddam eſſe videtur, verùm evaneſcit ilicò. Martialis:

Vendere nec vanos circum palatia fumos.
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

93. *Thus aulicum.*

't Wy-water van de hove.

Circumfertur & hoc tempore proverbium in ſplendida promiſſa aulicorum. Ajunt enim *Thus aulicum*, ſignificantes thureum illum vaporem, qui nunc inter ſacra, acerra penſili ſperſus, cum ſuo fumo evaneſcit. Quod quidem ab Hollandorum phraſi non abludit, qui hoc *aquam conſecratam aulicorum* vocant, non ſecùs magnifica verba in aulis expoſita & obvia eſſe, atque in templis aqua illa luſtralis ac conſecrata.

94. *Columen familiæ.*

Daer 't geheele huys op ſtaet / op ruſt,
Die 't geheele huys op hout.
't Hooft van alle de vrienden.

Donatus *columen* dici putat, perinde quaſi *columnam* dicas, cui reliqua domus innitatur, unde antiquitas ſervos majores *Columellas* vocabat. Huic adſtipulatur illud Virgilianum:

In te domus inclinata recumbit.

Item

Item illud Euripidis:

Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.

Domus columnæ liberi ſunt maſculi.

95. *Ancora domus es.*

't Geheele huys hanght aen u.

Ut ex ancora pendet navis, ita nonnunquam ex uno aliquo capite tota domus aut progenies. Quomodo apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ gentiſque ancoram nominat:

Ὃς μόνος οἴκων ἀγκυρά τ' ἡμῶν.

Qui jam ſolus generis ſupereſt ancora noſtri.

Porro *ancoram* Græci proverbialiter vocant, quicquid illud eſt, cui innitimur, cujuſque fulcimur fiduciâ: ſumpta à navibus metaphora.

96. *Nullus ſum.*

Οὐδὲν εἰμὶ.

Nu hebbe ick gedaen.

Nu hebbe ick uyt.

Sic deſperationem ac ingens malum ſignificamus. Germanica autem ſonant, quaſi quis dicat de ſe actum eſſe, nec ſe amplius quidquam jam poſſe. *Nullus ſum apud Petrum*, **Nu hebbe ick uyt by Pieter.** Per mendacium hoc jam nullus omnino apud principem eſt. Sumptum videri poteſt ab Homero, apud quem Ulyſſes fingit ſibi nomen οὔτις, id eſt, *nullus*, innuens ſe propemodum periſſe. Atque hujus nominis commento deceptus eſt Cyclops.

97. *Nolens volens.*

Οὐ θέλων τε καὶ θέλων.

Willens of onwillens.

Schijt ghy pijpt ghy.

Wetende of onwetende.

Omnes id genus figuras proverbiales eſſe, Donatus admonuit, quæ nimirum conſtant ex contrariis. In Andria: *Coactus tua voluntate es*, **'t Was ſtoot my / of ick gae daer ſelf.**

98. Con-

98. *Contra ſtimulum calces.*

Πρὸς κέντρα λακτίζειν.

Met het hooft tegen de muyr.

Fruſtra repugnare iis eſt, quos vincere nequeas, aut eos provocare, qui laceſſiti noceant. Aut reluctari fatis, & incommodum, quod evitare non queas, impatienter ferendo, non ſolùm non effugere, verumetiam conduplicare. Terentius in Phormione: *Inſcitia eſt adverſum ſtimulum calces*, ſubaudi, *jactare*. Plautus in Truculento: *Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plus dolet.* In Actis Apoſtolorum: *Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.* Metaphora ducta à bobus eſt, quos agricolæ lignis præacutis à tergo fodiunt, quibus ſi recalcitrent, gravius læduntur.

99. *In aurem dicere.*

Εἰς οὖς λέγειν.

In 't oor bijten.

Pro eo quod eſt, clanculum ac ſecreto committere. Sic Chriſtus Dominus de iis, quæ Apoſtoli ſecretis colloquiis acceperant: *Quæ in aurem audiſtis*, inquid, *prædicate in tectis*, propalam ac ſine involucris ea proferri volens. Euripides in Iöne.

Δεῦρ' ἔλθ' ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω.
Accede, in aurem, ut quæ volo, tibi eloquar.

Noſtrates hic *mordendi* verbum habent, maximè cum brevibus, ac veluti inſtigando aliquid inſuſurratur, de re aut faciunda aut omittenda.

100. *Nec obolum habet unde reſtim emat.*

Οὐδὲ ὀβολὸν ὥστε πρίασθαι βρόχον ἔχει.

Hy heeft niet een nagel om ſijn aers mede te klouwen.

Proverbialis hyperbole in eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant. Pauperrimus autem ſit oportet, qui tenuitatis tædio ſeſe laqueo præfocare velit. Porro plus quàm pauperrimus videtur, cui ne nummulus quidem ſuppetit, ut reſtim emat, qua ſe ſuſpendat. Noſtratium ſermo, dum extremam paupertatem ſignificat, ne ungues quidem ſupereſſe dicit homini, quibus nates ſcabat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ
CENTVRIA IV.

1. *Hinnulus leonem.*

Ὁ νέβρος τὸν λέοντα.

't Schaep wil den wolf bijten.

Subaudiendum, *cepit, vicit*, aut *provocat*, aut id genus aliquid, pro ratione ſententiæ. Quoties præpoſtero rerum ordine, qui viribus multo eſt inferior, ſuperat potentiorem. Noſtrate lingua dicimus: *Ovis lupum:* aut etiam, *puer patrem*, **De kinderen willen hen tegen haer vader verſetten.**

2. *Jungere vulpes.*

Ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας.

Zijn katteken ſalen.

De re palàm abſurda. Quid enim vulpi cum aratro? aut trahendo curru? Et quid abſurdius, quàm catum (ut Germanicum habet proverbium) velle adornare ephippio & phaleris, quaſi illo quoquam poſſis provehi. Virgilius in Palæmone:

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi,
Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircum.

3. *Mulgere hircum.*

Τράγον ἀμέλγειν.

De hennen melcken.
De duyven te drincken geven.

Eundem cum ſuperiore ſenſum habet. Lucianus in vita Demonactis, inter hujus feſtiviter dicta commemorat & illud: *Cùm conſpiceret duos quoſdam Philoſophos, alterum quidem ridiculas quæſtiones proponentem, alterum item aliena, neque quicquam ad rem facientia reſpondentem: Quid, inquit, amici: An non horum alter hircum mulgere videtur, & alter*

cribrum

cribrum ſupponere? Hebben ſy malkander niet gebonden? Zijn ſy malkander niet waert?

4. *De aſini umbra.*

Υ῾πὲρ ὄνȣ σκιᾶς.

Van Koenkens Vercken.

Quoties ſermonem alicujus rejicimus, atque contemnendum ſignificamus. Natum ex Demoſthene, quem cum Athenienſes avidè auſcultarent, de iis verba facientem, qui de aſini umbra jus experiri voluerant, indignatus receſſit. De umbra, inquiens, aſini gaudetis audire: Sed ad cauſam viri de vita periclitantis, non attenditis. Vide D. Eraſmi Chiliades. Noſtratibus autem natum credo ex ſacrificulo quodam, cui *Coenrado* nomen fuit, ſiquidem ſubinde audias: 't Is van Heer Koenkens Vercken. Hic autem cùm à vicinis, ac ſuæ eccleſiæ ſubditis, menſe Octobri complura acquiſiſſet farcimina, apud æditurum ſuum templi cuſtodem conqueri ſtatuit, multa nimium ſibi ex ſuo (quem alebat jam mactandum) porco dilargienda viciſſim eſſe farta, botellos ſive ſatyras, adeò ut vix quicquam ipſi maneret reliquum, ſi dandum foret omnibus, unde acceperat. Ædituus autem vir vafro & venuſto ingenio, Heus, inquit, mi Paſtor, mactato tibi, inquit, porcum tuum de nocte, ne quis reſciat. Quod ſi quis de porco tuo te roget, dicito tibi eum per fures abactum. Hoc cùm non inſcitum Coenradulo videretur conſilium, cuſtos perpenſâ avari ſacrificuli ſtultitiâ, de nocte mediâ porcum abducit; Coenradulus profundo adhuc diluculo conſurgens, cùm porcinarium ad porcile induceret, comperit abeſſe porcum. Itaque dimiſſo porcinario, prima luce templum ingreſſus, æditurum ſuo triſtis narrat, abactum ſibi porcum: Ædituus verò quorſum, inquit, attinet, ut hoc mihi perſuadeas, qui rem omnem probè nôrim. Verè periit porcus meus, inquit ille, citra mendacium: Id aliis perſuadero, inquit æditurus, nam ego rem omnem probe teneo, atque factum ſcio. Tunc Coenradulus commotior, per Deum, inquit, amiſi porcum. Subdit ædituus, imò per furem ipſum periiſſe ſcio, & quando ita vis, credo, nam quorſum ſpectat apud me Deum jurare teſtem, quando ego horum omnium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tibi autor ſum. Nondum intelligebat miſer ſacrificulus tam vera dicentem cuſtodem, ſed amiſſum gravius, quàm pro dignitate, porcum dolens, per animam meam, inquit, porcus periit: imo per pedes & manus meas quomodo perierit ſcio, & ſic jurato tibi credo. At non mentior, clamat ille: Bene habet igitur, ſubdit æditaus. Eſt certè quod gaudeas potius, quàm doleas. Sic enim non laborabis ex mendaciorum onere, quæ ad mortem uſque ſolent ſub imos inferos, ut ſubinde doces, hominem degravare ac deprimere. Meminiſti enim: *Os quod mentitur occidere animam.* Præſtat ab aliis occidi tuum porcum, quàm per mendacia propriam tibi perire animam. Coenradulus verò nullum ſuarum querimoniarum finem faciens, cum ſuo porco nobilitatus, abiit in proverbium, quod nos ſanè longius proſecuti ſumus, eo quòd nuſquam legerim, ſed ex audito hanc vulgo circumferamus fabulam, vel potius hiſtoriam. Siquidem & aliud hinc, noſtrate lingua, prognatum eſt adagium.

5. *Dic tibi porcum abactum.*

Seght dat u 't Vercken ontdreven is.

Quoties quis earum, quas loquitur, rerum, non per omnia certus, cum ſuis rationibus vanis ac parum validis rejicitur, atque audiri contemnitur.

6. *De lana caprina rixatur.*

Om een haver-ſtroo.

Qui quantum libet frivola de cauſa litem cum amico ſuſcipit. Natum apparet ex duobus contentioſe decertantibus de villis caprinis, re videlicet inutili, minimique momenti, qualis & culmus havenaceus eſt, cujus noſtra parœmia meminit.

7. *De fumo diſceptare.*

Περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν.

Om een ſtront-voor veel woorden maken.

In eos qui de rebus nihili nimium anxiè diſputant, aut gravius commoventur. Noſtrates hîc craſſiuſculè dicunt: *De priore ventris crepitu contendere.* Vel autore D. Tappio; **Vmb ein tauben dreck hadderen.**

8. *Talpa*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

8. *Talpa cœcior.*

Τυφλότερ@ ἀσπάλακ@.

Cæcior leberide.

Τυφλότερ@ λεβηρίδ@.

Soo blint als een kaeu.

De iis qui ſupra modum cæcutiunt, aut qui judicio minimè recto ac bono ſunt. Nam jucundior fiet metaphora, ſi quidem ad animum transferatur. Plinius ſcribit talpæ viſum deeſſe, oculorum tamen ineſſe effigiem, ſi quis prætentam detrahat membranam: Atque hinc ortum adagium. Leberis vere pellis illa ſicca eſt, quam ſerpentes, cicadæ, & ſi quod aliud animantis genus, exuunt, quoties ſibi juventam renovant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum, ac membranula quædam tenuiſſima, qua ſerpentum oculi præteguntur. Noſtrates cæcitatem tribuunt monedulæ, non quod verè cæca ſit, ſed quod parum circumſpecta.

9. *Tireſiâ cæcior.*

Τυφλότερ@ Τειρεσίȣ.

Hypſea cæcior.

Stock blindt.

De Tireſia, qui cæcus factus fuit odio Junonis iniquæ, & in locum amiſſi viſus divinandi peritia vates factus fuit, nota ſatis fabula eſt. Hinc dixit Juvenalis:

Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

Quemadmodum Horatius *Irum* pro *paupere* poſuit, ita ille *Tireſiam* pro *cœco. Hypſea* verò infamis, notæque cæcitatis mulier fuit, de qua ſic Horatius:

—— Ne corporis optima Lyncei
Contemplêre oculis, Hypſea cæcior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes. ——

Noſtratium vulgus tam *cæcum dicit* aliquem, atque ſtipes quiſpiam eſt, ac lignum ficulneum.

10. *Sine ſacris hæreditas.*

Daer men al ſlapende aen raeckt.

Ubi qua commoditas de improviſo, præter ſumptum objicitur. Et omnino quicquid citra noſtram operam alicun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

de obtingit lucri. Nam hæredibus alioqui, vel pro ſalute laborantis, vel in parentalibus defuncti, ſacra quædam ſuo ſumptu factitare, mos erat. Plautus: *Mihi tales hæreditates non ſæpe obveniunt:* **Duſdanigh geluck valt my alle daegh niet. Dit komt my ſelfs t'huys.**

11. *Inter cæſa & porrecta.*

Dewijl dat het bier in 't gijl ſtaet.

Elegans imprimis adagium extat apud Marcum Tullium in epiſtolis ad Atticum: *Et multa*, inquit, *imò omnia, quorum κεφάλαιον, ne quid inter cæſa & porrecta, ut ajunt, oneris mihi addatur, aut temporis.* Videtur ſignificare *cunctationem & ancipitem hæſitationem.* Sumptum è priſco auſpiciorum ritu. Vide Chiliades D. Eraſmi. Noſtrates à cereviſiariis metaphoram ſumunt, apud hos enim cunctationem quandam habet, dum cereviſia refrigeratur, dumque in ſcaturigine eſt, ac fervet, fervoremque illum remittit. Sonant enim Germanica, quaſi dicas: *Cereviſia in ſcaturigine dum eſt.*

12. *Penſum perſolvere.*

Zijn heyligh-avont af wercken.

Hoc eſt, tuas implere partes, debitoque perſungi officio. Tranſlatum à lanificio muliebri, in quo ſingulis certum lanæ pondus diſtribuebatur. Plautus in Bacchidibus: *Ego meum penſum lapidè accurabo.* Varro de re ruſtica: *Nos noſtrum penſum abſolvimus*, **wy hebben ons heyligh avont af.**

13. *Nec per ſomnium quidem.*

Οὐδ' ὄναρ.

Ick wilde niet dat ick dat droomde.

Pro eo quod eſt, nulla ratione, nullo tempore. Velut de quo ne cogitare quidem velis. Unde & dicimus: **'t Komt my niet eens in mijn ſin**/ id eſt, prorſus contemno ac rejicio.

14. *Per nebulam*
Per caliginem } *Novi.*
Per ſomnium

My ſtaet daer wat af voor.

Quarum rerum ambiguam quandam, ac tenuem peneque

que evanidam memoriam aut intelligentiam obtinemus, eas res per nebulam recordari, per ſomnium meminiſſe, per caliginem videre, proverbio dicimur. Plautus in Pſeudolo *Sunt quæ te volumus percontari, quæ quaſi per nebulam noſmet ſcimus, atque audivimus.*

15. *De aſini proſpectu.*

Ὄνου παρακύψεως.

Om een viſevaes.

Vetus adagium dici ſolitum in eos, qui ridendo titulo quempiam calumniantur, aut de frivolis rebus aliquem in jus vocant. Eventum, unde nata fabula eſt, vide in D. Eraſmi Chiliadibus.

16. *Suo ipſius indicio periit, ut ſorex.*

Hy heeſt hem ſelfs verkalt / beſlabt.

Sic Terentius in Eunucho: *Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex hodie perii.* Verba ſunt Parmenonis, qui deluſus à Pythia, prodiderat ſe ſeni. Donatus admonet eſſe proverbium in eos, qui ſuapte voce produntur. Siquidem ſorices dum ſtridunt clarius, magiſque ſtrepunt quàm mures, facilius capiuntur.

17. *Induitis me leonis exuvium.*

Ἐνδύετέ μοι τὴν λεοντῆν.

Ghy maeckt van my een heel dier.

In eos dici ſolitum, qui ſuſcipiunt negotium majus facultate, quique ſe magnificentius gerunt, quàm pro ſua conditione. Sumptum ab aſino illo Cumano, qui ſeſe, leonis exuvium indutus, pro leone gerebat. De nimium itaque arrogante dixerimus: *Ille leonis exuvium indutus, ignorat ſe eſſe aſinum:* **Hy laet hem duncken dat hy een heel Dier is.**

18. *Midas auriculas aſini habet.*

Μίδας ὄνου ὦτα ἔχει.

Ghy naeyt my ooren aen.

Illuditis atque pro deridiculo me habetis, velut ſtolidum, ac craſſis auribus, pinguique judicio hominem. Fabulantur enim Poëtæ Midæ Phrygiorum Regi, quòd ſtolidè Panem

canentem Phœbo prætuliſſet, aſininas affixas fuiſſe aures. Noſtrates *aures ſibi aſſui* dicunt, quoties ludibrio habentur, abſurdique quippiam ipſis perſuadere aliquis conatur.

19. *Hinc illæ lachrymæ.*

Hier komt al 't ſpel uyt.
Hier licht het hem.

Dicetur de rei cauſa aliquandiu diſſimulata, quæ verè tandem deprehendatur. Veluti ſi quis dicat Barbaros damnare Græcas literas, ne ſcilicet ipſi parum docti videantur, commodè ſubnectet: *Hinc illæ lachrymæ.* Marcus Tullius in actione pro Marco Cælio: *Hinc illæ lachrymæ nimirum, & hæc cauſa eſt horum omnium ſcelerum atque criminum.*

20. *Hæc Helena.*

Αὕτη ἡ Ἑλένη.

Dit is de Bruydt daer men om danſt.

De eo, quod rei alicujus præcipuam, atque primariam cauſam eſſe ſignificamus, totiuſque ſtrepitus aut negotii originem. Ut enim ob Helenam *Græcia Barbariæ lento eſt colliſa duello*; ita & noſtrates ex ſponſa, de cujus nuptiis tota ferè perſtrepit vicinia, parœmiam ſumunt.

21. *Ebur atramento candefacere.*

Een nieuwe Door verniſſen of verwen.

Hoc eſt, genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud nativum obſcuretur magis, quàm illuſtretur. Noſtrates hoc vocant novam januam addito colore venuſtare, cum color additus novitatis gratiam obſcuret.

22. *Syncerum vas incruſtare.*

Eodem ferme pertinet Horatiana metaphora, ex Satyr. 3.

At nos virtutes ipſas invertimus, atque
Syncerum cupimus vas incruſtare. ——

Hoc eſt, quæ per ſe recta ſunt, ea nominibus alienis impoſitis depravamus, atque obtegimus.

23. *Pulchrorum etiam autumnus pulcher eſt.*

Τῶν καλῶν καὶ ὀπώρα καλὴ.

Een ſchoone Vryſter/was noyt leelijck Wijf.

Metaphora proverbialis nata ex Archelai apophthegmate, quod

quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem, qui jam pubeſcentem atque exoletum Agathonem in convivio ſuaviabatur. Quadrat igitur in ea, quæ cum naturâ ſint egregiâ, ne tum quidem faſtidienda videntur, cum maturuerint. Noſtrates ferunt eam quæ pulchra ſit virgo, nunquam mulierem fore turpem.

24. *Magnorum fluminum navigabiles fontes.*

Als een Rijck-man uytgedobbelt is / ſoo heeft hy noch een Arm-mans goet.

Significat præpotentium quantulacunque, plus pollere, quàm univerſas tenuium opes. Unde & apud nos paſſim ferunt: Rem divitis attenuatam, ut qui ad paupertatem devenerit, lautiorem adhuc permanere, quàm eam, quæ pauperis eſt.

25. *Generoſioris arboris planta ſtatim cum fructu eſt.*

't Moet in tijts natueren / dat van goet ſtoff opgeleyt is.

Innui videtur, egregia, beneque nata ingenia, ſtatim matureſcere & ad frugem pervenire.

26. *Cornicum oculos configere.*

De oogen uyt ſteecken.

Perinde valere videtur, quaſi dicas, novo quodam invento, veterum eruditionem velle obſcurare, efficereque, ut ſuperiores nihil ſciſſe, nihil vidiſſe cenſeantur. Fortaſſis cornicum vivacitas, atque concordia huic adagioni locum fecit. Siquidem *cornix* antiquitus concordiæ ſymbolum erat. Dicetur itaque *cornicum oculos configere*, quiſquis ea, quæ antiquitas magno conſenſu comprobavit, damnare ac reſcindere, convellereque conetur. *Omnium veſtrûm ille oculos, veluti cornicum, conficere vult*, **Hy wil u al t'ſamen de oogen uyt-ſteecken.**

27. *Gladiatorio animo me petebat.*

Hy meenden my.

Significatur ita tendi ad nocendum alteri, ut id cum proprio etiam periculo tentetur, animo pertinaci, paratoque, vel perdere, vel perire. In Phormione Terentiana: *Hem,*

gladiatorio animo ad me affectant viam, **Sy komen my aen met een opgetogen zeyl.** Hæc à navigantibus ducta eſt metaphora.

28. *Fruſto panis.*

Om een Maeltijdt etens.

Hoc eſt, pro re quantumlibet puſilla ac vili. M. Cato Marco Cælio utilitatem opprobrans, non loquendi tantum, verum etiam tacendi: *Fruſto*, inquit, *panis conduci poteſt, vel uti taceat, vel uti loquatur.* Noſtratum vulgus dicit: *Vnico prandio.*

29. *Quem mater amictum dedit obſervare.*

Sijn ouden tret houden.

Niet uyt ſijn tret gaen.

Pro eo, quod eſt vetere more, ac pueriliter ex alieno præſcripto vivere. Plutarchus in commentario de fortuna Alexandri: Δίκλω νηπίȣ παιδὸς, φυλάτ]οντα τὴν περιβολὴν, ἣν ἡ πάτριος αὐτῷ συνήθεια, καθάπερ τιτθὴ, περιέθηκε, id eſt, *More puſilli pueri ſervantem amictum, quem illi patriæ conſuetudo, veluti nutrix, addiderat.* Hoc imitationis genus velut addictum, ac ſervile, ridet Horatius:

O imitatores ſervum pecus! ut mihi ſæpe
Riſum, ſæpe jocum, veſtri movêre tumultus.

30. *Non tamen ignorat quid diſtent æra lupinis.*

Hy kan nochtans wel vijf tellen.

Horatianus verſus eſt, quo aliquem non ita ſignificamus ſtultum, quin ſatis norit rerum vilium ac precioſarum diſcrimen. Noſtrate lingua ex numeris ducitur adagium, ſiquidem de iis quos parum ſapere judicamus, dicere etiam conſuevimus, **Hy kan geen vijf tellen / hy ſtaet of hy geen vijf kon tellen.** *Non novit quid diſtent æra lupinis:* Ita ſe gerit, quaſi neſciat, quid diſtent æra lupinis.

31. *Me mortuo terra miſceatur incendio.*

Ἐμȣ̃ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

Ick doodt alle de Wereldt met my doodt.

Sic impii nihil ſua referre ſignificant, quid poſteris accidat, vel boni vel mali, cum ipſi tollantur è vita, nequaquam cenſuri. Vox ſanè deteſtabilis, & bono viro indigna.

32. *Mare*

32. *Mare cœlo miſcebit.*

Τῇ γῇ τοῦ οὐρανοῦ ἀναμεμίχθαι.

De heele Wereldt overeyndt ſetten.

Proverbialis Hyperbole, pro eo quod eſt: *Omnia perturbabit, & nihil non faciet.* Noſtrate lingua totum turbandum ac commovendum dicimus mundum. Juvenalis:

—— *Clames licet, & mare cœlo*
Confundas, homo ſum. ——

Sic & Virgilius in quinto de Junone omnia tentante:

—— *Maria omnia cœlo*
Miſcuit. —— Ariſtophanes:

Τὰ δ᾽ ὑπέρτερα νέρτερα θήσει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης,
Quin & ſupera infera reddet Iuppiter altifremus,

Hy ſal't onderſte boven keeren.

33. *Miſcebit ſacra prophanis.*

Hy ſal na Godt noch goet Menſch vragen.

Eos qui nihil habent penſi, & qui nihil non audent, *ſacra prophanis miſcere* dicimus: ut qui fas nefaſque confundant. Eſt autem hoc Horatianum. Noſtrates neque ſuperos aliquem moraturum dicunt, nec inferos.

34. *Suſque deque fero.*

Ἄνω καὶ κάτω.

Ick maeck daer geen werck aff.

Quod contemnimus, & unde nihil nos laborare dicimus. Gellius idem valere dicit, quod æquo animo eſſe, & quod accidit, non magni pendere. Ex Græci ſermonis imitatione deſumptum eſt, quo illi dicunt, ἄνω καὶ κάτω, nullum ordinem, nullumque rerum diſcrimen ſignificantes.

35. *Ultro citroque.*

Over ende weder over.

Van hier/ en van ginder.

Valet perinde quaſi dicas, hinc atque illinc, ſive utrinque. Fit autem venuſtior metaphora, quoties ad mutuam altercationem, diſceptationem, confabulationem, rixamve refertur. Quod genus eſt apud Ciceronem de Repub. *Multiſq; verbis ultro citroq; habitis, ille nobis conſumptus eſt dies.* I-

dem in libris officiorum: *Beneficiis ultro & citro datis acceptiſque.* Et, *Vltro citroq; agitata cauſa. Vltro citroque certatum conviciis.*

36. *Surſum ac deorſum curſitare.*

Sich niet laten onſuyren.

Surſum deorſum cuncta confundere.

Ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέαι.

't Onderſte boven keeren.

Proverbium accommodabitur vel ad omnia tentantem, vel ad omnia confundentem, vel ad diligentiam omni ex parte negotium circumſpicientis. In Eunucho Terentiana: *Sex ego te totos, Parmeno, hos menſes quietum reddam, ne ſurſum deorſum curſites.* **Dat gy niet durft dus op ende neer loopen / ende laet u geen dingh ontſuyren.** Metaphora ſumpta videtur à Siſyphi fabula ſaxum volventis apud inferos. Plato in Phædro: Χρὴ πάντας τοὺς λόγους ἄνω καὶ κάτω μεταστρέφοντα ἐπισκοπεῖν, id eſt, *Oportet rationes omnes ſurſum ac deorſum verſemus, atque ita conſideremus,* **Alle dingh van boven tot beneden wel doorſien.** Ego non video ſane, quo pacto poſſunt univerſa magis ſurſum ac deorſum miſceri.

37. *Omnium horarum homo.*

Een Man daer men mede over wech mach.

Die Jock en Ernſt verſtaen kan.

Qui ſeriis pariter ac jocis eſſet accommodatus, & quo cum aſſiduè libeat vivere: **Die niemants verdriet is.** Sic apud Suetonium. Tiberius duos quoſdam combibones ſuos, jucundiſſimos, & omnium horarum amicos profiteri ſolet, etiam codicillis.

38. *Pecuniæ obediunt omnia.*

Ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἐσθ' ὑπήκοα.

Gelt dat ſtom is / maeckt recht dat krom is.

Utinam non tam in uſu omnibus hoc eſſet adagium, quàm eſt in ore. Ex Hebræorum proverbiis ſumpta ſententia eſt, quam legimus apud Eccleſiaſten cap. 10. Euripides:

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν τιμιώτατα,
Mortalibus nil charius pecuniâ.

Hæc

Hæc eſt vulgi opinio: **Godt die lieſſte/ de penningh de waerdſte.** Hinc Horatius pecuniam *Reginam* vocat:

Scilicet uxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

39. *Veritatis ſimplex eſt oratio.*

Ἁπλῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

De Waerheyt die heeſt goet geluyt.

Mendacem oportet eſſe memorem, & circumſpectè ac involutè ſua verba proferre. Veritatis autem oratio etiam apud incircumſpectos ſibi conſtat atque conſona eſt. Competit autem in eos, qui mendacia ſua verborum lenociniis fucare ſolent, atque perplexè loquuntur, dum verum diſſimulant: nam hoc indicio ſæpe deprehenditur vanitas, velut in Eunucho Terentiana.

Pergin' ſceleſta mecum perplexe loqui?
Scio, neſcio, abiit, audivi, ego non adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura apertè es, quicquid eſt?

40. *Tunica pallio propior.*

Mijn Hemdt is my naerder dan mijn Rock.

Significat ex amicis nos aliis, atque aliis magis eſſe devinctos, neque parem omnium habendam eſſe rationem. *Pallium* autem extrema veſtis eſt Græcis, ut *toga* Romanis. Porro tunica toga tegitur. Sententia autem ex Plauti Trinummo ſumpta eſt.

41. *Genu ſura propius.*

Γόνυ κνήμης ἔγγιον.

Mijn Oye/ is my naerder dan mijn Knye.

Idem planè ſenſus, quanquàm diverſis exprimatur verbis. Noſtrates perquàm feſtiviter *femur ſibi proprius eſſe ferunt quàm genu.* Venuſta autem vocum alluſio eſt, **Oye** & **Knye.**

42. *Omnes ſibi melius eſſe malunt quàm alteri.*

Φιλεῖ δ' ἑαυτῦ πλεῖον ὐδεὶς ὐδένα.

Docet parœmia quemque ſibi chariſſimum eſſe. Terentius in Andria:

Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet,
Omnes ſibi eſſe melius malle, quàm alteri.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Et rurſum in eadem fabula proverbium ad perſonam detorſit: *Heus, proximus ſum egomet mihi.*

43. *Sui amantes.*

Φίλαυτοι.

Mijn Appelen en verrotten niet.

Eygen-ſoeckelijck.

Qui ſibi vehementer placent, quique ſuis ipſorum commodis impensè ſtudent, aliorum rebus vel neglectis, vel etiam afflictis. Vitium ipſum φιλαυτία dicitur. Quod appoſitè circumloquens Horatius: *Cæcus*, inquit, *amor ſui.* Id vitii Plato malorum omnium fontem autumat. Ariſtoteles homines, ait, ſui ſupra modum amantes, à multitudine male audire, quippè qui fœdo, infamique cognomine vocentur φιλαυτοι.

44. *Extra telorum jactum.*

Ἔξω βελῶν.

Buyten ſchoots.

Pro eo quod eſt in tuto, extraque periculum. Sumptum à bellis, ubi qui nolunt feriri jaculis, ſemovent ſe longius, quam ut poſſint jactu teli contingi: Contrà, quem obnoxium periculo videri volumus, hunc dicere poterimus.

45. *Intra telorum jactum.*

Ἐντὸς τοῦ βέλους.

Binnen ſchoots.

Hoc eſt, *intra periculum.* Dicunt autem noſtrates: *jam intra telorum jactum te habet*, **Ghy zijt nu al binnen ſchoots**/ quoties emptor precium venditori offert non rejiciendum, aut qui paciſcendo, conditionem offert commodam ſatis & minimè contemnendam.

46. *Poſt principia.*

Achter uyt de weegh.

Eandem fermè hoc ſententiam habet, quam illud: *Extra telorum jactum.* Sumptum item à bellis, ubi ſummum periculum eſt iis, qui prima ſtant acie. Porro principales in acie milites, autore Vegetio, *principia* propriè dicuntur. Terentius in Eunucho:

Tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Tu hoſce inſtrues, hîc ego ero poſt principia,
Inde omnibus ſignum dabo. ——

Erat autem hic locus timido nebulone dignus, id quod ridens Gnatho, *Illuc*, inquit, *eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cavit loco.*

47. *Procul à pedibus equinis.*

Ἐκ τῶν ποδῶν ἱππείων.

Wech upt de paerde voeten.

Cum ſignificant fugiendum eſſe periculum. Sumptum ex certaminibus equeſtribus.

48. *Porro à Jove atque fulmine.*

Πόρρω διός τε καὶ κεραυνοῦ.

Schouten / en Baljouwen /
Die ſchuwt men als die Wouwen.
Met Heeren iſt quaet kerſſen te eten.

Monet parum eſſe tutum, habere commercium cum principibus, quibus hic in vita quodlibet licet. Habent enim fulmen, ſi quando commoveantur. Citatur à Suida hujuſmodi hemiſtichium:

Ἀλεῦ ἀπὸ μείζονος ἀνδρός.
Majorem vitato virum.

49. *Septem convivium, novem convicium.*

Met luttel luyden ſalmen vrolijck zijn.

Significat in convivium paucos adhibendos eſſe, alioqui illud fore tumultuoſum & inſuave. *Convicium* autem dixit pro *clamore*, quaſi *convocium*. M. Terentius Varro apud Gellium, cenſet convivas intra Gratiarum & Muſarum numerum oportere conſiſtere, ne aut plures ſint novem, aut pauciores tribus.

50. *De gradu dejicere.*

Een in een baud brengen.
Een verſuſt maecken.

Eſt aliquem à ſtatu mentis dimovere, & conſternare. M. Tullius officiorum libro primo: *Fortis vero animi eſt, & conſtantis, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur, ſed præſentis animi uti conſilio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

51. *In gradum reponere.*

Een weder te paerdt helpen.

Conſimilis figuræ hoc eſt, quaſi in priſtinum locum reſtituere. Ut ſi puero pudefacto, collaudatione aliqua animum addas. Quintilianus: *Aut ſi quid titubaverint, opportuna rurſus ejus, à quo producti ſunt, interrogatione, velut in gradum reponantur.* Noſtrates ab equite in terram proſtrato metaphoram ducunt.

52. *Poſt mala prudentiores reddimur.*

Μετὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτεροι.

Men leert niet dan met ſchade of ſchande.

Cum ſignificamus hominem non niſi accepto incommodo ſapere. Finitimum huic eſt,

Κλέων Προμηθεύς ἐστὶ μετὰ τὰ πράγματα.
Rebus paractis eſt Cleon Prometheus.

53. *Ex ovo prodiit.*

Ἐξ ὠοῦ ἐξῆλθεν.

Hy is ſoo ſchoon als een beeldt.

Ajunt dici ſolitum de magnopere formoſis ac nitidis, quaſi neges communi hominum more natos, ſed ex ovo, more Caſtoris & Pollucis. Siquidem eſt in Poëtarum fabulis Ledam Tyndari filiam ex Jovis concubitu, duo peperiſſe ova, è quorum altero prodiêre gemini Caſtor & Pollux, ex altero nata eſt cum Clytemneſtra Helena, cujus forma literis omnium eſt nobilitata.

54. *Non eſt cujuſlibet Corinthum appellere.*

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς.

't Mach alle man niet gebeuren.

Men mogen niet al Paus van Romen zijn.

Vetuſtum juxta ac venuſtum adagium, de rebus arduis, & aditu periculoſis, quaſque non ſit cujuſlibet hominis affectare: natum ex Laide, nobili Corinthiorum ſcorto, quo potiri non potuit, niſi qui daret, quantum poſceret: poſcebat autem illa nimiam quantitatem. Ad hanc ille Demoſthenes clanculum adit, &, ut ſui copiam faceret, petit. At Laïs μυρίας δραχμὰς, id eſt, decem nummûm millia, ſive talentum

tum popoſcit, ſexcentos nimirum coronatos. Ille vero tali petulantia mulieris, atque pecuniæ magnitudine ictus, expaviduſque avertitur, & diſcedens, *Ego*, inquit, *pœnitere tanti non emo*, οὐκ οἰοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, hoc eſt, *Non emo decem drachmarum millibus pœnitudinem.*

55. *Satis quercus.*

Ἅλις δρυός.

Genoegh van dien.

Vetus adagium, quo perquam eleganter utemur, quoties priſtinum aliquod ſtudium, aut inſtitutum relinquitur. Inde natum, quod priſci illi mortales, rudes, atque inculti, ſimulatque Ceres uſum frumenti monſtravit, glandibus victitare deſierunt.

56. *Feneſtram aperire.*

De voet geven.

Pro eo, quod eſt, occaſionem, ac velut anſam miniſtrare. Terentius in Heautontimorumeno: *Hui, quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.* Verum hoc non niſi in malam partem. In bonam vero; *Aperire januam.* Plinius Suetonio Tranquillo: *Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefacit.*

57. *Anſam quærere.*

Λαβὴν ζητεῖν.

't Futſel-hoeck ſoecken.

Anſa eſt qua quippiam prehenditur, ac tenetur. Plautus in Perſa: *An non vides hunc anſam quærere*, id eſt, captare occaſionem reſcindendæ, irritandæque pactionis? Metaphora ſumpta à paleſtritis, quorum hæc ars eſt, ſic componere corpus, ut prehendi non poſſint.

58. *Hanc non poteris tenere anſam.*

Dit gat ſult ghy niet mogen boozen.

Cùm ſignificamus quempiam non poſſe obtinere eam, quam captat occaſionem. Germanicè ex foramine, quod terebra facias, parœmia ſumitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

59. *Cyclopis munus.*

Κύκλωπος δώρημα.

Sulcke gift verlanght my niet nae.
Dat hy geeſt hadt ick liever op een ſchop/
dan in mijn handt.

Sic munus ſignificatur inutile. Cujuſmodi ſunt fermè tyrannorum & latronum beneficia, qui ſolent hoc ipſum magni beneficii loco imputare, quod aut minus aut ſerius noceant. Apud Homerum Odyſſeæ nono: Cyclops Polyphemus delectatus dulci vino, quod illi donârat Ulyſſes, munus promittit, quo accepto, ille ſit magnopere gaviſurus, ut denuo ſibi miniſtret de ſua lagena. Dedit Ulyſſes ſpe muneris iterum atque iterum. Porro ubi jam vino delinitum crederet minus reſponſurum, repoſcit Ulyſſes munus promiſſum: Cui Cyclops hunc in modum reſpondit:

Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι,
Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν. Τό δέ τοι ξεινήϊον ἔσται.
Poſt ſocios mihi, poſtremuſque vocabitur Vtis,
At reliqui prius. Hoc ex me tibi munus habebis.

60. *Tuis te pingam coloribus.*

Ick ſal u dat aers-gat ontdecken.

Hoc eſt, *Talem te deſcribam qualis es*, neque quicquam quod ad probrum tuum pertinet, celaturus ſum. Alluſum eſt ad Æſopicam corniculam, quæ ſe coloribus ac plumis alienis exornârat. Divus Hieronymus in Rufinum: *Poſſem & ego te tuis coloribus pingere, & inſanire contra inſanientem.* Ibidem rurſum: *Scire enim te jactas crimina, quæ tibi ſoli amiciſſimo ſim confeſſus, & hæc in medium prolaturum, meiſque me coloribus eſſe pingendum.*

61. *Ornatus ex tuis virtutibus eſſes.*

Gy ſoudt des genieten.
Gy ſoudt daer geen Liedt af dichten.

Non abludit illa ironia Terentiana in Adelphis: *Si regnum poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus*, id eſt, *Haberes præmia tuis factis digna.*

62. *Domi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

62. *Domi Mileſia.*

Οἴκοι τὰ μιλήσια.

Houdt die geck binnen.

In eos dici ſolitum, qui ibi domeſticum luxum celebrant, ubi minimè probatur. Nam domi liberum eſt unicuique ſuo more vivere. Hoſpitis autem eſt, ut eorum apud quos diverſatur, & cultum, & mores, tum laudet, tum imitetur, quoad poteſt, certè ſua non jactet, aliena damnans. Inde nata parœmia eſt, quòd olim Mileſio cuidam hoſpiti, cùm apud Lacedæmonios delicias patrias extolleret, ad hunc modum reſponſum fuerit: Οἴκοι τὰ μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε. Id eſt, *Domi, non hic Mileſia.* Ut autem Lacedæmoniorum ſeveritas, multorum literis celebrata eſt, ita Mileſiorum luxus in hominum ſermonem abiit, adeo ut quicquid molle, parumque virile velint intelligi, *Mileſium* appellent. Cæterum præcipua Mileſiorum mollities in veſtitu erat, propterea quod apud illos texta erant omnium molliſſima. Unde & Virgilius in Georgicis, delicatiſſima vellera *Mileſia* nominat. Horatius item:

Alter Mileti textam, cane pejus & angue
Vitabit chlamydem. ——

Veſtem molliculam, parumque ſeveram ſignificans.

63. *Menſe Majo nubunt malæ.*

t'Ontijdt hylicken die onſaligen.

Tuſſchen Paeſſen en Pinxter hylicken de onſaligen.

Romanorum extat adagium apud Naſonem, cujus hi ſunt verſus:

Nec viduæ tædis eadem, nec virginis apta
Tempora, quæ nupſit, nec diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa, ſi te proverbia tangunt,
Menſe malas Majo nubere vulgus ait.

Dici poteſt in mulieres intempeſtivæ libidinis, aut in eos, qui alieno tempore quicquam faciunt, aut qui parum auſpicato quid aggrediuntur. Solent autem antiquitus his diebus umbris majorum parentalia facere, feſtaque celebrare *Remuria*, in memoriam occiſi Remi, quæ poſtea *Lemuria* dicta ſunt, quaſi à Lemuribus ſumpto nomine. Atque ob id dies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

illi inter ferales ſunt habiti, ac nuptiis nefaſti. Quin & hodie Weſtphalos dicere ſcribit Tappius, Tuſſchen Paeſſchen ende Pinxſter vryen die onzaligen.

64. *Ovem lupo commiſiſti.*

Τῷ λύκῳ τὸ ὄϊν.

't Schaep den Wolff bevolen.

Concinnè eo utemur, quoties ei ſervandum aliquid committitur, cujus gratia cuſtodem magis oporteat adhiberi. Terentius in Eunucho: *Sceleſta, ovem lupo commiſiſti.* De Cherea ephebo, cui velut Eunucho virgo credita eſt. Spectat huc illud Horatii:

Lupis & agnis quanta ſortito obtigit
Tecum mihi diſcordia eſt.

65. *Muſtelæ ſevum committis.*

Γαλῇ στέαρ.

Den kat de ſoete melck.

Subaudiendum *das*, aut, *committis*. Cum ea dantur, quorum, qui accipiunt, natura ſunt appetentiſſimi. Veluti ſi quis laudaret laudis avidiſſimum, aut ad bibendum provocaret natura biboſum, *Muſtelæ ſevum das.*

66. *Nullam hodie lineam duxi.*

Τήμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον.

Huyden hebbe ick een verloren maendagh gemaeckt.

Ab Apelle pictore natum adagium eſt. Competit autem in eos quibus exercitio ſtudii, artiſque ſuæ ceſſatum eſt. Hinc illud:

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit,
Non decet ignavum præteriiſſe diem.

Noſtrates reſpiciunt ad diem Lunæ, qui poſt Epiphanias feſtum primus eſt, quem opificum vulgus, nefaſtum atque perditum vocat, verlooren maendagh.

67. *Neque natare novit, neque literas.*

Μήτε νεῖν μήτε γράμματα.

Hy kan noch villen noch voet houden.

Hy kan noch af noch aen.

In eos qui ſupra modum rudes ſunt, nihilque prorſus bona-

bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam hæc duo olim inprimis diſcebant pueri. Germanica ſonant, quaſi dicas, quempiam neſcire, quomodo honeſtè ad virum accedendum ſit, aut ab eo recedendum. Alia autem à lanionum imperitioribus.

68. *Mordere frænum.*

Δάκνειν τὸ στόμιον.

Op ſijn breydel bijten.
Wederſpannich zijn.

Pro eo quod eſt vel leniter repugnare ſervituti. D. Brutus: *Si frænum momorderis, peream, ſi te omnes, quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt.* Proverbium ſumptum videtur è fabula Æſchyli, quæ inſcribitur Prometheus; in qua ſic loquitur Mercurius:

Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν μαλθάκῃ λίταις
Ἐμαῖς, δακνὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζύγης
Πῶλος βιάζῃ, καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.
Precibus nihil miteſcis inflexus meis,
Sed fræna mordens, pullus indomitus velut
Ferociens, pugnas habenas vincere.

69. *Manibus pedibuſque.*

Χερσίντε ποσίντε.

Met handt en met voet.

Extremum conatum ſignificantes, ſic dicimus. Nam per manus declaratur induſtria conficiendi negotii, per pedes maturandi celeritas. Davus in Andria: *Ego hoc Pamphile tibi pro ſervitio debeo conari manibus pedibuſque.*

70. *Omnibus nervis.*

Al dat ick macht hebbe.

Hoc eſt *Summa vi, ſummoque ſtudio.* Nam robur, juxta Philoſophos, in nervis ſitum eſt. Unde & dicimus:

71. *Omnes in hoc nervos intendam.*

Ick ſal daer mijn beſte toe doen.

Id eſt; *Summa vi, totiſque viribus in hoc incumbam.* Cicero ad Q. Fratrem: *Sic contende omnibus nervis & facultatibus.* Et alias: *Omnes tuos nervos in eo contendas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

72. *Velis equiſque.*

Al dat ghy lijfs hebt.

Similem conatum ſignificat, ſed ad fugiendum, aut aſſequendum magis, quàm ad efficiendum. M. Tullius ad Q. Fratrem: *Sic ego qui in iſto homine colendo tam indormivi diu, te me hercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis.* Noſtratium adagium ſonat: *Pro totius corporis viribus*, vel, *quàm chara tibi tua vita, aut corpus eſt.*

73. *Remis veliſque.*

In allen manieren.

Hoc eſt: *Modis omnibus*, ut Germanice dicimus, ſummoque conatu. Tranſlatum à nautis, quorum ſummus tunc conatus eſt, cum navis ſimul & remigio & velo provehitur. Cicero in Tuſculanis: *Tetra enim res eſt, miſera, deteſtabilis, & omni contentione, velis, ut ita dicam, remiſque fugienda.* Plautus in Aſinaria: *Remigio veloque quantumcunque poteris feſtina & fuge.* Virgilius Æneidos 3.

Lævam cuncta cohors remis, ventiſque petivit.

74. *Navibus atque quadrigis.*

Al ſoudt ghy een paerdt daerom doot rijden.
Over aers over bol.

Pro ſummo ſtudio, ſummaque feſtinatione, Flaccus dixit in epiſtolis:

Strenua nos exercet inertia, navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere, quod petis hic eſt.

Noſtrates ajunt: *Etiam ſi equus ſit in vitæ diſcrimen adducendus, aut etiam per præceps.*

75. *Citis quadrigis.*
Jovis quadrigis.

Sonder omſien.

Pro eo quod eſt, quàm ocyſſimè fugere. Sic legitur apud Plautum in Aulularia: *Quod jubeat, citis quadrigis properet perſequi:* ab Homero tranſlatum, qui Diis quadrigas affingit, quibus, quo lubitum ſit, repente rapiantur, ex Olympo in terras, rurſus è terris in cœlum. Noſtrates hic ut Græci dicunt, Φεῦγε ἀμεταστρεπτί. **Packt u wech/ ſonder omſien.**

76. *Equis*

76. *Equis albis præcedit me.*

Ick hebbe by hem niet een kruys.

Hoc eſt, Longè me ſuperior eſt, meque longo intervallo anteit. Sumptum inde eſt, quòd antiquitus equi albi meliores haberentur, vel quòd victores in triumpho albis equis vectari ſoleant. Noſtrates pecuniam ſpectando collationem faciunt ad eos, qui modis omnibus nobis ditiores ſunt, præ quibus, veluti Cræſis, nos Iri videamur, atque teruncium vix habeamus.

77. *Mordicus tenere.*

Met handt en met tandt houden.

Mordicus tenere, eſt ſumma pertinacia tueri, quod Græci vocant ὀδάξ. Cicero: *Ab omnibus ejuſmodi viſis perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abeſſe dicemus.* In eundem ſenſum dixit Seneca, *Vtraque manu.*

78. *Toto corpore.*

Omnibus unguiculis.

Met lijf en met ziel.

Hæc ſimilem habent pertinaciæ ſignificationem. A feris ſumpta metaphora, quæ dentibus, unguibus, totoque corpore retinere ſolent, quod nolint extorqueri. Lucianus; Τὸ δ' χρύσιον ὀδοῦσι, καὶ ὄνυξι, καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. *Cæterum aurum dentibus & unguibus, atque omni ope ſervabant.* Noſtratium vulgus & de corpore & anima ſeſe perclitaturum hac phraſi pronunciat.

79. *Noctesque dieſque.*

Νύκτάς τε καὶ ἤματα.

Nacht ende dagh.

Aſſiduam, atque infatigabilem diligentiam paſſim hac figura ſignificant. Horatius in arte:

Nocturna verſate manu, verſate diurna.

Subinde apud Homerum:

Νύκτας τε καὶ ἤματα πάντα.

Omneis noctesque dieſque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

80. *Terrâ marique.*

Te water ende te lande.

Quoties extremum conatum, ſtudiumque ſignificamus. Theognis:

Χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε, καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Δίζεσθαι χαλεπῆς Κύρνε λύσιν πενίης.

Paupertatis enim duræ, terraque marique
Quærere Cyrne aliquod convenit effugium.

Ita & ab Horatio dictum eſt:

Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

81. *Toto pectore.*

Παντὶ ςήθει.

Toto animo.

Παντὶ θυμῷ.

Van gantſcher herten.

Cùm ſincerum & abſolutum amorem ſignificamus. Cicero de Legibus libro primo: *Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur, toto pectore, ut dicitur.* Idem: *Hanc cogitationem toto pectore amplectare.* Hîc ad ſtudium, diligentiamque refertur.

82. *Molli brachio* / *Levi brachio* } *percurrere.*

Met den ruychſten overloopen.

Cùm indiligentem operam ſignificamus, nihilque exactam. Cicero ad Atticum libro ſecundo; *Quod me quodammodo molli brachio de Pompeji familiaritate objurgas, nolim ita exiſtimes.* Idem ad eundem lib. IV. *Conſules, qui illud levi brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerunt.*

83. *Omni telorum genere oppugnare.*

Loot noch kruyt ſparen.

Pro eo, quod eſt, *modis omnibus inſectari.* Metaphora ſumpta videri poteſt ex illo Homerico;

Ἐγχεΐ τ' ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν,
Haſtiſque, gladiiſque, & ſaxis grandibus urgent.

Noſtrates neque glandibus plumbeis ſe parcituros dicunt, neque ullo tormentario pulvere.

84. Co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

84. *Cominus atque eminus pugnare.*

Ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν.

In 't wit noch in 't ſwart mogen lijden.

Tranſlatum & hoc à bello, in quo nunc conſerti pugnant gladiis, nunc machinis tela procul in hoſtem torquentes. Id ſi ad animi res transferatur, fiet venuſtius. Cum hominibus habenda pax, cæterum cum viciis cominus atque eminus pugnandum: **Die behoortmen in 't wit noch in 't ſwart te lijden.**

85. *Omnem movere lapidem.*

Πάντα λίθον κινεῖν.

Sich niet laten ontſupzen.

Hoc eſt, *Omnia experiri, & nihil intentatum relinquere.* Sumptum ab iis, qui in littore cancros venantur, nam hi plerumque ſub ſaxis latent. Germanica ſonant, quaſi dicas: Nihil ſibi grave ac arduum putare.

86. *Omnem rudentem movere.*

Πάντα κάλων σείειν.

Sich geen arbeydt ontſien.

Aliunde ducta metaphora ſenſum eundem efficit. Lucianus in Pſeudomante: Καὶ πάντα κάλων ἐκίνουν, ἀμυνάσθαι βουλόμενος, id eſt, *Atque omnem movebam funem, hominem ulciſci volens.*

87. *Omnem jacere aleam.*

Πᾶς ἂν ἐρρίφθω κύβος.

Kap en Kobel wagen.

Omnem jacere aleam, eſt rem univerſam periclitari, fortunæque arbitrio committere. Siquidem alea fortunæ ludus eſt magis, quàm artis. Unde proverbiali figura, ſi quando ancipitem rei eventum ſignificamus, quaſi non ab arbitrio jacientis, ſed à fortuna pendentis, aleam jaci dicimus. Ita Terentius in Adelphis, vitam hominum perinde dixit eſſe, *quaſi cum ludas teſſeris, ut quod jactu non cecidit, id arte ut corrigas.*

88. *Judice fortuna cadat alea.*

Die 't Hooft valt die ſcheer den Baert.

Quoties ſignificamus eum fore feliciore conditione, cui

ſors ceciderit felicior. Hemiſtichium eſt, ſumptum ex Petronio Arbitro.

89. *Vela ventis permittere oportet.*

Men moet'et in de windt werpen.

Admonet non ceſſandum, ſed fortunæ arbitrio rem committendam, eamque rurſus eſſe tentandam, ſi fortaſſis volet eſſe proſpera. Quintilianus: *Permittamus vela ventis, & oram ſolventibus benè precemur*, hoc eſt, *Editionis ancipitem ventum, utcunque cadet, experiamur.*

90. *Sub omni lapide ſcorpius dormit.*

Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει.

't Is hier al geſlagen of gevangen.

Admonet adagium cavendum eſſe, ne quis apud captioſos & calumnioſos temere loquatur, quicquid enim attigerit, periculum eſſe ne mordeatur. Conſtat autem ſcorpios ſolere ſub ſaxis cubitare, quæ ſi quis tollat incautius, fit ut ictus vulnus accipiat. Sophocles:

Ἐν παντὶ γάρ τε σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ,
Etenim ſub omni lapide ſcorpius excubat.

Hoc eſt, nihil tutum, & omnia cavenda ſunt.

91. *Sub omni lapide ſcorpius dormit.*

Hy ſoeckt veel uyt-wegen om niet te doen.

Convenit in moroſos, qui quidvis cauſari ſolent. Vel in pigros, qui frivola quædam prætexentes, ſuffugiunt laborem.

92. *Aſinus ad lyram.*

Ὄνος λύρας, ſubaudi ἀκροατής.

Een Joannes in eodem.

Sic appellantur bonarum artium indociles, atque intractabiles. Rectè autem torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium, cujus ſunt imperiti, & à quo natura abhorrent. Effertur & hoc pacto adagium: Ὄνῳ τὶς ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id eſt, *Aſino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas movebat.* In eos, qui cum nihil intelligant, tamen perinde quaſi nihil non intelligant, ita nutibus alludunt, aut arrident dicentibus.

93. *Sus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

93. *Sus tubam audivit.*

Σάλπιγγος ὗς ἤκουσε.

Hy heef'et te Keulen hooren donderen.
Die praet komt hem aen ſijn koude klederen niet.
Hy laet het ſijn kappe hooren.

In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verùm eas neque intelligunt, neque mirantur. Aut in eos, qui iis quæ audiunt, neque gaudent, neque commoventur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum, ſuem abigat citius quàm animet ad pugnam. Noſtrates ajunt ejuſmodi auſcultatoribus, ſermonem ne ſuperas quidem aut frigidas veſtes penetrare.

94. *Nihil graculo cum fidibus.*

Dit is allemans ſpijs niet.

95. *Nihil cum amaracino ſui.*

Wat maeckt de Soch aen de Spin-rock.

Hoc eſt, Nihil ſtolidis & imperitis cum bonis literis. Nam *graculus* avis eſt ineptæ, moleſtæque garrulitatis, atque obſtrepera, adeo ut à voce, qua ſonat, nomen inditum putent. Porrò cithara ſilentium poſtulat, & aures attentas. D. Servilius dum Germanicè hoc vertit: Suem ſcribit non decere colum. *Amaracus* autem herbæ genus eſt admodum odoriferæ, vulgus *majoranam* vocat. Hinc amaracina optima dici cœperunt unguenta. Cæterum nil minus convenit roſtro ſuillo, quàm deliciæ unguentariæ, quippè cui id demum dulce olet, quod cœnum olet: Lucretius in ſexto:

Denique amaracinum fugitat ſus, & timet omne
Vnguentum, nam ſetigeris ſubus acre venenum eſt.

96. *Quid cani cum balneo?*

Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ;

Wat ſal 't Vercken in de Kerck doen?
Wat ſal de Donder in de Kerck doen?

Quadrabit in eos, qui ad rem quempiam prorſus ſunt inutiles. Ita ut in balneo nullus eſt omnino canum uſus.

97. *Aſinum ſub fræno currere doces.*

Ghy wilt een Eſel uyt ſijn tret leeren gaen.

Hoc eſt, Doces indocilem, atque id conaris quod fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

non poteſt. Nam equus ad curſum idoneus eſt, aſinus ad equeſtrem curſum inutilis. Horatius:

Infelix operam perdas, ut ſi quis aſellum
In campum doceat patentem currere freno.

98. *Alienam metis meſſem.*

Ἀλλότριον ἀμᾶς θέρος.

Dat gy beſoet / heeft een ander beſuert.

In eos, qui commoditatibus alienâ partis operâ potiuntur, & qui citra laborem alienis fruuntur ſudoribus.

99. *Alienam metunt meſſem.*

De vreemde Koe lickt het vreemde Kalff.
't Gelt haer de Wagen-huyr.

In hos, qui negotium non ſuum parum diligenter curant. Ducta metaphora à vetuſto more, quo vicini ruſtici, in demetenda ſegete, mutuam inter ſeſe operam commodabant. Fit autem hominum more, ut in ſuopte quiſque negotio ſit attentior, quàm in alieno: prior ſententia perinde ſonat Germanice, quaſi dicas, aliquem rei alicujus potiri dulcedine, cujus ipſe nullam amaritudinem ſive acerbitatem ſenſit: Poſteriore vero, à bove ſœtante ſumitur metaphora, ubi recens natum pullum ab ipſa vacca matre curatum oportet, ut ipſum lambat atque emundet.

100. *Penelopes telam retexere.*

Verkeert werck doen.

Inanem operam ſumere, & rurſum deſtruere, quod effeceris. Natum ex Homero, qui fingit Penelopen Ulyſſis uxorem, procos jam urgentes, hac conditione deluſiſſe, ut tum ſe promitteret nupturam, ubi telam, quam habebat in manibus, abſolviſſet. Quam conditionem poſteaquàm illi accepiſſent, mulier aſtuta, quod interdiu texuit, id noctu retexere cœpit.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA V.

I. *Annoſam arborem tranſplantare.*

Γεϱὰν δρυὸν μεταφυτεύειν.

Oude Boomen verplanten.

IN eos dicitur, qui ſero, atque exacta jam ætate conantur dediſcere, quibus diu juvenes aſſueverunt. Aut ſimpliciter de iis, quæ fruſtra molimur. Nam veteres negabant arborem transferri oportere, vel minorem bima, vel majorem trima, teſte Plinio.

2. *Harenam metiris.*

Ἄμμον μετϱεῖς.

Ghy mooght het niet begrapen.

Hoc eſt, *Rem infiniti laboris*, *atque inexplicabilem inceptas.* Aut fruſtra conaris quod nequeas efficere. Athenæus libro ſexto Alexidem quendam adducit, qui innumera dixerit ψαμμακόσια, velut æquantia numerum harenarum, ὀνόμασι ῥ χεϱάδρον ψαμμακοσίοις, *nominibus utens harenaginta*, ut Græcæ vocis figmentum imiter.

3. *Undas numeras.*

Κύματα μετϱεῖς.

Als gy meent op 't naeſte te zijn / ſoo ſult ghy op 't verdtſte weſen.

Eundem cum proximo ſenſum habet: Virgilius utramque parœmiam eleganter attigit, libro Georgicῶν ſecundo:

Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere quàm multæ Zephyro turbentur harenæ;
Aut ubi navigiis violentior incidit eurus,
Noſſe quot Ionii veniant ad littora fluctus.

Videri poteſt ab Æſopico quodam apologo natum, ubi ſuper amiſſo fluctuum numero quidam indoleſcens, per vulpem

pem monetur, ut undarum præteritarum oblitus, denuo numerare incipiat.

4. *Surdo oppeditis.*

Παρὰ κωφῷ ἀποπαρδεῖν.

Hy laet het ſijn kapproen hooren.

Cum conviciis inceſſitur is, qui perinde negligit, quaſi non audiat. Noſtrates perquam feſtivo adagio hic utuntur, dicentes id à ſolo ipſius audiri pileo, aut caprona, ut ſic loquar.

5. *Aranearum telas texere.*

Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν.

Zijn hooft breecken over een broodeloſe kunſt.

Eſt in re frivola, nulliuſque frugis, infinitum atque anxium capere laborem. Unde Philoſophus quidam rationes Sophiſticas aranearum textis ſimiles dicebat: quæ cum operoſum quiddam, atque exactum præ ſe ferunt, tamen nugatoriæ ſint & imbecilles.

6. *Laterem lavas.*

Πλίνθον πλύνεις.

Ghy moocht daer niet op winnen.

7. *Lapidem elixas.*

Λίθον ἕψεις.

Ghy moocht u hooft breecken.

8. *Æthiopem lavas, dealbas.*

Αἰθίοπα σμήχεις, λευκαίνεις.

't Zijn dingen van niet.

Confines inter ſe parœmiæ ſunt, quibus omnibus operam inanem ſignificamus. Porro *Later* non lapidem ſignificat coctilem, ut vulgo creditur, ſed ut in Miſcellaneis ſuis rectè docet D. Petrus Nannius Lovanianæ Academiæ eximium decus, per *Laterem* nihil aliud intelligere debemus, quàm maſſam vel ex argilla, vel luto, maceriis ædificandis idoneam, non igne, ſed ſole induratam, quæ cum non ſit niſi lutum exſiccatum, quanto magis eam lavas, eo magis luteſcit, & in cœnum reſolvitur. Atqui quicquid ex terra in lapidem coquitur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tur, *teſta* dicitur, quaſi *toſta*, eaque omnia, ut & cætera figulina, facilè lavantur, ſi immunda ſint, neque in illis lavandis opera luditur: Jam quod de elixando lapide dicitur, quis ignorat lapidem non molleſcere, quantumvis diutina coctione, neque Æthiopis nigrorem ulla lotione ſuperari?

9. *Aras littus.*

Αἰγιαλὸν ἀρόεις.

Deſe proſijten ſult ghy goet te buydelen hebben.

10. *Harenæ mandas ſemina.*

Εἰς ψάμμον σπείρεις.

Ghy hebt van deſen u danck ende proſijt al t'huys.

11. *In aqua ſementem facis.*

Εἰς ὕδωρ σπείρεις.

Ghy werpt het Gelt in 't Water.

12. *In ſaxis ſeminas.*

Κατὰ πετρῶν σπείρεις.

Ghy ſult hier niet veel af maeyen.

His omnibus utemur, quoties quis ſterilem operam ſumit. Littus enim ſalſitate marinarum aquarum nihil profert, neque etiam ſteriles harenæ ad ſementem ſunt idoneæ, & aquæ multo minus. Porro in petroſa conjectum ſemen, ipſæ nos docent literæ Euangelicæ, quàm fructum nullum faciat. Auſonius:

Quid geris extremis poſitus telluris in oris,
Cultor harenarum vates, cui littus arandum.

Hujus peculiaris uſus erit, cum officium impenditur in eum, à quo nihil ſis fructus percepturus, ut ſi beneficium colloces in ingratum. Oenone Paridi apud Ovidium Naſonem:

Quid facis Oenone? quid harena ſemina mandas?
Non profecturis littora bubus aras.

13. *Ignem Diſſecare.*

Εἰς τὸ πῦρ ξαίνειν.

Al te vierigh tegen de Miſt ſlaen.
Twee Mans vijf armen af houden.

Nimia vehementia, aut animo nimis calido contra nebulam

lam pugnare. Pertinet quoque ad ſuperiorum formam. Ariſtides in communi defenſione quatuor Rhetorum: Ε᾽λελήθεις δ᾽ ἄρα σαυτὸν, ἁπάσαις ταῖς παροιμίαις ἐνεχόμενος, εἰς πῦρ ξαίνων, καὶ λίθον ἕψων, καὶ σπείρων τὰς πέτρας. *Non intelligebas teipſum omnibus illis proverbiis obnoxium eſſe, quod ignem diverberares, quod lapidem elixares, & quod in ſaxis ſementem faceres?*

14. *In aqua ſcribis.*

Καθ᾽ ὕδατος γράφεις.

V doen is voor niet.

Hoc eſt, *Nihil agis.* Catullus:

—— Mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida ſcribere oportet aqua.

De woorden van lieve luyden voor niet reeckenen.

15. *In harena ædificas.*

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς.

Ghy zijt qualijck gefondeert.

Ubi rationibus aliquem innixum ſignificabimus parum firmis, ac validis, quaſi non ritè jactis fundamentis.

16. *Ventos colis.*

Ἀνέμους γεωργεῖς.

't Is al in de Windt dat ghy zaeyt.

Dicetur in eos, qui è ſuis laboribus nihil fructus reportant: Ut qui & flumine & vento nitantur adverſo.

17. *Ferrum natare doces.*

Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις.

Ghy ſulter geen Eer aen begaen.

De iis, qui rem conantur, quæ repugnante natura, nequaquam fieri poteſt.

18. *Cribro aquam hauris.*

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖς, ἢ ἐπιφέρεις.

Morgen iſt hem uyt den kop.

In obliviosſos non inconcinnè dicetur. Unde noſtrates dicunt, *Cras ejus capiti effluxerit, aut exciderit.*

19. *Apud fimum odorum vaporem ſpargis.*

Εἰς κόπρον θυμιάζεις.

Ghy Wieroockt voor een Kackhuys.

Ghy ſtroeyt Rooſen voor Verckens.

Sic enim perit omnis fragrantia, fimique fœtore vincitur. Conveniet autem in eos, qui rem egregiam indignis adhibent.

20. *Oleum & operam perdere.*

Koſt ende moeyten verlieſen.

Hoc eſt, Quicquid inſumitur aut rei aut laboris, id omne deperdere. Metaphora ducta eſt à gladiatorum, ac palæſtritarum certaminibus, in quibus certaturi, unguentis quibuſdam oleaceis perungebantur. Cicero ad Atticum: *Non defleamus, ne & oleum & opera noſtra philologiæ perierit, ſed conferamus tranquillo animo.*

21. *Reti ventos venaris.*

Δικτύῳ ἄνεμον θηρᾷς.

Ghy ſult een Kiap vangen.

De fruſtra laborantibus, aut qui ſtultè ſequuntur, quæ nulla ſit ſpes aſſequendi. Aut qui rem inanem inaniter captant. Noſtrates ferunt captandum ſtultum, ut qui ſic faciendo, merito cenſeantur ſtulti.

22. *Tranquillum æthera remigas.*

Αἰθέρα νήνεμον ἐρέσσεις.

Ghy moocht de Lucht ontſtucken ſlaen.

Aëre tranquillo remigas. Dicetur de incaſſum laborantibus, & perinde eſt, quaſi dicas: *Aërem diverberas, remigantium more.*

23. *Mortuum flagellas.*

Νεκρὸν μαστίζεις.

Hoe deerlijcke ſeer doet ghy hem.

Wat ſeer doet ghy hem.

In eos qui objurgant illos, qui nihil prorſus objurgatione moventur: Aut qui vita defunctos inſectantur, ac lacerant.

24. *Ollam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

24. *Ollam exornas.*

Χύτραν ποικίλλεις.

't Is van de pot met u.

De iis qui in re vehementer abſurda fruſtra conantur. Inceptum enim eſt, ollæ adhibere picturæ lenocinium.

25. *Ovum adglutinas.*

Ὠὸν κολλήεις.

't Is met u van 't mal.

Een Ey op een korde-wagen krupen.

Simile ſuperiori. Ridiculè enim laborat, qui fractum ovi putamen glutino ſarcire & coagmentare conetur.

26. *Utrem cædis.*

Ἀσκὸν δέρεις.

't Is met u een blaes vol boonen.

In eos qui inaniter de nihili rebus gloriantur, multumque movent ſtrepitum. Sumptum ab iis, qui utres inflatos magno ſtrepitu confringunt.

27. *Utrem vellis.*

Ἀσκὸν τίλλεις.

Neemt daer wat uyt.

Quoties aliquem nudum planè, nihilque habere ſignificamus, veluti uter qui pilis caret, neque quicquam ſentit. Noſtrates ex media manu oſtenſa aliquid tolli jubent.

28. *Actum agis.*

Τὸ πραχθὲν πράττεις.

Ghy zijt al te laet op.

Terentius in Phormione: *Ohe, actum ajunt ne agas.* Τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς. A judiciorum conſuetudine ſumptum, qua fas non eſt iterum agere cauſam, de qua jam ſit pronunciatum. Noſtrates *ſerius aliquem exurgere* dicunt.

29. *Cotem alis.*

Ἀκόνην σιτίζεις.

Ghy ſult geen eer aen hem houden.

De edace dicitur, plurimique cibi, qui nihilo tamen inde redda-

reddatur habitior. Siquidem & hodie vehementer macilentos, tam pingues dicimus ut cotem.

30. *Hylam inclamas.*

Ὕλαν κραυγάζεις.

't Baet geen lieff moeren.

De fruſtra vociferantibus. Fuerit autem venuſtius, atque concinnius, ubi quis rem abſentem fruſtra deſiderat, vel deplorans, vel optans. Fuit autem Hylas Theodamantis filius, qui cum eſſet inter Argonautas formoſus adoleſcens, adamatus eſt ab Hercule. Is cum eſſet in Myſia, fortè aqua tum egreſſus, in fonte periit: unde & à Nymphis adamatus atque raptus fingitur, ad hunc veſtigandum miſſus eſt Polyphemus, qui ingenti vociferatione nomen inclamabat Hylæ, neque quicquam tamen profecit. Atque hinc ortum proverbium eſt.

31. *Inaniter aquam conſumis.*

Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ.

't Is al verlooren gepraet.

In eos quadrabit, qui fruſtra ſuadent. A priſco more judiciorum ſumptum, in quibus ad clepſydræ modum dicebatur. Æſchines contra Demoſthenem oſtendit primam aquam infundi ſolere actoribus, alteram patronis, tertiam judicibus, ad pœnam conſtituendam, niſi primis ſententiis reus fuiſſet abſolutus.

32. *In aëre piſcaris.*

Venaris in mari.

Ghy ſpeelt met die katten.

Quadrabunt ſimpliciter in eos, qui fruſtra moliuntur, τὰ ἀδύνατα, aut qui præpoſtere ibi quærunt aliquid, ubi ne ſperari quidem poſſit. Noſtrates hoc vocant, *cum felibus ludere.* Apud Plautum in Aſinaria Libanius ſervus ab hero ſuo Demeneto juſſus, ut uxorem ipſius argento defraudaret, ſignificans nulla ratione fieri poſſe, ut à muliere tenaciſſima quicquam auferretur: *Iube*, inquit, *una me opera piſcari in aëre, venari autem jaculo in medio mari.*

33. *Aquam è pumice poſtulas.*

Ghy wilt het Gaſthuys berooven.

Fruſtra ab eo aliquid petere, cujus ipſe, à quo petas, maximè ſit indigus. Nihil enim pumice ſiccius, aut ſiticuloſius. Plautus: *Tu aquam è pumice nunc poſtulas, qui ipſus ſitiat. Pumex*, inquit idem, *non æque eſt aridus, atque hic ſenex:* Hy is ſoo droogh als een borhoorn.

34. *Nudo veſtimenta detrahere.*

De Naeckten ontkleen.

Ad eandem ſententiam pertinet, pro eo quod eſt, ab eo ſperare emolumentum, cui ne ſit quidem, quod auferri queat. Sic enim idem Libanius in Aſinaria, admonitus ab hero, ut ab ipſo per fallaciam argentum abraderet, quo filio emeretur amica: *Maximas*, inquit, *nugas agis: Nudo detrahere veſtimenta me jubes.* Sic à D. Chryſoſtomo dictum eſt, *nec à centum viris unum nudum deſpoliari poſſe.*

35. *Anthericum metere.*

Τὸν ἀνθέρικον θερίζειν.

't Suyvel te rade houden.

In eos, qui laborem inanem, ac ſterilem caperent, ut qui de minimis minutiis rerum ſolliciti ſunt. Eſt autem *anthericus* herbæ genus, quod meti non poſſit, ſed velli manibus neceſſe eſt. Noſtrates hoc vocant, *lactaria omnia ſollicitè adſervare.*

36. *Ex harena funiculum nectis.*

Ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκειν.

Zemel-knoopen.

Fruſtra conari, quod nulla ratione poteſt effici. Quid enim ſtultius, quàm ex harena, aut ut noſtrates loquuntur, ex furfure, qui nullo modo cohæreſcit, funem velle nectere.

37. *Ab aſino lanam quæris.*

Ὄνου πόκας ζητεῖς.

Gy wilt van een kint Mans wijſheyt hebben.

De iis qui ſtultè quærunt ea quæ nuſquam ſunt, aut quæ non temere reperias. Noſtrates ſic ſubinde dicunt ab infante adhuc puero, virilem expoſcere prudentiam.

38. *Aſinum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

38. *Aſinum tondes.*

Τὸν ὄνον κείρεις.

Ghy ſcheert hem.

De iis qui res agunt abſurdas ac ridiculas. Aſinum enim neq; tondere poſſis, cum lanam non habeat, neque propter villos pectere. Noſtrates dicunt, *Tondere fatuum.* **De geſt ſcheeren.**

39. *Lupi alas quæris.*

Λύκȣ πτερὰ ζητεῖς.

Ghy ſoeckt de Dach-Scheer.

De iis qui quærunt ea quæ nuſquam ſunt: Neque enim fieri poteſt ut lupus alatus inveniatur. *Ad quærendas lupi alas mittere:* **Om de Dach-ſcheer ſenden.**

40. *Quæ apud inferos.*

Τὰ ἐν ᾅδȣ.

't Spreuckje van 't roodt Houſken.
Alle dinck laet hem ſeggen.

Generaliter ad omnia pertinet, quæ Poëtarum fabulis traduntur, nulli credita niſi pueris. Unde cum inania, ſomniiſque ſimillima ſignificabimus, aptè dicemus τὰ ἐν ᾅδȣ.

41. *Contorquet piger funiculum.*

Συνάγει ὄκνος τὴν θώμιγγα.

Hy moet 'et winnen / dat Sy ſal verſlinnen.

Hunc *Ocnum*, id eſt, pigrum ajunt hominem eſſe induſtrium, operique intentum, ſed uxorem habere ſumptuoſam ac prodigam, ut quicquid is ſuo labore corraſerit, id mox abſumatur ab illa. Cognitum autem eſt mihi, etiam ab Iönibus dici ſolere, ſi quem conſpexiſſent in re quapiam elaborantem, quæ nihil adferret emolumenti, *Hic homo funiculum Ocni contorquet.*

42. *Littori loqueris.*

Αἰγιαλῷ λαλεῖς.

43. *Vento loqueris.*

Ἀνέμῳ διαλέγῃ.

Ghy zijt daer niet gehoort.

Dictum in eos qui fruſtra vel ſuadent, vel orant. Nam lit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tora propter aſſiduum fluctuum fragorem ſurda dicuntur. Et ventus omnia diſſipat atque cogit evaneſcere. Noſtrates non exaudiri hominem dicunt, quoties cùm iis agit, qui contemptim atque cum faſtidio ipſos audiant, aut etiam qui audire ſe diſſimulant.

44. *Mortuo verba facis.*

Νεκρῷ λέγουσι μύθους εἰς οὖς.

45. *Surdo canis.*

Κωφῷ ᾄδεις.

't Is voor een dooff mans deur.

Eandem vim habent. Terentius: *Verba fiunt mortuo.* Natum à ridicula veterum conſuetudine, vita defunctos ter voce cientium: Unde & *conclamati* dicebantur. Virgilius in Bucolicis:

Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſylvæ.

Terentius in Heauton. *Næ ille haud ſcit, quam mihi nunc ſurdo narrat fabulam.* Noſtrates verba fieri dicunt pro ſurdi foribus, ſiquidem illinc clamare ac rogitare ſolent mendici.

46. *Fruſtra canis.*

Ἄλλως ᾄδεις.

't Sal zijn Godt helpt.

Πρὸς κενὴν ψάλλεις, id eſt, *In vanum cantas.* De iis, qui fruſtra ſuadent. A cantoribus ductum, qui cum ingrati ſunt auditoribus, inaniter canunt, cum à nemine audiantur. Aut qui canunt ſuo ſumptu, nihil auferentes præmii. Nam cantilenam Græci proverbiali metaphora frequenter orationem appellant. Ut, *Eandem cantilenam canis:* & *Ad aures occinere.*

47. *Lapidi loqueris.*

Λίθῳ διαλέγῃ.

48. *Parieti loqueris.*

Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς.

't Sal Biecht zijn.

Pro eo quod eſt, tacituro loqui. Sic Plautus in Truculento uſurpat: *Ego,* inquit, *ero paries, loquere tu.*

49. *Nugas*

49. *Nugas agis.*

Λῆρον ληρεῖς.

’t Is van ’t mal.

Pro eo quod eſt, rem trivolam ac nihili facere, ſeu fruſtra conari.

50. *In cœlum jacularis.*

Ἐς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις.

’t Sal u in ’t oogh komen druppen.
’t Wil u bitterlijck op-breecken.

De iis; qui audent eos laceſſere, quos non poſſunt lædere. At non raro fit, ut jaculum in ipſum mittentem recidat. Sic apud Eccleſiaſticum habes cap. 27. *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet.*

51 *Delphinum caudâ ligas.*

Δελφῖνα πρὸς τὸ οὐραῖον δεῖς.

52. *Caudâ tenes anguillam.*

Ἀπ’ οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις.

Ghy hebt een gladden Ael by de ſteert.

In eos aptè dicetur, quibus res eſt cum hominibus lubrica fide perfidiſque: aut qui rem fugitivam atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non poſſint. Hoc itaque illud ipſum eſt, quod & noſtrates dicunt: Ghy ſit op een ſchop.

53. *Folio ficulneo tenes anguillam.*

Τῷ θρίῳ τὴν ἔγχελυν.

Nu hebt ghy hem in de ſtrick.
Nu hebt ghy hem vaſt.

Ubi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm ut poſſit elabi. Nam fici folium ſcabrum eſt, atque ob id, ad retinendam anguillam natura lubricam, vel maximè idoneum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

54. *Medius teneris.*

Νῦν ἔχῃ μέσος.

Nu zijt ghy vaſt.

Nu kont ghy 't niet ontkomen.

De eo qui ſic tenetur, ut extricare ſeſe nulla ratione poſſit. Tranſlatum à palæſtritis atque athletis, qui, ſi quem medium corripuerint, facilè vincunt. Huc pertinet illud apud Terentium: *Sublimem medium arriperem.*

55. *Delphinum natare doces.*

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις.

56. *Aquilam volare doces.*

Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις.

Ghy leert u Meeſter.

In eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua cum ſit ipſe exercitatiſſimus, nihil eget doctore. Nam Delphinus in natando perniciſſimi impetus eſt, ut volare per aquas videatur potius quàm natare. Porro quod *Delphin* inter piſces, id *Aquila* inter volucres eſt.

57. *In eodem hæſitas luto.*

Noch zijt ghy al even na.

In eos competit, qui ſic implicantur negotio cuipiam, ut ſe nequeant extricare. A viatoribus tranſlatum, qui ſimul atque in lutum inciderint, cum alterum pedum conantur educere, altero altius immerguntur: Rurſum, ut hunc extrahant, alter, quem eduxerant, denuo eſt infigendus.

58. *In aqua hæret.*

Hy heeft geen vaſte voet.

M. Tullius libro officiorum tertio: *Dicit quidem ille multa multis locis, ſed in aqua hæret, ut ajunt.* Significat autem Epicurum parum ſecum in diſputando conſtare, ſeque ipſum involvere, dum ea quæ dicit alibi, pugnant cum iis, quæ dixit alibì, atque ita quaſi fluctuare, neque in ſolido conſiſtere. Id quod evenire ſolet iis, qui cum aberrent à verò, verborum fucis rem involvunt. Tranſlatum à fluitantibus, qui vado deſtituti, huc atque illuc jactantur, quoque magis ſe commovent, hoc majore periculo laborant.

59. Mul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

59. *Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra.*

Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Niemant roept haringh eer hy in 't net is.

Niemant derf hem ſeer beroemen dat ſijn Hof ſtaet vol ſchoone Bloemen.

60. *Inter os & offam.*

Tuſſchen neus ende lip.

Tuſſchen handt ende tandt / wert een dingh wel te ſchandt.

His monemur nihil tam certum ſperari, neque quicquam tam eſſe vicinum, quod non repentinus aliquis caſus intervertat. Adeoque non eſſe tutum venturis fidere, ut vix etiam illa ſint certa, quæ manibus tenemus. Originem adagii ad hujuſmodi fabulam referunt. Ancæus quidam, cùm vitem ſereret, graviterque miniſtris inſtaret urgeretque, quidam operis tædio commotus in herum, negavit futurum, ut herus ex ea vite unquam vinum guſtaret. Poſt ubi vitis proveniſſet feliciter, atque uvæ maturuiſſent, herus exultans ac geſtiens, ſervum eundem accerſit, atque ut ſibi vinum infundat, jubet. Deinde jam calicem admoturus ori, ſervo, quæ dixiſſet, redegit in memoriam. At ille reſpondit: *Inter calicem, ſupremaque labra multa poſſe intervenire.* Servuli autem ſententiæ favit eventus. Nam inter loquendum, prius quàm ille vinum hauriret, alter quidam miniſter ingreſſus, nunciat vinetum ab apro quopiam immani vaſtari. Quibus auditis, Ancæus, depoſito poculo, protinus in aprum fertur, à quo inter venandum percuſſus, interiit. Cato: *Nunc ita ajunt in ſegetibus & in herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiam ſpem habere: Sæpe audivi inter os & offam multa intervenire poſſe: Verum inter offam atque herbam, ibi vero longum intervallum eſt.*

61. *Ollaribus Diis ſuum etiam numen ineſt.*

Ollares Deos vocamus humiles & contemptæ ſortis homines. Magni enim Dii & ſelectiores, ex auro, argento & ebore ſculpebantur. Sed plebei & minutuli, veluti *Silenus* & *Priapus*, ex luto fiebant, eodem nimirum argento, quo ollæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

62. *Ita fugias, ne præter caſam.*

Loopt niet dat ghy 't Kerck-hof verby loopt.
Loopt niet van de wal in de ſloot.

Admonemur ne ſic vitium aliquod fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. Terentius in Phormione: *Noſtrapte culpa facimus*, inquit, *ut malos expediat eſſe, dum dici nimium nos bonos ſtudemus & benignos. Ita fugias, ne præter caſam, quod ajunt.* Verba ſunt Demiphonis ſenis ſemet accuſantis, quòd dum avari famam plus ſatis cupidè ſtuderet effugere, ſtulti reprehenſionem incurriſſet. Donatus adagii metaphoram ita enarrat: Ita fugito, ne tuam caſam prætermittas, quæ ſit tibi tutiſſimum exceptaculum. Quidam enim calore fugiendi, etiam ea prætercurrunt, ubi commode poterant quieſcere.

63. *Evitata Charybdi in Scyllam incidi.*

Τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν, τῇ σκύλλῃ περιέπεσον.

Uyt het Vagevier in de Hell.

Dum vito gravius malum, in alterum diverſum incidi. Sumptum adagium ab Homerica ſabula, quæ narrat Ulyſſem, dum metu Charybdis propius ad Scyllam navem admovet, ſex è comitum ſuorum numero perdidiſſe. Horatius Scortum vorax & aviditatis nunquam ſatiatæ, *Charybdim* vocat:

O quanta laboras Charybdi,
Digne puer meliore flammâ.

In wat een ſtuck zijt ghy vergadert.

Virgilius Æneïdos 3.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obſidet. ——

64. *Fumum fugiens in ignem incidi.*

Κάπνον γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον.

Uyt de roock in 't vier loopen.

Superiori ſententiæ ſimillimum. Cum evitato malo minore, incidimus in majus. Horatius in arte Poëtica:

In vitium ducit culpa fuga, ſi caret arte.

65. Latum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

65. *Latum unguem.* } *diſcedere.*
Tranſverſum digitum }

Een handt breet plaets vergaen.

Frequens eſt apud Ciceronem, pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio. Fit autem feſtivior metaphora, quoties his verbis perfectam imitationem ſignificamus, ut Academ. Quæſt. lib. 11. *Ab hac regula mihi non licet tranſverſum, ut ajunt, unguem diſcedere.* Plautinus Euclio in Aulularia: *Si tu hercle ex iſthoc loco digitum tranſverſum, aut unguem latum exceſſeris.* vulgo etiam nunc dicunt: *Culmum latum*, ſimili figura, **Een ſtroo breet.**

66. *Pedem ubi ponat, non habet.*

Als hy op ſpringht ſoo waecht het al.

Conveniet in hominem inſignitæ tenuitatis, atque inopem, cui ne veſtigium quidem pedis ſit in agrorum poſſeſſionibus. Cicero: *Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres?* **Wat hadt ghy ter werelt Godts? Hy heeſt ter werelt Godts niet.**

67. *Iterum eundem ad lapidem offendere.*

Δὶς πρὸς τ̃ αὐτὸν εἰσκρȣ́ειν λίθον.

Over een ſteen tweemael ſtruyckelen.

Iterum eadem in re peccare eſt. Ovidius libro Triſt. 11.

At nunc tanta meo comes eſt inſania morbo,
Saxa memor refero rurſus ad icta pedem.

Fertur & Publianus Mimus non alienus ab hac forma: *Improbè Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.*

68. *Eâdem oberrare chordâ.*

Altijdt den ouden droom.
De koeck-koeck ſlachten.

Sententiam haud diſſimilem, diſſimili metaphora extulit Horatius, inquiens:

—— *Et citharœdus*
Ridetur, chordâ qui ſemper oberrat eâdem.

A cantoribus ducta tranſlatio eſt, quibus vehementer fœdum ſit, in iiſdem fidibus ſæpius peccare.

69 *Non tam ovum ovo ſimile.*

't Is al een alloy,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

70. *Non tam lac lacti ſimile.*

Jck viel om de keur van de balck niet.

71. *Non tam aqua ſimilis aquæ.*

't Js al booter upt een kaern.

72. *Quàm apes apum ſimiles.*

Soo gelijck of 't twee gebroeders waren.

De rebus indiſcretæ ſimilitudinis. Cicero: *Videsne, ut in proverbio ſit, ovorum inter ſe ſimilitudo?* Plautus in Amphitryone: *Neque lacte lacti magis eſt ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei.* Idem in Menæchmis: *Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, crede mihi, uſquam ſimilius, quàm hic tui eſt, tuque hujus.* M. Tullius: *Vt ſimilia ſunt, & ova ovorum, & apes apum.*

73. *Acanthia cicada.*

Ἀκάνθιος τέττιξ.

Hy en kan ſingen / noch ſeggen.

In indoctos atque infantes dicitur. Autor eſt Stephanus Byzantius juxta oppidum Acanthum cicadas, alibi vocales, mutas eſſe, atque hinc ortum adagium.

74. *Eadem penſandi omnes trutinâ.*

Al een door-ſlagh.

d'Een ſal niet meer voordeels hebben dan de ander.

Eâdem penſari trutinâ, id eſt, *eâdem lege.* Horatius:

—— Romani penſantur eâdem
Scriptores trutinâ. ——

75. *Æquali trutinâ.*

Æquali lance.

Ἴσῳ σταθμῷ.

Gelijcke Monicken / gelijcke kappen.

Superiori ſimillimum eſt, pro eo quod eſt, ad eandem exigere regulam.

76. *Zonam perdidit.*

Sijn buydel is aen ſijn ander wambais.

Hy gaet voor de kruyſſen.

Qui ἀχρήματος eſt, nihil habens nummorum. Unde noſtrate lingua hujuſmodi hominum crumenam, alteri thoraci affixam dicimus. Horatius in epiſtolis:

Ibit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ibit eò quo vis, qui Zonam perdidit.

Plautus in Pœnulo: *Tu qui Zonam non habes, qui in hanc veniſtis urbem? aut quid quæritis?* Quod autem dicunt aliquem anteire cruces, hoc eſt, dum ante ſe nullam habet in crumena pecuniam cruce inſignitam.

77. *Cocta numerabimus exta.*

Αὐτὸ δείξει.

Als wy 't hebben ſoo mogen wy 't tellen.

Hoc eſt, quaſi de eventu nos judicaturos dicas, ſimile illi quod apud comicos eſt, *Res indicabit.*

78. *Multa novit vulpes, verum echinus unum magnum.*

Πολλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα.

Liever eenen goeden raedt / dan veel ſacken raedts.

Ubi ſignificabimus quoſdam unica aſtutia plus efficere, quàm alios diverſis technis. Nam vulpes multijugis dolis ſe tuetur adverſus venatores, & tamen haud raro capitur. Echinus autem, unica duntaxat arte tutus eſt adverſus canum morſus: Siquidem ſpinis ſuis ſemet involvit in pilæ ſpeciem, ut nulla ex parte morſu prehendi queat.

79. *Simulare cupreſſum.*

Concinnè uſurpabitur in eos, qui quod didicerunt, id ubique intempeſtiviter inculcant, cum ad rem nihil attineat.

80. *Flamma fumo eſt proxima.*

't Hangen gaet voor 't worgen /
't Vallen voor 't ſeer doen.

Daermen veel gaet vryen/volgt een gemoet by tyen.

Commonet adagium periculum maturè fugiendum eſſe, quique malum evitare cupiat, ei vitandam prius occaſionem. Extat autem apud Plautum in Curculione: *Sic qui corrumpi nolit, ab improborum abſtineat conſuetudine: Qui cum puellæ cubare nolit, ne det oſculum.* Nam & illud protinus addit Poëta, *fumo comburi nihil poteſt, flammâ poteſt. Fumus* vero indicium eſt flammæ mox erupturæ.

81. *Ad*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

81. *Ad reſtim res rediit.*

't Is op de loop geſtelt.

't Is poorts werck.

Terentius in Phormione: *Operâ tuâ ad reſtim mihi quidem res rediit planiſſimè.* Hoc adagio ſumma rerum deſperatio ſignificatur.

82. *Paupertas ſapientiam ſortita eſt.*

Πενία ἢ τὴν σοφίαν ἔλαχε.

Armoede ſoeckt liſt.

Ignava eſt opulentia, verùm inopia multarum artium repertrix eſt. Sic Virgilius:

—— Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Ovidius:

Ingenium mala ſæpe movent, quis crederet unquam
Aërias hominem carpere poſſe vias?

Extat & Mimus Publianus non inelegans:

Hominem experiri multa paupertas jubet.

83. *Ollæ amici.*

Χύτρας φίλοι.

Koecken Vrienden.

In amicos iſtos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. De ejuſmodi ſic habet Juvenalis:

Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ,
Nec male conjectat. ——

Effertur & ad hunc modum parœmia ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία, id eſt, *Fervet olla, vivit amicitia.*

84. *Antiquiora diphthera loqueris.*

Ἀρχαιοτέρας διφθέρας λαλεῖς.

Dat is verjaert ende verdaecht.

Ghy kalt van ouwen Fyen doodt.

In eos quadrat, qui de rebus nimium priſcis, & jam pridem obſoletis narrant. *Diphthera* enim pellis eſt ejus capræ, quæ Jovem lactavit, in qua creditum eſt antiquitus, illum omnia ſcribere quæ fierent: Unde quæ nec hiſtoricorum literis extarent, nec in hominum memoria ſervarentur, ea velut ex Jovis diphthera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

diphthera petita dicebantur. Hinc & noſtrates paſſim dicunt: *Quem Iovis habet diphthera, de ejus vita actum eſt:* **Die ſtaet in 't Rolletjen/ die koſt 'et ſijn Bolletjen.**

85. *Auribus lupum teneo.*

Τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον.

Ick ben aen den Ram gekoppelt.

Sic in Phormione Antipho: *Imo*, inquit, *quod ajunt, auribus lupum teneo, nam neque quo modo amittam à me, invenio, neque uti retineam, ſcio.* Dicitur in eos qui ejuſmodi negotio involvuntur, quod neque relinquere ſit integrum, neque tolerari poſſit. *Lupus* enim aures habet pro corpore breviores, quibus teneri non poteſt, neque rurſum citra ſummum periculum è manibus dimitti, bellua tam vorax. Hinc videtur illud effictum: *Nec tecum poſſum vivere, nec ſine te.*

86. *Neceſſarium malum.*

Ἀναγκαῖον κακόν.

Hy ſlacht de piſpot/'t is ſoo goet als quaet.

De iis, quos neque rejicere poſſis, quòd quibuſdam in rebus eorum opus ſit opera, neque ferre, quòd viri ſint improbi. Sic Alexander Severus imperator, rationales quos tollere decreverat, poſteaquàm perpendiſſet eos citra reipub. incommodum tolli non poſſe, *neceſſarium malum* appellabat.

87. *Non abſque Theſeo.*

Οὐκ ἄνευ Θησέως.

Niet ſonder een Chriſtoffel.

Cùm ſignificamus rem alieno auxilio confici. Legimus enim Theſeum permultis viris fortiſſimis in certaminibus auxilio fuiſſe. Porro noſtrates hoc genus adjutores *Chriſtophoros* vocat, ut per quos feramur, atque in rebus gravioribus ſuffulciamur.

88. *Sphæra per præcipitium.*

Ἡ σφαῖρα κατὰ πρανοῦς.

Het ſpel wil voorwaert.

't Komt ter ſnee.

Subaudiendum *volvitur*, aut *mittitur*. Quoties rem aliquam quàm optimè procedere ſignificamus. Nec male quadrabit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

drabit in eos, qui vitæ genus aliquod nacti ſunt, ad quod videntur natura eſſe propenſi. Dicunt autem & hic noſtrates: **De ſteen is in de mortel gevallen:** *Lapis in calcem aut cæmentum incidit.*

89. *Magis mutus quam piſcis erat.*

Ἀφωνότερος τῶν ἰχθύων.

Hy ſprack niet meer dan die ſtock.

Hy weet niet meer te ſpreecken dan die ſtock.

Proverbialis metaphora de vehementer infantibus, atque infacundis. Conveniet & in hominem immodicæ taciturnitatis.

90. *Turture loquacior.*

Τρυγόνος λαλίστερος.

Die 't al besnappen mach dat daer is.

Meer ſnaps dan al de beddens in 't Gaſthuys.

In garrulos & impendio loquaces. Sumpta metaphora ab avis natura, quæ non ore tantum, ſed etiam poſtica corporis parte clamare fertur. Noſtrates loquaciorem dicunt, quàm ſimul omnes in Noſocomii lectis omnibus decumbentes, hoc enim hominum genus, ubi revaleſcunt, garrulitate ſua moleſtum eſſe conſuevit infirmioribus.

91. *Rana Seriphia.*

Βάτραχος ἐκ σερίφου.

Die ſingen noch ſeggen kan.

In homines mutos, & canendi dicendique prorſus imperitos. Inde natum, quòd Seriphiæ ranæ in Scyrum deportatæ non edebant vocem. Simile illi quod ante dictum eſt: *Acanthia cicada.*

92. *Alii ſementem faciunt, alii metent.*

Ἄλλοι μὲν σπείρουσιν, ἄλλοι δ' ἀμήσουσι.

d'Een ſcheert de Verckens/ d'ander de Schapen.

Alius laborem impendit, ſed alius aufert fructum. Noſtrates, *alium* dicunt *tondere porcos*, *alium oves*; dum ille laborem impendit, & hic aufert fructum omnem, parum relinquens priori.

93. *Aliena jacis.*

Ἀλλότρια βάλλεις.

't Wil geen deegh.

't Is al t'ontdeegen.

Die ſteenen hebben u verlooſt goet te doen.

Quoties res parum ex animi ſententia cadit. Tranſlatum ab iis qui ludunt aleâ, quibus jacientibus interdum ea cadunt, quæ minime ſunt ad victoriam accommoda. Noſtrates dicunt, *taxillos devoviſſe, ut homini faciant bene.*

94. *Aliam quercum excute.*

Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε.

Klopt aen een ander Mans deur.

In eos convenit qui ſine fine petunt aliquid, aut qui continenter ab eodem mutuum poſtulant, hos adagio hoc licebit ablegare, ut nobis omiſſis, aliorum aures ſuis precibus ſollicitent. Non inconcinnè accommodabitur ad negotium relinquendum, ex quo nihil jam emolumenti poteſt capi. Aut mutandum amicum, qui jam deſiit eſſe utilis. Aut præceptorem mutandum, unde nihil eſt, quod amplius diſcas. Noſtrates hic dicunt: 't Schip over een ander boegh laten loopen. Hoc eſt, *Facere ut navis alio feratur curſu.* Treckt op een ander Velt / *In alium te confer campum, in planiciem aliam.*

95. *Nuces relinquere.*

Sijn Kindts ſchoenen verwerpen.

Hoc eſt, omiſſis nugis ac ſtudiis puerilibus, ad graviora, magiſque ſeria converti. Perſius:

Et nucibus facimus quæcunque relictis,
Cùm ſapimus patruos. ——

Tranſlata metaphora, vel à vetuſta nuptiarum cerimonia, in quibus ſponſus uxorem ducens, nuces ſpargebat, utpote jam pueritiæ renuncians. Ita Catullus in carmine nuptiali:

Da puer properè nuces,
Concubine nuces da.

Virgilius:

Sparge marite nuces. ——

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

96. *Bis pueri ſenes.*

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.

Daer gaet geen Mal voor Oudt-mal.
Als 't Oudt-mal begint te ſcheuren/ daer en is geen houden aen.

Quadrabit in eos, qui provectiore ætate cum ſint, tamen puerilibus quibuſdam ſtudiis intempeſtiviter atque indecorè detinentur.

97. *Sexagenarius de ponte dejectus eſt.*

Hy heeft ſijn kuſſen t'huys.

Simpliciter in eos dicetur, qui propter ætatis imbecillitatem, rude jam donati ſunt, ac ſolitorum munerum vacationem acceperunt. Inde natum quòd olim ſexagenariis ferendorum ſuffragiorum jus non erat, ætate velut à publicis muniis dimiſſa. Ovidius in Faſtis:

Pars putat, ut juvenes ferrent ſuffragia ſoli,
Pontibus infirmos præcipitâſſe ſenes.

Per pontem autem ferebantur ſuffragia. Noſtrates dicunt, alicui pulvinum ſuum, utpote in quo conſidere ſolet in curia, domum deportatum eſſe.

98. *Crambe bis poſita mors.*

Δὶς κράμβη θάνατος.

Altijt kapoenen/ nimmermeer wat verſchs.

Suidas ſcribit *Cramben* in conviviis antiquitus adhiberi ſolere, verùm recoctam adeo nauſeam adferre, ut Græcis in faſtidii proverbium abierit. Quoties enim rem iterum atque iterum repetitam non ſine moleſtia ſignificabant, dicebant: *Bis crambe mors*, hoc eſt, *crambe recocta.*

99. *Ne Hercules quidem adverſus duos.*

Μηδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο.

Twee Mans is eens Mans heer.

Hoc eſt: Nemo uſque adeò viribus excellit, ut unus pluribus par eſſe poſſit. Neque indecorum eſt, cedere multitudini. Homerus in Odyſſæis:

Χαλεπὸν γὰρ ἐρυκακέειν ἕνα πολλούς,
Difficile ac durum eſt, unum compeſcere multos.

Hercules

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Hercules verò in Olympiis aliquando adverſus duos decertans, ſuccubuiſſe legitur.

100. *Unus vir, nullus vir.*

Εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνήρ.

Een Man / geen Man.

Senſus eſt, nihil egregium præſtari poſſe ab uno homine omni auxilio deſtituto. Huc pertinet illud Euripidis: μιᾶς γὰρ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη, id eſt, *Nam ſolitaria manus invalida pugna eſt.* Item illud ejuſdem: εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ᾽ ὁρᾷ. *Vir unus haud videt omnia.*

CHILIADIS PRIMÆ CENTVRIA VI.

I. *Aſinus inter ſimias.*

Ὄνος ἐν πιθήκοις.

Hy is den Joden gelevert.

2. *Aſinus inter apes.*

Ὄνος ἐν μελίτταις.

UBi quis incidit in homines naſutos & contumelioſos, ipſe ſtolidus, à quibus impunè rideatur. Conſtat enim ſimiam animal eſſe petulantiſſimum, adeò ut non vereatur etiam leonem per laſciviam agitare, natibus illius affixa. Noti & apum ſunt aculei. Noſtratibus à Chriſto Domino ſumpta videtur parœmia, in quem Judæorum improbitas nihil non auſa fuit.

3. *Aſinus in unguento.*

Ὄνος ἐν μύρῳ.

Een Vercken onder de Roosen.

Cum deliciæ adhibentur iis, quos haudquaquam decent, qui neque vel uti noverunt illis, neque delectantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

4. *Neque cœlum neque terram attingit.*

Οὔτε γῆς οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται.

'T Komt niet by/ 't raeckt Hemel noch Aerde.

De re vehementer abſurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. *Neque cœlum neque terram attingentia loquitur:* Hy kalt heel Hemel val.

5. *Nihil ad verſum.*

Οὐδὲν πρὸς ἔπος.

'T Komt niet te propooſt/ ter ſnee.
Ten dient niet ter materie.

De iis quæ longè diſcrepant ab iis quæ propoſita ſunt. Translatum à ſcena, ubi hiſtrio ſaltatu, geſtuque carminis genus repræſentat. Quod ſi ſaltatio parum reſpondiſſet ad numeros carminis, ajebant: οὐδὲν πρὸς ἔπος. Lucianus in Philopſeude: οὐδὲν πρὸς ἔπος, ταῦτά φασιν, οὐδὲ περὶ τούτων ἠρόμην. id eſt, *iſta nihil ad carmen, uti dici ſolet, neque enim de iis interrogabam.*

6. *Nihil ad fides.*

Οὐδὲ πρὸς τὴν χορδήν.

Ghy danſt niet als ghy pypt.

In eos quorum vita eſt inæqualis, quorumve mores ab oratione diſſident. Videtur ad hoc proverbium alluſiſſe Divus Auguſtinus in epiſtola quadam ad Licentium: *Aut ſi ego canto*, inquit, *tu autem ad aliam vocem ſaltas, nec ſic quidem me pœnitet: Habet enim ſuam hilaritatem cantatio, etiam cum ad eam membra non movet, cui plena charitatis modulatione cantatur.*

7. *Formica camelus.*

Μύρμηξ ἢ κάμηλος.

Heel ondieſt/ of niet met allen.

De vehementer inæqualibus, & modo minimis, modo maximis: quod perinde ſit, quaſi repente camelus in formicam vertatur. Lucianus: Ὡς δὲ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὥς ἡ παροιμία φησί, id eſt, *Nam ut nunc vivitur à nobis, formica camelus, quemadmodum proverbio dicitur.* Loquitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

quitur de opibus inæqualiter inter mortales diſtributis, ut huic plurimum ſuperſit, huic multum deſit.

Formica camelus.

d'Een heeft'et al/ ende d'ander niet met al.

Neque intempeſtivè dicetur in eos, qui ſibi non conſtant, in utramque partem immodici: **Heel vet of heel mager. Heel ryck of heel arm.**

8. *Os ſublinere.*

Στόμα ὑπαλείφειν.

Honigh om de mondt ſmeeren.

Pro eo quod eſt, *dare verba, & arte quadam illudere.* Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Eò ſpectaſſe videtur Virgilius, apud quem pueri Sileni *Sanguineis frontem moris, & tempora pingunt.* Plautus: *Os mihi probè ſublitum eſt.*

9. *Dare verba.*

Brillen verkoopen.

De ſeven woorden geven.

Paſſim obvium hoc apud omnes autores eſt, pro eo quod eſt *fallere.* Germanicè autem hoc vocant *oculos vendere vitreos.* Terentius: *Cui verba dare difficile eſt.* Ovidius: *Verba dat omnis amans.*

10. *Addere manum.*

Een guygjen geven.

Ludibrio habere, hoc eſt. Tranſlatum ab iis, qui manu ad aurem porrecta, motaque, quempiam irrident. Germanicè autem eam irriſionem vocamus **een guygjen**/ quæ fit manu ad os appoſitâ, vel linguâ exertâ, aut ore contorto. Plautus: *Quomodo de Perſa manus mihi addita eſt.*

11. *Circumtondere comam.*

Περικείρειν τοὺς πλοκάμους.

Ooren aen naeyen.

Pro eo quod eſt *illudere, atque ludibrio habere.* Nam id luſus gratia fieri ſolet ſtupidis, ut eis non ſentientibus cæſaries circumtondeatur. Noſtrates hoc vocant, *aſſuere auriculas,* cucullæ nimirum caput obtegenti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

12. *Fucum facere.*

Φενακίζειν.

By brengen.

Pro eo quod eſt impoſturâ, & artificioſâ diſſimulatione deludere. Eſt autem *fucus* color fictitius, vero colori ſuperadditus. *Deo fucum velle facere*, **Godt een vlaſſen baert willen aen maecken.**

13. *Album calculum addere.*

Λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι.

Schoon ſchouwen.

Pro *approbare rem aliquam* ponitur. Inde ſumptum, quòd antiquitus miſſis in urnam calculis, ita ferebantur à judicibus ſententiæ, ut albis abſolverent, nigris damnarent. Ovidius Metamorph. 15.

Mos erat antiquis, niveis, atriſque lapillis,
His damnare reos, illis abſolvere culpâ.

Plinius Junior in epiſtola quadam: *Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor & ipſum me, & contubernales, ab editione non abhorrere: ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adjeceris*, id eſt, ſi noſtrum hunc errorem tuo judicio comprobâris. Noſtrates parœmiam ſumunt à porcinariis porcum ſyncerum ex linguæ puritate comprobantibus.

14 *Creta notare.*

Voor goet aenſien/ Schoon ſchouwen.

15. *Carbone notare.*

Niet voor goet aenſien/ Vuyl ſchouwen.

Creta notare, approbare eſt: & *Carbone notare*, idem quod damnare. Felicia enim *alba* dicimus, & infames *nigros*. Perſius in 5.

Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim:
Illa prius creta, mox hæc carbone notâſti.

16. *Calculum reducere.*

Syn brieven ſcheuren.

Uyt ſcheyden.

Mutare factum, cujus te pœniteat. Aut vertere conſilium rei non ſatis commodè inſtitutæ. Tranſlatum à ludo latrunculario.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

17. *Thita præfigere.*

Een y ſchrijven.

Pro *damnare* hoc ponitur. Perſius:

Et potis es vitio nigrum præfigere Thita.

Scribit autem Aſconius Pædianus olim in judiciis ſortes, quæ mittebantur in urnam, triplicem notam habere ſolere. Ac θ quidem damnationis fuiſſe ſymbolum: τ, abſolutionis: λ, ampliationis, id eſt, quoties ſignificabant ſibi parum liquere, ac denuo cauſam agi oportere.

18. *Stellis ſignare.*

Ἄστροις σημειοῦσθαι, ἢ τεκμαίρεσθαι.

Voor vals ſilver houden.

19. *Obelo notare.*

Ὀβελίζειν.

Voor wrack houden.

Stellas prænotare dicuntur, qui quippiam velut animadvertendum inſigniunt. Cui diverſum eſt, *Obeliſco notare*, ὀβελίζειν, id eſt, veru prænotato quaſi jugulare, ac damnare. Tranſlatum ab Ariſtarcho, qui Homeri carmina in corpus redegit, atque in libros digeſſit, verſus nothos, hoc eſt, adulterinos & ſubdititios verubus prænotatis damnans: Contra qui viderentur genuini, ſtellis illuſtrans.

20. *Notare ungui.*

Een ſchrab geven.

Ungui notatur ac velut expungitur, quod parum placet. Horatius dixit, *Tranſverſo calamo ſignum apponere*, pro eo, quod eſt damnare. Ita *virgulam ſumere cenſoriam*, **'t Magnificat willen corrigeren.** A Cenſoribus Romanis traductum, quorum partes erant notare, ſi quid in moribus civitatis, dignum emendatione judicaſſent.

21. *Stilum vertere.*

't Bladt om keeren.

Hoc eſt, mutare quod ſcripſeris. Horatius in ſermonibus:

Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſunt
Scripturus. ——

Antiquitus enim in tabellis ceratis ſcriptitabant ſtilo graphiario, cujus altera parte nimirum acuta, per æquor cereum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ducta, literas exarabant: Altera latiore, rurſum oblitera-bant, quod exarâſſent. Hieronymus adverſus Rufinum: *Quamdiu non renuebam laudationem tuam, ſequebaris ut magiſtrum, fratrem & collegam vocabas, & Catholicum in omnibus fatebaris. Poſtquam verò non agnovi laudes tuas, & me indignum tanti viri præconio judicavi, vertis ſtilum, & omnia laudata vituperas, de eodem ore & dulce proferens & amarum.*

22. *Omne tulit punctum.*

Omnium calculis probatus.

Hy heeft alle de ſtemmen gehadt.

Qui communibus omnium ſuffragiis eligitur, ac comprobatur, is *omne punctum tuliſſe* dicitur. Tranſlatum à conſuetudine comitiorum, ubi tabella circumferri conſuevit, in qua puncto appoſito ſignificabant, cui candidatorum ſuffragarentur. Poſterius verò à judiciorum ſortibus ſumitur. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Idem in Epiſtolis:

Diſcedo Alcæus puncto illius, ille meo quis?
Quis niſi Callimachus? ——

23. *Cumani ſerò ſapiunt.*

Ὀψὲ αἰσθάνονται οἱ κυμαῖοι.

Raedt / nae den daet / is te laet.

Serò ſentiunt Cumani. Strabo putat Cumanos vulgo male audiſſe tanquam ſtupidos, atque inſulſos, quippè qui publica pecunia mutuo accepta, porticus conſtruxerint, quam cum ad diem condictum non reddidiſſent, à deambulatione fuerunt prohibiti. Aliquanto autem poſt, cum ingens eſſet pluvia, creditores ludibrii cauſa præconem miſerunt, qui publicaret edictum, uti Cumani porticus ſubirent: Atque ita voce præconis admoniti ſubierunt. Inde natum adagium eſt: *Serò ſapere Cumanos*, qui non niſi moniti ſenſerint defugiendam eſſe pluviam.

24. *Mala attrahens ad ſeſe, ut Cæcias nubes.*

Κακὰ ἐφ᾽ αὑτὸν ἕλκων, ὥστε καικίας νέφος.

Hy haelt ſich ſelfs den Duyvel op den hals / ende kan hem niet af keeren.

In eos qui ſibi ipſis litium ac negotiorum materiam pariunt,

accer-

accerſuntque. Ducta ſimilitudine ab ejus venti natura, cui nomen *Cæcias*. Uſurpare licebit & in bonam partem. Imò de re quavis in utramlibet partem: Ut, Hic ad ſeſe eruditorum hominum gregem attrahit, ut Cæcias nubes. **Hy machſe niet van ſijn hals weeren.** Hic undique pecunias attrahit ad ſeſe, quemadmodum Cæcias nubes. Hunc omnes bonæ felicitates ſequuntur, non aliter quam Cæciam nubes.

25. *Oleum in auricula ferre.*

Een luys in't oor hebben.

Hem is wat in 't oor geblaſen.

Significare videtur hominem rigida ſupinaque aure, ut qui averſetur, atque faſtidiat audire. Per alios aliquid inſtillatum habens unde hos cognoſcat. Martialis:

Narratur quiddam bellè dixiſſe, Marulle,
Qui te ferre oleum dixit in auricula.

26. *Oleum in auricula ferre.*

Een ſacht klouwen.

Dictum in aſſentatores, qui velut oleum in aurem inſtillant, dum jucunda loquuntur magis, quàm ſalutaria.

27. *Quid ſi cœlum ruat?*

Tì εἰ ὁ οὐρανὸς ἐμπέσοι;

Of de Hemel viel?

Ironia proverbialis in eos, qui tutiſſimis etiam in rebus ridiculè timent. Terentius in Heauton. *Quid ſi redeo ad illos, qui ajunt: Quid ſi nunc cœlum ruat?*

28. *Umbra ſuam metuit.*

Τὴν αὐτοῦ σκιὰν φοβεῖ.

Men ſou hem met een blaes vol boonen voort jagen.

Suam ipſius umbram metuere dicuntur, qui pueriliter trepidant, ubi nihil omnino ſit periculi. Tranſlatum ab his, qui fortè conſpectâ corporis ſui umbrâ, ſubito expaveſcunt.

29. *Vel muſcas metuit prætervolitantes.*

Ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυῖας.

Hy ſoude wech loopen van een doode katte.

Hoc eſt, Quavis de re frivola ac nihili fugitare, veluti ſi vel ſorex obſtrepat.

30. *Funem abrumpere nimium tendendo.*

Ἀπορραγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον.

Den goeden al te veel vergen.

In eos dici ſolitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à ſe eos, cum quibus agunt, & univerſæ rei jacturam faciunt, dum plus ſatis ad lucrum ſunt attenti. Generaliter trahi poterit, ad quemlibet conatum immodicum, & ob id in malum aliquod erumpentem. Huc ſpectat Mimus ille Publianus: *Furor fit læſâ ſæpius patientiâ.*

31. *In matellam immejere.*

Εἰς τὴν ἀμίδα ἐνουρεῖν.

Schoen na de voet.

Sijn rechte man vinden.

Cum ſordidè tractantur, atque ad munus aliquod parum honeſtum adhibentur ii, qui non indigni videantur, utpotè ipſi ſordidi atque inhoneſti, quaſiq; ad ferendas contumelias nati.

32. *Riſum Iönicum ridet.*

Γέλωτα Ἰονικὸν γελᾷ.

Hy is dertel ende broot-droncken.

In molles & voluptuarios dicitur. Nam Iönum mollities, perinde ut Sybaritarum faſtus in proverbium abiit, quòd alteri Græcorum, alteri Barbarorum eſſent luxurioſiſſimi.

33. *Riſum ridet Megaricum.*

Γέλωτα μεγαρικὸν γελᾷ.

De jeucht moet'er uyt.

Quadrabit in ſenes, qui ætate aliena, luſus quoſdam indecoros, ac voluptates juveniliter conſectantur.

34. *Riſus Chius.*

Γέλως Χῖος.

Een mal broot-droncken regiment.

De molli laſcivoque luſu. Quandoquidem & Chiorum mores vetus taxavit comœdia.

35. *Quicquid in linguam venerit.*

Ὅττι κεν ἐπ᾽ ἀκαιρίαν γλῶτταν ἔλθῃ.

Hy praet by ſijn neus neer,

Quo-

Quoties liberè atque intrepidè quemquam loqui ſignificabimus, ut cui ſermo in lingua, non in pectore naſcatur. Germanicè ſignificamus incircumſpectè loquentem, qui ultra naſi longitudinem non proſpiciat. M. Tullius: *Quid cum coràm ſumus, & garrimus quicquid in buccam venit.*

36. *Quicquid in buccam venerit.*

Soo 't hem in de mont waſt.

In eos qui temerè, futiliter, & parum cordatè, quicquid in mentẽ venerit, proloquuntur. Idem planè cum ſuperiore eſt.

37. *Momo ſatisfacere.*

Τῷ μώμῳ ἀρέσκειν.

Alle man te paſſe maken.

Momus reprehenſionis Deus eſt, qui *Nocte* matre, & *Somnio* patre progenitus, ipſe quidem nihil operis edit, ſed aliorum Deorum opera curioſis oculis contemplatur, & ſi quid eſt omiſſum, aut perperàm factum, id ſumma cum libertate carpit. Et hic quidem cum in Venere nihil reperiret quod reprehendi poſſet, calumniatus eſt ipſius ſandalium, ut ſtridulum, nimiumque loquax, ac ſtrepitu ſuo moleſtum. Cicero ad Atticum: *Quod me maxime hortaris, & quod pluris eſt, quàm omnia, in quo laboras, ut jam Ligurino Momo ſatisfaciam, moriar, ſi quicquam poterit fieri elegantius.*

38. *Cœlo ac terræ loqui.*

Γῇ καὶ οὐρανῷ λαλεῖν.

Aen Hemel ende Aerde roepen.

Sijn oogen klagen.

De iis, qui fruſtra vociferantur. Sic enim ſolent qui diffidunt hominum præſidiis, exclamare: *O cœlum! ô terra!*

39. *In portu impingere.*

Ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν.

Een gewonnen ſpel verlieſen.

Aptè dicetur in omnes, qui negotio jam propemodum cum laude confecto, in extremo deficiunt atque degenerant: *In ſummo clivo deficere* dixit Seneca.

40. *In limine deficere.*

Een ſpel verlieſen eer 't begonnen is.

Hoc ſuperiori contrarium eſt. Tranſlatum ab iis, qui do-

mum egreſſuri, ſtatim in limine pedem offendunt, prius quàm quicquam occœperunt agere. Virgilius:

—— Cur indecores in limine primo
Deficimus? ——

Id eſt, ſtatim, ac vixdum inito bello.

41. *Cantherius in porta.*

Hy laet het vaentjen leggen/eer hy de Vyanden ſiet.

Competit in eum, qui in principio rei vix inchoatæ deficit animo. Natum à Sulpitio Galba, cui cùm in provinciam exituro, cantherius in portu cecidiſſet: *Rideo*, inquit, *cantherium in porta, cùm tam longum iter ſis iturus, jam laſſum eſſe te, cùm vixdum ſis ingreſſus.*

42. *Non citra pulverem hoc nacti ſumus.*

Wy zijn daer niet al lacchende aen gekomen.

Ἀκονιτὶ, id eſt, *Citra pulverem*, Græci dicunt *contingere*, quo quis facilè, citraque negotium potitur. Tanſlatum à pulvere, quo non indecore ſordidari ſcripſit Horatius eos, qui certant Olympia, quive bellum gerunt. Invenitur & ἀνιδρωτὶ, id eſt, citra ſudorem, ἀναιμωτὶ, id eſt, citra ſanguinem.

43. *Deſerta cauſa.*

Ἐρήμη δίκη.

Als daer niemant tegen is.

Hoc eſt, Cum nemo repugnat. Tranſlatum à judiciis, ubi nonnunquam altera pars cedens, tradit cauſam adverſario.

44. *Citra arationem, citraque ſementem.*

Ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα.

Daer een al ſlaepende aen komt.

Quæ citra noſtram operam caſu nobis obveniunt. Natum apparet adagium à fabula inſularum fortunatarum, de quibus Horatius in odis.

Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret uſque vinea.

45. *Dormienti rete capit.*

Εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ.

Geluckige Sotten hebben geen Wijſheyt van doen.

In eos, quibus citra conatum obtingunt ea, quæ cupiunt. Natum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Natum ex eventu, quod aliquando acciderit, ut dormientibus piſcatoribus, piſces fortè retibus involuti caperentur.

46. *Cum mula pepererit.*

Als u vingeren even lanck ſullen zijn.

Quoties ſignificamus aliquid nunquam futurum, aut adeò raro ſolere accidere, ut improbum ac ſtultum videatur id velle ſperare. Cùm Babyloniorum urbs obſideretur à Dario, quidam Babylonius conviciis inſectans Darium, atque exercitum: *Quid*, inquit, *iſthic deſidetis Perſæ? Quin potius abſceditis, tunc expugnaturi nos*, ἐπειδὰν ἡμίονοι τέκωσι, id eſt, *cum mulæ pepererint*, videlicet ratus, id nullo unquam tempore futurum, propterea quòd natura ſteriles ſunt mulæ. At paulo poſt evenit, ut Zopyro mula quæpiam pareret, quo quidem oſtento in ſpem capiendæ urbis erectus eſt, atque eam cepit. Hinc natum adagium eſt.

47. *Ad Kalendas Græcas.*

Als daer twee Sondagen in een weecke komen.

Simile planè ſuperiori, cum Græci Kalendas non habeant, ut Latini, ſed νεμηνίας, hoc eſt, novilunia: Et ad lunæ recurſus Græci ſolvebant uſuras. Huc itaque reſpexit Auguſtus, cum diceret ad Græcas Kalendas ſoluturos, quos nunquam reddituros mutuum ſignificabat.

48. *Aceſſæi luna.*

Ἀκεσσαίου σελήνη.

't Liedeken van verlangen.

Dictum in comperendinatores, qui novam ſubinde cauſam comminiſcuntur, quo negotium proferant. A nautæ cujuſdam moribus ortum, cui Aceſſæo nomen fuit: is cum eſſet ignavus, ita prorogare conſuevit navigationem, ut ſe diceret lunam expectare magis oportunam. *Aceſſæi lunam cauſatur*: **Hy ſingt het Liedeken van verlangen.**

49. *Ubi per Harma fulgurârit.*

Ὁπότε δι' ἅρματος ἀστράψει.

Als die katten Ganſen-eyeren leggen.

De raris & incertis dici ſolitum. Poterit & per jocum accommodari ad ea, quæ nunquam eventura credamus, quemadmodum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

admodum ajunt, *Ad Kalendas Græcas*. Eſt autem *Harma* vicus Bœotiæ. Cætera vide in D. Eraſmi Chiliadibus.

50. *Lydius lapis, Heraclius lapis.*

Λίθος λυδὴ, ἢ λίθος ἡρακλεία.

Die op een aeſken weten wat een dinck mach.

In eos qui vehementer acri, exactoque judicio ſunt. Adagium accommodari poteſt vel ad perſonam, vel ad rem: Ad perſonam hoc pacto, in penſitandis æſtimandiſque ingeniis emunctiſſimæ naris, ac prorſum *Lydius*, ut ajunt, *lapis*. Ad rem transfertur hoc modo, adoleſcentium ingenia libertas aperit, Viris commiſſum imperium *Lydius*, quod ajunt, *lapis eſt*.

51. *Amuſſi alba cunctos complectitur.*

Hy maeckt geen ſort onder Chriſten menſchen.

Λευκῇ στάθμῃ, id eſt, *Alba amuſſi*, hoc eſt, nullo delectu, ac citra diſcrimen. Effertur & expreſſius adagium in hunc modum, λευκῷ λίθῳ, λευκῇ στάθμῃ, *In albo lapide, alba linea*, **'t Is jaegh in / jaegh over / 't voer een Man om Moſſelen.** In eos dicetur qui nullo ſunt judicio, in ſtupidos, vel qui incertis probant, aut ſignificant incerta.

52. *Eadem per eadem.*

Αὐτὰ δι' αὐτῶν.

't Oude deuntjen.

De his qui ſemper eadem inculcant, aut eadem aſſiduè faciunt.

53. *Ad amuſſim exacta res eſt.*

Ἐπὶ στάθμην.

't Mach niet een hayr liegen.

Frequens eſt apud autores: *Ad amuſſim, examuſſim, amuſſatim, examuſſatim*, pro eo quod eſt, exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. Gellius libro primo, capite quarto: *Ad hæc omnia ſcripta antiquiora tam curioſè ſpectabat, aut virtutes penſabat, aut vitia rimabatur, ut judicium factum eſſe ad amuſſim diceres.* Tranſlatum à fabris lapidariis, aut lignariis, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. In carmine de viro bono, quod Virgilio tribuunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ne quid hiet, ne quid protuberet angulus, æquis
Partibus ut coëant, nihil ut deliret amuſſis.

54. *Ad unguem novit.*

Hy kan 't op ſijn duymtjen.

Ad eundem modum Græci, quod exactum ſit & impenſius accuratum, δι᾽ ὄνυχος vocant. A marmorariis ſumpta metaphora, qui ſuperinducto ungui, commiſſuras explorant marmorum. Horatius:

Ad unguem factus homo.

Die al is dat een goet man weſe ſal. Idem in arte Poët.

—— Carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coërcuit, atque
Perfectum decies non caſtigavit ad unguem.

55. *Incudi reddere.*

Wat verketelboeten.

Eleganter Horatius *incudi reddere* dixit, pro eo quod eſt, *refingere ac mutare, corrigereque:*

Et male tornatos incudi reddere verſus.

56. *Lesbia regula agetur.*

Men ſal niet nauw ſien.
Een ruymen door-ſlach geven.

Quoties præpoſtere, non ad rationem factum, ſed ratio ad factum accommodatur: Et cum lex moribus applicatur, non mores ad legem emendantur: Aut quoties Princeps ſe moribus populi accommodat, cùm contrà conveniat plebem ad Principis arbitrium vitam inſtituere, ſi modo Princeps ipſe ad honeſti regulam ac ſcopum reſpiciat.

57. *Indignus qui illi matellam porrigat.*

Hy ſoude hem geen handt water geven.
Sy en zijn op eenen dach niet te noemen.

Hyperbole proverbialis de vehementer inæqualibus, ac ne ulla quidem ex parte conferendis. Martialis:

Diſpeream, ſi tu Pyladi præſtare matellam
Dignus es, aut porcos paſcere Perithoï.

Nam ſordidiſſimum obſequium eſt, micturienti matulam exhibere, quo qui ſit indignus, is videlicet nimio inferior videtur. Noſtrates parœmiam ſumunt ab iis, qui lavandis manibus aquam miniſtrant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

58. *Scopæ diſſolutæ.*

Een hoop ongeregelde kalvers.

Homines nihili, nulliuſque prorſum conſilii. Cicero *ſcopas diſſolutas* nominat, ſcribens ad Atticum his verbis: *Cæſarem vidi Minturnis, ad* 8. *Kalendas Februarias, cum abſurdiſſimis mandatis, non ad homines, ſed ſcopas diſſolutas, ut idipſum ille mihi videatur irridendi cauſa feciſſe.* Quin & à noſtratibus, ſi quis aliquid abſurdi moliatur, continuò audit: **Wat een beeſſem zijt ghy?** *Quid nobis hæ facient diſſolutæ ſcopæ?* **Wat ſal ons deſen beeſſem maecken?**

59. *Apertis tibiis.*

Volmondigh.

Apertis tibiis, id eſt, clariore voce. Tranſlatum à tibicinibus, qui quædam obturatis tibiarum foraminibus, quaſique preſſiore ſono canunt, quædam apertis tibiis, acriore ſonitu. Venuſtior erit metaphora, ſi quis dicatur apertis tibiis invehi in aliquem, id eſt, non clanculum obtrectare, ſed palàm inſectari, lacerareque conviciis: Aut apertis tibiis laudes cujuſpiam celebrare, id eſt, palàm ac magnificè.

60. *Quid opus erat me longis canere tibiis?*

Τὶ γὰρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν;

Wat leyt my aen veel koſt ende groote moeyte?

Id ajunt convenire in eos, qui ſumpſiſſent inanem operam, aut ſumptum. Ductum ab Othone, qui poſt cæſum Galbam fecerat ſacrum, in quo exta inauſpicata portendebant. Itaque pœnitens ſumptus, & operæ fruſtrà inſumptæ, fertur ita dixiſſe: τί με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; quæ verba deinde in vulgi fabulam abierunt.

61. *Utinam mihi contingant ea, quæ ſunt inter Corinthum & Sicyonem.*

Εἴη μοι τὰ μεταξὺ κορίνθου καὶ σικυῶνος.

Die eens keyſer van Romen mocht zijn.

Conveniet in eum qui optat ingentia, & quæ ſperare non poſſis. Inde natum adagium, quod urbs utraque eſſet opulentiſſima, agrique longè feraciſſimi interjacerent.

62. *Deum*

62. *Deum facere.*

Tot ſtincken toe prijſen.
In den Hemel toe hooch prijſen.

Terentius in Adelphis: *Deum te facio*, id eſt, ſummis laudibus te effero. Inde natum, quod priſci mortales, ſi quem ob egregias, ac minime vulgares virtutes ſuſpiciebant, eum Deum, ac diis genitum ajebant. Sic & hominem ſingulari laude dignum *Deum* vocabant. M. Tullius: *In quo tu mihi*, inquit, *Deus eſſe videris*, id eſt, ſingularis ac ſummus.

63. *In cœlo eſſe.*

In den Hemel weſen.

Pro eo quod eſt, ſupra modum fortunatum eſſe, ac glorioſum. Cicero: *Si verò quæ de me pacta ſunt, ea non ſervantur, in cœlo ſum.* Ex adverſo, qui repente decidunt à ſumma felicitate, dicuntur ex aſtris deciddiſſe.

64. *Sæpe etiam eſt holitor valde oportuna locutus.*

Πολλάκι ϗ κήπωρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

Een Sot menſch ſpreeckt wel een Wijs woort.

Admonemur non eſſe faſtidiendam ſententiam ſalutarem propter autoris humilitatem: nam fieri nonnunquam, ut aliquis infimæ ſortis ac notæ vir, aut minimè doctus, dicat quicquam haudquaquam aſpernandum etiam ſummis viris.

65. *Copiæ cornu habet.*

Ἀμαλθείας κέρας ἔχει.

Al dat hem 's Nachts droomen mach.

Cui affatim omnia ſupereſſe ſignificamus. Natum ex fabula, qua ferunt Nymphas ſupremi Jovis altrices capræ Amaltheæ cornu alterum dono accepiſſe, unde quicquid optaſſent, largiter ipſis ſuppullularet. Nos hanc felicitatem ſignificamus, quoties alicui contingere id de die poſſe dicimus, quicquid de nocte ſomniarit.

66. *Lac gallinaceum etiam habet.*

Ὀρνίθων γάλα.

Hy heeft hertjen wat luſt u.

Eundem planè cum ſuperiore ſenſum habet. Dicitur enim in opulentos, & quibus quidvis rerum ſuppeditat. Eſt au-

tem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tem proverbialis hyperbole, de iis etiam quæ nuſquam invenias.

67. *Non omnibus dormio.*

Die Huyck hangh ick voor alleman niet.
Ten is voor alleman niet.
Ick ſie alleman niet door de vinger.

Non omnibus dormire dicuntur, qui non omnibus inſerviunt, neque per omnia gerunt morem. Hinc autem natum adagium: cum Galba quiſpiam convivio Mecœnatem acceperiſſet, ſentiretque jam è nutibus hominem inflammatum in uxorem ſuam, ſenſim demiſit caput, perinde quaſi dormiret. At cum interea famulus quiſpiam ad menſam accedens, vinum clàm tolleret, ibi jam vigil & oculatus: Infelix, inquit, an neſciebas me ſoli Mecœnati dormire?

68. *Sardi venales.*

Σαρδιανοὶ ὤνιοι.

Hoe raeckt af?
Koopmanſchap daer een aen verhangen blijft.

De negotio infinitæ prolixitatis, atque inexplicabili. Idque hinc eſſe ortum tradunt: quòd Tiberius Sempronius Gracchus, cum altero conſulatu Sardiniam domuiſſet, tantum ex ea captivorum adduxit, ut longa venditione res in proverbium abierit.

69. *Daſypus carnes deſiderat.*

Δασύπȣς κρεῶν ἐπιθυμεῖ.

70. *Tute lepus es, & pulpamentum quæris.*

De Zee is ſonder water.

Dicetur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipſis affatim ſunt domi. Eſt enim Daſypus de genere leporum. Lepus autem animal eſt innocuum, eſculentum, & fœcundum, omnium prædæ naſcens. Poſterius autem in Eunucho Terentiana à milite glorioſo in adoleſcentem Rhodum dicitur. Noſtrates hic ferè dicunt: ad mare aquam quærere, aut aquis deſtitutum eſſe. Item & hoc pacto: **Gy ſoeckt aen een ander / datmen by u ſoude vinden.**

71. Pari

71. *Pari jugo.*

Ἴσῳ ζυγῷ.

Met gelijcker-handt.

Pro eo quod eſt, pari ſtudio, parique conatu. Quadrabit in eos, qui negotium commune certatim, ac ſimili contentione agunt. Tranſlatum à bubus idem plauſtrum æquali jugo trahentibus.

72. *Uno faſce.*

Met een berningh.

Pro eo quod eſt, eadem opera, & conjunctim, non ſeparatim. Tranſlatum ab iis, qui res multas ſimul colligant, quò commodius geſtari queant. Noſtrates eodem incendio dicunt, parœmiam ſumentes à ramalibus quæ in unum colligata faſcem, mittuntur in fornacem, ſic enim dicunt: **Het ſal met eene berningh in den Oven gaen.**

73. *Salem & menſam ne prætereas.*

Ἅλα καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.

Gegeten Broot gedachtigh zijn.

Id eſt, *Ne negligas amicitiæ conſuetudinem*, aut, *ne violes amicitiæ jura.* His enim rebus olim conciliabantur amici, & familiares antiquitus mutua inter ſe convivia actitabant. Hinc dictum in Centuria 1.

74. *Bacelo ſimilis, aut Bacelus.*

Ἴκελος βακήλῳ, ἢ βάκηλος εἶ.

Een rechte Loeris.

In magnos quidem corpore, ſed animo ſtupidos. Tractum à forma moribuſque Baceli cujuſdam: Ita ut nos à moribus Laurentii alicujus hoc dictum habemus. Corruptè enim dicimus *Lœris* pro **Louris**/ vel **Laurens.**

75. *Batalus es.*

Βάταλος εἶ.

Wat een Baesjen zijt ghy.

In effœminatos per contumeliam dicebatur. Plutarchus oſtendit id cognominis Demoſtheni puero inditum fuiſſe, & ab inimicis probro objectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

76. *Bene plauſtrum perculit.*

Hy heeft hem ſijn geholpen daer hy weſen woude.

Apparet dici ſolitum in eos, qui quempiam impellunt, quò ſuapte ſponte jam propendebat. Tranſlatum à plauſtris onuſtis, qui quo exonerentur, ſolent everti. Fit autem id commodius in eam partem, in quam propter ſolum declivius inclinant.

77. *In Care periculum facito.*

Ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον.

Beſoeckt het met een kleyntjen.

Hoc eſt, *In homine aut re viliore, fac periculoſam experientiam*, in qua ſi parum feliciter ceſſerit, non multum ſit diſpendii capiendum.

78. *In dolio figularem artem diſcere.*

Ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν.

Al te duer wedden.

De iis, qui protinus maximis in rebus artificii ſui capiunt experimentum, cum paulatim à minutis ad ſumma aſſurgere conveniat. Neque enim figulus ſtatim à dolio, id eſt, vaſe maximo artem auſpicatur, ſed à puſillis quibuſdam vaſculis, in quibus non ſit grave diſpendium.

79. *Ne ſutor ultra crepidam.*

Niemant bemoeyt hem verder dan ſijn kunſt ſtreckt.

Dat een niet kan / Niemant geeff daer voordeel van.

Ne quis de iis judicare conetur, quæ ſunt ab ipſius arte ac profeſſione aliena. Natum à ſutore, Apellis tabulam in pergula propoſitam reprehendente, in crepidis non ſatis abſolutis. Porro cum & alia conaretur cavillari ſutor, proſiliens Apelles vetuit eum, ne ultra crepidam judicaret, ipſe crepidarius.

80. *Dii facientes adjuvant.*

U ſullen geen gebraede Duyven in de mondt vliegen.

81. Cum

81. *Cum Minerva manum quoque move.*

Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει.

Helpt u ſelfs ſoo helpt u Godt.

Monet utrumque adagium, ne fiduciâ divinæ opis noſtram induſtriam remittamus. Convenit peculiariter in mulieres, quæ lanificium exercebant, favente quidem atque invocata Minerva, ſed nihilo ſegnius interim operi inſiſtentes.

82. *Noſtro Marte.*

Op ons ſelfs handt.

Sonder yemant te moeyen.

Quoties nullis auxiliis adjuti, noſtropte ingenio, propriiſque viribus rem peragimus. M. Tullius: *Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed ut dicitur, Marte noſtro.* Tranſlatum videtur ab imperatoribus, qui ſuis ipſorum auſpiciis & copiis bellum ſuſtinent.

83. *Ne quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit.*

Die hem ſelfs quaet is/ is niemant nut.

Eam ſententiam ſic ad unguem ſervant hujus tempeſtatis homines, ut hominis vocabulo videatur indignus, qui non quavis ratione ſuis conſulere commodis noverit. Euripides:

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Sapientem eum odi, qui ſibi ipſe non ſapit.

84. *Cantherium in foſſa.*

Nu ſeyl ick in een onbekent water.

Nu ben ick uyt mijn wetenſchap.

Hoc licebit uti, quoties quis ad id negotii trahitur, in quo nequaquam valeat: Aut ubi res erit vehementer impedita, periculoſaque. Quemadmodum enim plurimum valet equus in planicie, ita minime valet in foſſa.

85. *Tantali talenta.*

Τάλαντα Ταντάλου.

86. *Pelopis talenta.*

Πέλοπος τάλαντα.

87. *Midæ divitiæ.*

Μίδου πλοῦτος.

Gelt bij de mijl.

Goet ſonder eyndt.

De immenſis opibus: Nam Tantalus Phryx ob luculentas divitias in fabulam hominum venit, ita ut fingatur & apud inferos ſimile quiddam pati, cujuſmodi ſolent inter congeſtas opes tenaces iſti divites. Horatius:

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina, quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. ——

Oſtendit allegoriam figmenti ad divites ſordidos pertinere. Pari modo & Pelops & Midas proverbiis nobilitati ſunt.

88. *Non omnino temere eſt, quod vulgo dictitant.*

Dat alleman ſeydt is geern waer.

Significat non planè falſum videri, quod plurimis ſit in ore, quodque populi conſenſus approbat.

89. *Domum cum facis, ne relinquas impolitam.*

Μηδὲ δόμον ποιῶν ἀνεπίξεστον καταλείπειν.

Men ſal geen ſtruyſ om een ey bederven.

Significat unicuique negotio, quod ſemel inſtituerimus, finem idoneum imponendum, ut nihil omnino deſideretur, & ubique connitendum ad perfectionem. Germanica hæc nobis ſubminiſtrat D. Servilius, qui hoc à Brabantis accepit adagii.

90. *Ne à chytropode cibum nondum ſacrificatum rapias.*

Μήδ᾽ ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα.

Verhapt u niet in u Warmoes.

Quantum ad ſimplicem attinet ſenſum, docet, ne ritu pecudum ad cibum capiendum irruamus. Sed proverbialius fiet, ſi dicatur in hos, qui præpropera aviditate commodum auferre ſtudent, prius quàm oporteat, & quodammodo meſſem facere, prius quàm maturuit ſeges. Veluti ſi quis legatum aut promiſſum ſtatim & è veſtigio flagitet, cum civilius ſit, in dies aliquot ſilere. In genere poterit accommodari ad quemvis, qui negotium irreverenter, & illotis, ut ajunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſunt, manibus aggreditur. Quod & Germanicè dicimus: **Ghy moet u getỹ verwachten.** Sumpta parœmia à maris fluxu ac refluxu.

91. *Hæc potior.*

Αὕτη κυρία, αὕτη κρείσσων.

Dit is 't ſtatjen.

Sic vulgo dici ſolet, ſi quando ſignificaretur conſilium aliquod eſſe præſtantius & conducibilius, etiam ſi pluribus ſecus videretur. Itaque locus fuerit adagio, ſive cum negabimus ſpectandum, quàm multis placeamus, ſed quàm bonis: ſive cum ſuadebimus id ſequi oportere, non quod plurimis placeat, ſed quod per ſe factu ſit optimum, etiam ſi pauciſſimorum calculis probetur.

92. *Delio natatore opus eſt.*

Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ.

't Is diepgrondich / ende wil wel geleſen zijn.

Socrati cum Euripides librum obtuliſſet Heracliti, cui cognomen additum σκοτεινοῦ, propter affectatam ſcriptorum obſcuritatem, rogareturque cujuſmodi videretur, reſpondiſſe fertur hoc pacto: *Quæ quidem intellexi, præclara, arbitror autem & ea, quæ non intellexi, quanquam natatore Delio opus, ut ne quis in eo præfocetur.*

93. *Dicendo dicere diſcimus.*

Ἐκ τοῦ λέγειν τὸ λέγειν περιγίγνεται.

Al doende leertmen een dinck.

By kleyne lapjes leert den Hondt leer eeten.

Patet adagium ad cujuſvis rei peritiam, quam potiſſimum uſus ſuppeditat, optimus rerum omnium magiſter.

94. *Multi bonique.*

Πολλοὶ κἀγαθοί.

Veel / ende dat ſelſde goet.

Proverbium locum habuerit, quoties aut teſtes, aut judices, aut convictores ſignificamus idoneos, ac neutiquam rejiciendos. Quin etiam Homericum illud jam proverbii vice receptum eſt, ἠΰστε μέγαστε, id eſt, *Magnuſque bonuſque*, **Groot ende goet daer by.** Ortum adagium hoc eſt ex ritu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſacrorum, in quibus rem divinam facturus, dicebat: τίς τῇδε. *Quis hic?* Dein qui aderant, reſpondebant: πολλοὶ κ᾽ ἀγαθοί.

95. *Heroum filii noxa.*

Ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

Wijſe Luyden / dwaſe kinderen.

Veteribus illud obſervatum eſt: Præſtantium virorum filios multùm à progenitorum moribus abfuiſſe. Hinc Homerus Odiſſææ 2.

Παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.
Æquat rara patrem ſoboles, ſed plurimi ab illis
Degenerant: pauci ſuperant probitate parentem.

96. *Nunquam ex malo patre bonus filius.*

Οὐδ᾽ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός.

Vyt een quaet Ey quam noyt goet kuycken.

Aſtipulatur huic dicto proverbium, κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, id eſt, *Mali corvi malum ovum.* Item illud Theognidis: οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται. *Non etenim ex ſquillis roſa naſcitur.*

97. *Alio relinquente fluctu, alius excepit.*

Τὸ μὲν μ᾽ ἔλιπε κῦμα, τόδ᾽ ἐγκατελάμβανεν.

Als het eene kruys voorby was / ſoo ſtont dat ander voor de deur.

Non inconcinnè dicetur ad incurſus malorum, cum, ut ferè fit, calamitas calamitati ſuccedit. Sumpta metaphora à periculosè navigantibus, qui ſemper poſt unius fluctus impulſum, alium expectant, ſuccedentibus invicem procellis.

98. *Duobus pedibus fugere.*

Ἐκ δυοῖν ποδοῖν καταφεύγειν.

Al ſijn macht wegh loopen.

Summa vi, ſummoque conatu fugere, hoc eſt. Ducta metaphora ab iis, qui curſu feſtinant.

99. *Quis aberret à janua?*

Τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι.

Wie ſoude den heelen Doele mis ſchieten?

Ab-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Aberras à janua.

Ghy komt nae noch by.

Dici ſolitum, ubi quis penitus aberret à vero, totoque fallatur judicio. Hodie enim in compluribus videmus locis, ut aggeres, qui ſcopum ſuſtinent, à lateribus, atque item à tergo, muris defendantur, ſupernè imminente tecto, & ingreſſus ille qui patet, hîc *janua* dicitur. Porro vehementer imperitus ſit, oportet, qui non ſolum non attingat ſcopum, aut aggerem, verumetiam aberret ab ipſo ingreſſu, quem difficile non ſit cuivis attingere.

100. *Salſuginoſa vicinia.*

Ἁλμυρὸν γείτονημα.

Niet te halen dan ſtruyt en Loot.

Daer is niet uyt te halen dan met den hals.

De ſterili, agreſti atque inhumana vicinia dicebatur. Transferri poteſt vel ad negotium multi quidem laboris, at parum frugiferum, vel ad vicinos moleſtos. Traductum ab agris mari finitimis, qui plerumque ſolent ad culturam eſſe inhabiles.

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA VII.

I. *Ad fractam canis.*

Πρὸς ἐρρωγυῖαν ᾄδεις.

Sticken is u ſingen.

SUbaudi, vel *chordam*, vel *citharam.* Suidas oſtendit dici ſolitum de iis, qui fruſtra laborant. Antiquis mos erat ad citharam canere, in qua ſi chorda aliqua rupta erat, ad eam fruſtra vocem accommodabas, cum illa non reſponderet. Non inſcitè accommodabitur, ubi non reſpondetur officiis alicujus, aut ubi quis ſuadet obſtinato, aut orat inexorabilem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

2. *Vtre territas.*

Ἀσκῷ μορμολύττεσθαι.

Met een beeſt voort jagen.

Vtre terrere, *ſive terreri*, dici ſolitum, quoties inanem formidinem aut concipit aliquis aut incutit. Sumptum ab iis, qui vaſorum inanium ſtrepitu pavefaciunt pueros. Noſtrates ventris crepitu aliquem perterrefieri dicunt, ut veneficæ illæ Horatianæ, *quando Pan non diſploſa ſonat, quantum veſica pepedit.*

3. *Leonem larva terres.*

Μορμολυκίοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα.

Een oude Wolff is wel gerucht gewoon.

Conveniet de minis inanibus, ac terriculis deridendis.

4. *Principatus Scyrius.*

Ἀρχὴ σκυρία.

Een Commiſſie *ſans gage.*

De frigido tenuique regno. Scyrus inſula, quam olim incoluêre Cares, petricoſa & infrugifera eſt, nec ullius bonæ rei ferax. Adagium eleganter accommodabitur in munus aliquod, unde præter inanem titulum & moleſtam adminiſtrandi curam, nihil emolumenti capitur.

5. *Poſt Lesbium cantorem.*

Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

Men ſoude ſijn Meeſter noch al vinden.

Hoc adagio ſignificabant aliquem non primas, ſed ſecundas tenere partes. Adagium autem hinc ortum eſt: cum Lacedæmoniorum res ſeditionibus tumultuarentur, conſultum oraculum juſſit, uti Leſbium cantorem accerſerent: accerſitus itaque Terpander Leſbius, & ad Lacedæmonios miſſus; is canendo ſic illorum animos delinivit, ut ſeditionem omnem ſedaret, redactis in concordiam civibus. Qua ex re factum eſt, ut Lacedæmonii Leſbiis cantoribus primas in arte muſica partes tribuerent, & ſi quem alium canentem audiſſent, protinus dicerent: μετὰ λέσβιον ᾠδὸν, *Poſt Leſbium muſicum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

6. *Callippides.*

Καλλιππίδης.

Een Poccher ende Blaſer.

Callipidis olim proverbio dicebatur, qui in moliendis negotiis, cum multa ſe facturum minaretur, nihil tamen conficeret. Qui ſedulò quidem ſe movet, ſed nihil promovet. Quod genus homines noſtrate lingua vocamus **Pocchers en Blaſers**/ ut qui magna ſpirent ac promittant, ſed nihil præſtent aut efficiant. Cicero: *Biennium præteriit, cum ille* καλλιππίδης *aſſiduo curſu nullum cubitum proceſſerit.* Suetonius in Tiberio: *Ad extremum vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt, ut vulgo jam per jocum Callippides vocaretur, quem curſitare, ac ne cubiti quidem menſuram progredi proverbio Græco notatum eſt.*

7. *Balneator.*

Βαλανεύς.

Die 't verneem-kleet aen heeft.

Balneator, ſive *Balnei caupo* vulgato convicio dicebatur, in hominem alienarum rerum plus ſatis curioſum. Propterea quod hujuſmodi genus hominum, quoniam in ocio vivit, neque ſuis negotiis diſtinetur, aliena curare conſuevit. Quemadmodum ille Damaſippus Horatianus: *Aliena negotia curans, excuſſus propriis.*

8. *Bacchæ more.*

Βάκχης τρόπον.

Als dolle Luyden.

Ad vitam intemperantem referendum, cujuſmodi ſolet eſſe Mœnadum Bacchico furore afflatarum, aut etiam eorum, ut ait Juvenalis:

Qui Curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.

9. *A laſſo rixa quæritur.*

Hy ſoude nu lichtelijck te Paerde weſen.

In quoſdam moroſiores, & ad rixandum procliviores, non quod offendantur, ſed quod alioqui animo male affecti ſunt, ut ſunt difficiles ac ſubmoroſi, quibus fortuna adverſa eſt. Sic Seneca valetudine aut ætate feſſos, iracundiores eſſe ſcribit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

10. *Gladiator in harena conſilium capit.*

Den Tijdt ſal 't leeren.

Admonet è re nata mutandum aliquando conſilium, & ſic tempori, quod ajunt, ſerviendum, ſed prudentia ſervata.

11. *Inelegantior Lebethriis.*

Ἀμουσότερος λειβηθρίων.

Een arme Suff / ende Idioot.

Quadrat in hominem admodum idiotam, & ab omni muſarum commercio prorſus alienum. A gentis hujus agreſti imperitia ſumptum eſt proverbium. Tradunt enim Lebethrios Muſices, ac Poëtices, breviter omnium elegantiorum diſciplinarum ſtolidiſſimos contemptores fuiſſe: Adeò ut apud hos quidam Orpheum occiſum exiſtiment.

12. *Domeſticum theſaurum calumniari.*

Τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλειν.

Sich ſelve by den neuſe grijpen.

Hoc eſt, ſua ipſius carpere ac lacerare. Ariſtides rhetor in Pericle: Τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβαλοῦμεν, ἂν εἰ τοῦτα διασύρωμεν, id eſt, *Domeſticum theſaurum inſimulabimus, ſiquidem iſtis obtrectamus.*

13. *Qualis vir, talis oratio.*

Οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος.

Een Vat geeft uyt als 't in heeft.

Significat omne vitæ ſimulachrum, omnem animi vim in oratione perinde, ut in ſpeculo repræſentari, ac intima pectoris arcanis quibuſdam veſtigiis illic deprehendi. Huc pertinet, quod Socrates apud Platonem jubet loqui Charmidem, ut eum videat, nimirum hominem ex oratione æſtimaturus.

14. *Balba non credit.*

Ἡ ψελλὴ οὐ πιθοῖ.

Jocus proverbialis, ubi quis ſua mala conatur diſſimulare, quæ præ ſe fert, etiam cum diſſimulat: Veluti ſi quis neget ſe blæſum eſſe, idque ipſum non poſſit niſi blæſe dicere. Dictum enim eſt πιθοῖ pro πιστοῖ: propterea quod linguæ vitio laborantes in literis σ & ρ potiſſimum peccent.

15. *Noſtris ipſorum alis capimur.*

Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα.

Wy doen 't ons ſelve.

Natum ex apologo, qui fertur hujuſmodi: Aquilam ictam ſagitta, cum inſpexiſſet jaculum ad imaginem pennarum effictum, imitatumque, dixiſſe: Τάδ᾽ οὐχ᾽ ὑπ᾽ ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα, *Hæc non ab aliis, imò pennis propriis capimur.* Convenit in eos, qui ipſi præbent occaſionem ſui mali.

16. *Bonæ fortunæ.*

Ἀγαθοῦ δαίμονος.

Godt geeft 'et nu.

Subaudi, *nomine.* Sermo autem eſt bene ominantis in re quapiam aggrediunda. Itaque feſtivius erit, cùm ad jocum trahetur de eo, qui rem inceptat, levem quidem illam, ſed perindè laborans, quaſi eſſet maxima. Veluti ſi ſordidus quiſpiam tandem vini cadum relevaret, aut caſeum diu ſervatum proponeret. *Bonæ fortunæ bibere*, **Godts geley drincken.**

17. *Ad aquam malus.*

Ἐφ᾽ ὕδωρ κακός.

Hy is niet een ſpoogh waters waert.

Hy deucht te houden/ noch wech te werpen.

In infimæ ſortis homines olim dicebatur, ac ſordidiſſimis quæſtibus addictos; propterea quòd antiquitùs infames habebantur, multoque omnium contemptiſſimi, qui litigantibus aquam ſubminiſtrare conſueverunt: infundebatur enim judicio certantibus per clepſydras aqua.

18. *Phocenſium execratio.*

Φωκέων ἀρά.

Daermen een in de helſche afgront verbloeckt.

Verbloeckingh daer put noch galgh in vergeten is.

Verbloeckingh dat een 't hayr op 't hooft rijſt.

De jurejurando multis vinculis aſtricto. Nam olim in fœderibus, quo minus violarentur, adhibebant: non ſolum pro-

promiſſa, dextras, & ſacrificium, verùm execrationes in caput ejus, quicunque non ſtaret pactis.

19. *Phocenſium amolitio.*

Φωκικὴ ἀπόνοια.

Als men vertreckt op Godts gewouw.

Phocenſes olim communi populi conſilio, patrium ſolum reliquerunt, adacti devotionibus atque execrationibus quibuſdam, ne quis de patria repetenda cogitaret; ferebantur itaque quo melior fortuna ferebat, & adierunt Galliam Narbonenſem, ubi florentiſſimam Maſſiliam condiderunt.

20. *A linea incipere.*

Ἀπὸ γραμμῆς ἄρχεσθαι.

21. *A carceribus, A repagulis.*

Ἀπὸ βαλβῖδων.

Op een nieuw / of't noyt geſchiedt waer.

Qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium. Sumpta eſt autem metaphora ab his, qui curſu certant in ſtadiis. Nam iis linea quædam ducitur, ad quam ex æquo conſiſtant, donec currendi ſignum accipiant. Ita & carceres repagula quædam erant, unde curſus initium fiebat, & juxta hos linea tendebatur, cui inſiſtebant curſuri.

22. *Nova hirundo.*

Νέα χελιδών.

Hoe hiet die Man?

Suidas ait dici ſolere, quoties verba darentur alicui. Sumptum à joco puerili. Nam hi, datâ operâ, novam hirundinem adſimulantes videre ſeſe, oſtendunt aliis: deinde contemplantibus illis & intentis, interim quod volunt, ſurripiunt. Ita & noſtrates, dum tales ludunt, commonſtrato viro prætereunte, rogant, quodnam illi nomen ſit? ad quem dum reſpiciunt, ipſi in talos irruunt.

23. *Jovis cerebrum, Regis cerebrum.*

Διὸς ἐγκέφαλος, Βασιλέως ἐγκέφαλος.

Hoeren koſt.

De cibo vehementer opiparo ac ſuavi. Ennius:

Quid

Quid ſcarum præterii, cerebrum Iovis penè ſupremi,
Neſtoris ad patriam hic capitur, magnuſque, bonuſque.

Vinum autem præſtans & eximium τὸ ἀφροδίτης γάλα vocant, *Veneris lac.*

24 *Non movenda moves.*

Ἀκίνητα κινεῖς.

Gy bernt u hand. Gy gaet daer al te grof mede toe.

Quadrabit in eos, qui moliuntur ἀδύνατα, aut qui res ſacras violant, aut qui pacta mutant, ſive qui conviciis inceſſunt eos, quibus ob autoritatem debetur reverentia. Zenodotus inde natum putat, quod fas non ſit movere neque aras, neque ſepulchra, neque ſacella, quibus reverentia quædam ac religio debetur. Noſtrates hîc dicunt, manum ſuam aliquem comburere, ſi eò immittat eam, quò non decet; ut qui prudens manum mittit in flammam.

25. *Neque mel volo, neque apes.*

Μήτε μέλι, μήτε μελίσσας.

Ick wil daer noch uyt halen/ noch in ſchieten.
Ick wil daer noch in 't groot/ noch in 't kleyn mede te doen hebben.

In eos dici ſolitum, qui recuſant incommodum ferre, quod ſit cum commodo quopiam conjunctum. Veluti ſi quis apes, quòd ſint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle, quod optat, fruetur. Celebratur Mimus ad hanc faciens ſententiam: *Feras quod lædit, ut quod prodeſt, perferas.* Eodem & hoc Plautinum pertinet: *Fortiter malum qui patitur, poſt potitur bonum.* **Die wat beſuert/ die wat beſoet.** Hic & noſtrates dicunt, *Qui mel volet, ferat & apes.* **Die eyeren wil eten/ moet hem 't kakelen van de hennen trooſten.**

62. *Tuſſis pro crepitu.*

Βὴξ ἀντὶ πορδῆς.

Wel gevonden/ ſijn verleydt.

Dici ſolitum, quoties aliquis perplexus, aliud pro alio ſimulat. Veluti ſi quis in adulteræ domo deprehenſus, fingeret ſe quippiam mercatum veniſſe. Tranſlatum ab iis, qui crepitum clara tuſſi diſſimulant.

27. Cor-

27. *Cornicibus vivacior.*

Ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς.

Die der menich van den boom geſeten heeft.

De vehementer annoſis, proverbialis hyperbole eſt, ab ejus avis prodigioſa vivacitate ſumpta, cui Heſiodus novem tribuit hominis ſecula. Verſus autem ipſi ab Eraſmo Latinitate donati, ſic habent:

Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula cornix;
Quattuor at peragit cornicis tempora cervus;
Cervinam ætatem corvus ter præterit ater;
Cervinos annos novies agit Indica Phœnix;
Atqui criſpicomæ ſoboles Iovis alma tonantis,
Egredimur decies Phœnicia ſecula nymphæ.

28. *Tithono ſeneſcet profundius.*

Καταγηράσεις Τιθωνοῦ βαθύτερον.

29. *Neſtoreos vivet annos.*

Tot domſdach ſal hy leven.

De ætate vehementer provecta atque longæva; ſiquidem Tithonus ad tantam perveniſſe ſcribitur ſenectutem, ut tandem optârit in cicadam verti: Neſtorem verò τρὶς γὰρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν, *illum jam exegiſſe hominum tria ſæcula, fama eſt.* Huc autem ſpectant illa omnia: *Phœnice vivacior. Cervo vivacior. Corvo vivacior. Tireſia vivacior;* hunc enim ſex vixiſſe hominum ætates ferunt. *Seribus vivacior.* Hos Hiſtoriis proditum eſt trecentos annos vivere.

30 *Ultra penſum vivit.*

Ὑπὲρ τὸ ἄτρακτον βιοῖ.

Hy heeft een ſtuck van een out net gegeten.

Hoc eſt, *vivit ultra fatalem diem.* Alluſum ad Parcarum penſa vel fuſos, quibus ævum mortalium evolvi fabulantur Poëtæ. Noſtrates fingunt aliquem devorâſſe retia, quibus irretita anima, non poſſit emigrare.

31. *Facile, cùm valemus, recta conſilia ægrotis damus.*

Die geſont zijn/ hebbender goet mallen mede.

In Andria Terentiana ab adoleſcente non admodum cordato, cordatiſſima ſimul & elegantiſſima ſententia profertur,

quæ

quæ nata videtur ab oraculo Thaletis Philoſophi, qui interrogatus *quid eſſet difficillimum*, reſpondit, *noſſe ſeipſum. Quid facillimum*, reſpondit, ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι, *alteri conſilium dare*.

32. *Quæ ſupra nos, nihil ad nos.*

Τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.

Dat ons te ſwaer is te heffen / dat willen wy laten liggen.

Dictum Socraticum, deterrens à curioſa veſtigatione rerum cœleſtium, & arcanorum naturæ. Torqueri poteſt & in illos, qui de negotiis Principum, aut Theologiæ myſteriis temere loquuntur.

33. *Notum lippis & tonſoribus.*

Alle de gebuer-kinderen weten 't wel.
't Is al aen de klock-reep.
't Is kerck-maer en ſtraet-maer.

Quæ jam in ora vulgi abiiſſe ſignificamus. Propterea quod olim in tonſtrinarum conſeſſibus omnes rumores narrari conſueverunt. Unde Horatius:

—— Gaudent ubi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Et in Sermonibus:

—— Opinor
Omnibus & lippis notum & tonſoribus eſſe.

Lippi enim in tonſorum officinis deſident, expetentes remedium oculorum.

34. *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*

Altijt wilt men op 't ander bedt.

Vitium illud humanis ingeniis inſitum ſignificat, ut ſemper alienam ſortem magis mirentur, ſuam contemnant, ac faſtidiant, optent inexperta, experta damnent. Citra metaphoram dixit Terentius: *Noſtri noſmet pœnitet*, **Niemant is met het ſijne te vreden.** Noſtratium vulgus parœmiam ſumit à pueris, mutato lecto gaudentibus.

35. *Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in arvo.*

In een ander mans ſchotel iſt altijdt vetſt.

Idem ferè cum præcedente eſt, ſiquidem ut Mimus ille Publia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Publianus habet: *Aliena nobis, noſtra plus aliis placent.* Et Horatius:

Quî fit Mecœnas, ut nemo quam ſibi ſortem,
Seu ratio dederit, ſeu ſors objecerit, illâ
Contentus vivat, laudet diverſa ſequentes?

Verſus autem proverbialis ille Ovidii eſt, cujus diſtichon ſic habet:

Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in arvo,
Vicinumque pecus grandius uber habet.

36. *Fecem bibat, qui vinum bibit.*

Dit voor dat.

Significat eum, qui fruitus ſit optimis, eundem boni conſulere oportere deteriora. Ex Ariſtophanis Pluto deſumptum:

Ὥμως δ' ἐπειδὴ καὶ τὸν οἶνον ἠξίου
Πίνειν συνεκποτέον ἐστὶ καὶ τὴν τρύγα.
At ubi haud gravatus bibere vinum es, fex item
Tibi nunc eidem eſt ebibenda, ſcilicet.

37. *Crœſo ditior, Craſſo ditior.*
38. *Pactoli opes habet.*

Hy is een rijcke Focker / hy weet ſijn goet geen eynd. Hy is al ſijn vrienden te rijck.

De ſummis, maximiſque dicetur opibus. Nam Crœſi opulentia dicto illo Solonis nobilitata eſt apud Græcos: apud Romanos item M. Craſſi, qui negabat divitem eſſe, niſi qui reditu annuo legionem tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertiûm bis millies poſſedit, hoc eſt, ære noſtro, inquit Budæus, quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Hujus ſi viceſimam partem pro reditu annuo ſtatuamus, fient ducenta quinquaginta millia. Porro Pactolus Lydiæ fluvius eſt, aureis ſcatens arenis, cujuſmodi narratur Tagus in Iberia, & Ganges in India, & Hebrus in Thracia. Hieronymus: *Crœſos licèt ſpires & Darios, literæ marſupium non ſequuntur,* **Groot goet maeckt een te wijſer niet.**

39. *Ito*

39. *Iro* / *Codro* } *pauperior eſt.*

't Is pover werck.

Iri & Codri paupertas proverbio quoque locum fecit. Ovidius:

Irus is eſt ſubito, qui modò Crœſus erat.

De Codro Juvenalis:

Tota domus Codri rhedâ componitur unâ.

Irus autem, autore Homero, publicus fuit apud Ithacenſes mendicus, à matre dictus *Arnæus*, à Juvenibus *Irus*, quod iret nuncius, quo juſſus eſſet. Quin & Hecale paupertate nobilis eſt. Ovidius:

Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ ceperit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

40. *Myſorum poſtremus eſt.*

Μυσῶν ἔσχατος.

Hy is haer aller voet-veegh.

Summum deſpectum, atque infimam humilitatem hoc adagio ſignificamus. M. Tullius: *Quid porro in Græco ſermone tam tritum, atque celebratum eſt, quàm ſi quis deſpicatui ducitur, ut Myſorum ultimus eſſe dicatur.*

41. *Myſorum ultimus navigat.*

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖν.

Hy gaet een heet hangh-yſer aen.

Ubi dura quæpiam imperarentur, factuque difficilia. Noſtrates à chytropode penſili parœmiam ſumunt, qui dum ab igne calet, non ſine periculo contrectatur.

42. *Tangere hulcus.*

Κινεῖν ἢ θιγεῖν τὸ ἕλκος.

Een op ſijn Seer taſten.

Hoc eſt, movere dolorem, ejuſque rei facere mentionem, quæ nos magnopere urat. Terentius; *Quid minus neceſſe fuit, quàm hoc tangere hulcus?*

43. *Refricare dolorem.*

Een ſijn oude leemten ophalen.

Cùm dolor temporum ſpatio jam mitior renovatur, *re-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

fricari cicatrix dicitur. Ducta metaphora eſt à vulnere corporis, quod jam coaluit, cicatrice obductum. Quæ ſi fričtu denuò aperiantur, recrudeſcit vulneris priſtini dolor. Cicero ad Atticum: *Appii vulnera non refrico.*

44. *Odorabitur. Olfaciet.*

Hy ſal 't ruycken.

Odorari, pro *reſciſcere*, & *ſagaciter deprehenſum atque animadverſum cognoſcere. Odor*, pro *ſuſpicione ac rumore.* Cicero: *Eſt nonnullus odor Dictaturæ. Olfacere*, apud Terentium in Adelphis, pro *deprehendere. Subolere*, apud eundem, pro *ſuſpectum eſſe.* Quin & *naſus* in proverbium abiit, pro *indicio.*

45 *Nullus illis naſus eſt.*

Sy weten niet waer 't vaſt is.

Hoc eſt, nullo craſſoque ſunt judicio, remque nihil perſpectam habent, aut cognitam. Hinc & *Vir emunctæ naris*, **Een kloecke haes / een man van verſtant.**

46. *Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur.*

Ick hebbe daer noch in 't groot / noch in 't kleyn te doen.

Sic Plautus in Epidico, pro eo quod eſt: Iſta res nihil ad me pertinet, ut quæ neque meo fiat periculo, neque meo emolumento.

47. *Ab ipſo lare incipe.*

Ἀφ' ἑστίας ἀρχοῦ.

Maeckt het voor u eygen deur eerſt ſchoon.

Recte dicetur in Magiſtratus, & alienæ vitæ cenſores, quorum officium eſt, ut imprimis ſuos, ſuorumque vitam corrigant. Ductum à vetuſto ritu ſacrorum, in quibus primitiæ laribus immolabantur. Noſtrates jubent ut pro ſuis quiſque foribus primum rebus mundandis ſtudeat.

48. *Propria vineta cædere.*

Sijn eygen Tuyntjen wijen.

Superiori affine eſt Horatianum illud: Ut vineta egomet cædam mea, id eſt, Ut à meipſo incipiam, & poëtas ipſe poëta carpam ac lacerem. Tranſlatum videtur ab amputantibus

tibus vineam. Noſtrates ſuum cuique proprium hortum runcandum dicunt.

49. *Ædibus in noſtris quæ prava aut recta gerantur.*

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

Elck voor hem ſelven.

Hoc verſu monemur, ut ea potiſſimum, quæ ad nos ipſos pertinent, curemus, externa atque aliena ne inquiramus. Huc ſpectat hoc Homeri:

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε.

Quin in tecta abiens tua propria munia cura.

50. *In ſe deſcendere.*

In hem ſelven gaen.

Hoc eſt: *Sua ipſius vitia inſpicere.* Alluſum eſt ad ſpecus illos & ſinus humani cordis, quibus Momus feneſtram adhiberi voluit. Perſius:

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:
Sed precedenti ſpectatur mantica tergo.

51. *Tecum habita.*

Ghy behoeſt buyten niet te ſoecken / door-ziet alleen u ſelfs boeſem.

Hoc eſt: Tuapte ſupellectile te metire, ac tuis ipſius malis boniſve te ipſum expende. Tranſlatum ab iis, qui in Principum aulis agunt, atque alienis opibus perinde quaſi ſuis intumeſcunt. Perſius:

Tecum habita, ut nôris, quàm ſit tibi curta ſupellex.

52. *Meſſe tenus propriâ vive.*

Set u teer / na u neer.

Id eſt: *Sumptum facito pro modulo facultatum tuarum.* Ab agricolis deſumptum, qui ſumptus annuos agrorum proventibus metiuntur. Noſtrates perperam ferè loquuntur, dicentes: **Set u teer / na u eer** / cum utrobique voces apocopatas habeas. Plenè enim dixerimus. **Set u teeringh / nae u neeringh** / *Sumptus facito pro quaſtu.* Eſt autem & hoc Perſianum Hemiſtichium.

53. *Tuo te pede metire.*

Springht niet verder dan u ſtock raken mach.

Monet adagium, ne quis ſe dilatet ultra conditionem

ſuam, neve ſeipſum ex aſſentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortunæ favore, verùm propriis ac veris dotibus, animique virtutibus æſtimet. Tranſlatum ab iis, qui corporis humani modum, pedum numero æſtimant. Porro juſta cujusque hominis menſura, ſeptem ipſius pedibus conſtat, ſi quid pictoribus ac ſtatuariis credimus. Huc pertinet illud Martialis:

Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.

Horatius:

Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt.

54. *Non videmus manticæ, quod in tergo eſt.*

Wy ſien niet/ wat wy ſelfs geladen hebben.

Non videmus noſtra ipſorum vitia, cum aliena curioſis oculis perſpiciamus. Æſopus autem finxit ſingulos mortales binas habere manticas, hoc eſt, peras: Alteram ante pectus, & alteram à ſcapulis tergoq́; propendentem. Sed in priorem, inquit, aliena vitia, in poſteriorem immittimus noſtra. Perſius:

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo:
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo,
Reſpicere ignoto diſcet pendentia tergo.

55. *Feſtucam ex alterius oculo ejicere.*

Een ander berechten.

Een ander 't kaff uyt ſijn ooch willen doen.

De iis, qui aliorum vel minimis vitiis offenduntur, ſuis & maximis blandiuntur. Quod genus homines Horatius eleganter notat:

Cum tua, inquiens, *pervideas oculis mala lippus inunctis,*
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?
Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

Item alibi:

Qui ne tuberibus propriis offendat, amicum
Poſtulat, ignoſcat verrucis illius æquum eſt.

50. *Intra tuam pelliculam te contine.*

Kent u ſelf liever / dan dat u de Luyden kennen.

Laet u ſoo niet ſien.

Utemur hoc adagio obliti ſortis noſtræ, majora conati, quàm pro noſtra facultate. Sumptum ab Aſino illo Cumano, qui leonis exuvium indutus, pro leone ſe geſſit. Sed poſtea agnitus, miſerè vapulavit. Horatius:

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Et merito, quoniam in propria non pelle quieſſem.

Martialis in ſutorem quendam, qui ad ſummas divitias evectus, ut venti erant, ita velum in altum ſuſtulit: Deinde rurſus largitionibus ſuis ad priſtinum inopiam redactus fuit, ut nihil jam eſſet, niſi cerdo:

Luſiſti, ſatis eſt, ſed te, mihi crede, memento,
Intra pelliculam cerdo tenere tuam.

57. *Pennas nido majores extendit.*

Sijn wiecken werden kloeck.
Sijns Vaders kantoor is hem te kleyn.

Hoc eſt, rem fortunamque, quam mediocrem aut tenuem à majoribus accepit, auctiorem reddit. Quod quidem ſi virtute fiat, ſumma laus eſt, tantum abeſt, ut vitio dandum exiſtimem. Horatius:

Me libertino natum patre, & in tenui re
Majores pennas nido extendiſſe loqueris:
Vt quantum generi demas, virtutibus addas.

Tranſlatum ab avium pullis, qui ſic grandeſcunt ſubnaſcentibus plumis, ut in materno nido capi non poſſint.

58. *In tuum ipſius ſinum inſpue.*

Spuwt in u ſelfs boeſem.

Admonet, ut propriorum malorum recordatione, deſiſtamus aliorum vitia acerbius carpere. Salivas enim Perſius luſtrales vocat, ut quibus vitia expientur.

59. *Noſce teipſum.*

Γνῶθι σεαυτόν.

De meeſte wijſheyt diemen vindt/
Dat een man hem ſelven kent.

Modeſtiæ mediocritatiſque nos admonet, ne nobis majora, vel etiam indigna ſequamur. Thales autem rogatus quidnam eſſet difficile: *Seipſum noſſe*, inquit. Ovidius de Arte amandi:

—— *Fama celebrata per orbem*
Littera, cognoſci quæ ſibi quemque jubet.

Juvenalis:

A cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

60. *Ne quid nimis.*

Μηδὲν ἄγαν.

Alle dinck op maten/
Die dat kan / het ſal hem baten.

Moderata enim perſtant & immoderata concidunt. *Eſtque*, ut Terentianus ille Soſias inquit, *apprimè in vita utile, ut ne quid nimis:* ſiquidem & Plauto autore, *Modus omnibus in rebus eſt.* Huc autem ſpectat Horatianum illud:

Eſt modus in rebus ſunt certi denique fines:
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Omnium modus optimus eſt.

Πάντων μέτρον ἄριστον.

't Is een wijs Man/ die maet ramen kan.

61. *Sponde, noxa præſto eſt.*

Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη.

Borgen maeckt ſorghen.
Dat men wordt borgh / dat maeckt ſorgh.

Docet non facile pro alio fidejubendum eſſe. Nam qui pro altero fidejubet, id pollicetur quod non ſit in ipſo ſitum præſtare, nempe fidem alienam. Fidejubemus enim pro eo cui creditur pecunia, & ſæpe fit, ut fidejuſſor cogatur ſolvere, atque creditori ſuam numerare pecuniam. Noſtrates ex fidejuſſione curas enaſci dicunt.

62. *Novit quid album, quid nigrum.*

Οἶδε τὸ λευκὸν, καὶ τὸ μέλαν.

Hy weet goet ende quaet.
Hy kent ſtraten voor ſtegen.

Novit diſcrimen recti, pravique. Tractum à priſcis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores noverant, album & nigrum, teſte Pompeio.

63. *Albus an ater ſis, neſcio.*

Ick ken u groot noch kleyn.

De vehementer ignotis dicebatur, **Ick ken u ter Werelt Godts niet, God ken u in deuchden.** Catullus in Cæſarem:

Nil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Nil nimium ſtudeo, Cæſar, tibi velle placere:
Nec ſcire utrum ſis, albus, an ater homo.

64. *Non novi natum.*

Ick ken hem niet dat hy geboren is.

Pro eo quod eſt, prorſus ac modis omnibus ignoro. Ariſtophanes in Veſpis: ὃς ἐμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ᾔδει, id eſt, *Qui me ne vivum quidem noviſſet.* **Hy ſoude my niet gekent hebben/ dat ick levendich Man waer geweeſt.**

65. *Odi memorem compotorem.*

Μισῶ μνήμονα συμπότην.

Men ſal geen droncken reden ophalen.

In eos dicitur, qui quæ inter amicos, & inter pocula liberius dicuntur, foras eliminant. Id quod Horatio pugnare videtur cum jucundi convivii commoditatibus, ubi vult, ne fidos inter amicos ſit, qui dicta foras eliminet.

66. *Duabus ſedere ſellis.*

Op twee banen klooten.

Hoc eſt, Incertarum eſſe partium, & ancipiti fide, ambabus ſatisfacere velle. Turpiſſimum autem eſt, cum utraque parte colludere. Laberius Mimus in ſenatum à Cæſare lectus, cum à Cicerone ad conſeſſum non reciperetur, dicente: *Reciperem te, niſi anguſtè ſederemus*, nimis mordaciter reſpondit: *Atqui ſolebas duabus ſellis ſedere*, objiciens tanto viro lubricum fidei.

67. *Duos parietes de eadem dealbare fidelia.*

Twee vogelen ſchieten met een bout.

Eſt eadem re duplicem velle inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri. Tractum videtur ab his, qui parietibus opus albarium ſuperinducunt. Legitur &, Δύο τοίχους ἀλείφεις, *Duos linis parietes*, **Gy kaetſt over beyde zyden.** In eos, qui in factionibus utriſque partibus blandiuntur.

68. *Unica filiâ duos parare generos.*

Twee Swagers met een Dochter maken.

Ubi quis idem beneficium duobus ſimul pollicetur, aut pro eodem officio quod alteri præſtiterit, à duobus gratiam repoſcit. Simile planè priori eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

69. *Neſcis quid ſerus veſper vehat.*

Wy ſien malkander noch van achteren niet.

Admonet, ne ulla de re ſecuri ſimus, priuſquàm exitum viderimus. Unde & noſtrates ſubinde quoque dicunt, *nondum diem decurriſſe ad veſperam*, **Den dach en is noch ten avont niet** / quando diverſum poſſe accidere exitum ſignificant. Alioqui ex eo adagium ſumunt, quòd qui de re aliqua agunt ac paciſcuntur, nondum alter ab altero digreſſi ſunt, ita ut à tergo conſpiciantur.

70. *Plurêis Thyrſigeros, paucos eſt cernere Bacchos.*

Πολλοί τοι ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε βάκχοι.

Men vint veel grijſen / maer luttel wijſen.

Significat compluribus adeſſe virtutis inſignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent. Tranſlatum à cerimoniis Bacchanalium, in quibus thyrſos, hoc eſt, haſtas quaſdam viteas quatiebant, afflati furore. Noſtrates non continuò ſapientes dicunt, qui canos habent.

71. *Non omnes qui habent citharam, ſunt citharœdi.*

't Zijn al geen kocks / die langhe meſſen dragen.

Eadem ſententia, ſed metaphora diverſa. Poteſt in avaros torqueri, ſi neges eos divites, qui poſſident opes, ſed qui recte norint uti. Uti non eſt citharœdus, quiſquis tenet citharam, ſed qui cithara recte noverit uti: Non is egregius rex eſt, cui contigit amplum imperium, ſed qui ſciat adminiſtrare.

72. *Plurêis Thriobolos, paucos eſt cernerè Vates.*

Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

't Zijn al geen Doctoren die roode mutſen dragen.

Simile carmen eſt ſuperiori, eodem modo Græcis celebratum. Philocorus apud Zenodotum autor eſt olim tres nymphas Apollinis nutrices *Thrias* fuiſſe vocatas, & poſtea receptum eſſe, ut calculi ſorteſque divinorum *Thriæ* vocarentur. Unde *Thrioboli* dicti ſunt, qui *Thrias* in urnam divinam jaciunt,

73. Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

73. *Qui tauros ſtimulent multi, ſed rarus arator.*

Πολλοὶ βουκένται, ταῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες.

'tZijn al geen Lants-knechten / die lange ſpieſſen draghen.

Conſimilem habet & hic verſus ſententiam. Multi enim præ ſe ferunt, quod non ſunt. Antiquitus autem arabant bubus, quos extimulabant prælonga arundine, aut haſtili cuſpide quapiam acuminato.

74. *Simia purpurata.*

Πίθηκος ἐν πορφύρα.

Een ſchoone kaſſe ſonder heylighdom.

In hos qui tametſi magnifico cultu ſint ornati, tamen cujuſmodi ſint, ex ipſo vultu moribuſque cognoſcitur: Vel in hos quibus dignitas indecora additur: Vel quoties rei per ſe fœdæ, aſcititia peregrinaque ornamenta indecenter admoventur. Quid enim tam ridiculum, quam ſimia veſtita purpurea veſte?

75. *Simia ſemper ſimia, etiamſi aurea geſtet inſignia.*

Πίθηκος ὁ πίθηκος κἂν χρύσεα ἔχῃ σύμβολα.

Set een Vorſch op een ſtoel /
Hy ſpringht terſtont weder in den poel.

Docet fortunæ ornamenta non mutare hominis ingenium. In D. Eraſmi Chiliadibus lege fabulam de ſimiis choreas ducentibus, quæ ad projectas nuces continuò id eſſe cœperunt, quod erant.

76. *Aſinus ad Cumanos.*

Ὄνος παρὰ κυμαίους.

Hy laet hem vry wat duncken.

In eos, quibus honos aliquis præter meritum additus à fortuna, tumorem & inſolentiam, ita ut ferè fit, conciliat.

77. *Aſinus Cumanus eſt.*

Hy houdt de geck noch binnen.

In eos, qui cum ſint inepti, ridiculique, tamen apud ignotos ipſa novitate habentur in precio. Dicunt quoque noſtrates:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tes: **'t Schijnt een heel dier te weſen.** Nota autem fabula de aſino eſt, qui ſe apud Cumanos geſſit pro leone.

78. *Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit.*

Ὁ θυμὸς ἔσχατον γηράσκει.

Op oude Vyanden blijft ſomtijts quade gront.
Daer quade gront plach te zijn / daer blijft een quaet wortelken ſomtijts.

Huic diverſum eſt illud Ariſtotelis apophthegma, qui, Autore Laërtio, rogatus, quæ res quam ocyſſimè conſeneſceret, reſpondit, beneficium. M. Tullius utrumque complexus, ſic ait:

79. *Cui placet obliviſcitur: Cui dolet meminit.*

Weldaet vergaet: Ondeucht wert verheucht.

Nam vulgò mortales injuriæ tenaciſſimè meminiſſe ſolent; benefactorum quam facillimè obliviſci.

80. *Si vultur es, cadaver expecta.*

Wilt gy mijn Erf / ſoo wacht dat ick ſterf.
By mijn levende lijve / behoortmen om d'Erf niet te kyven.

Captatores teſtamentorum & hæredipetæ, vulgata metaphora, *vultures* appellantur, quòd ſenibus orbis, ceu cadaveribus inhient, obſequiis tantum & adulationibus aucupando, ut miſceantur teſtamento. Verùm qui divites accuſant, aut veneno audent de medio tollere, *Milvii* vocantur. Martialis:

Cujus vulturis hoc erit cadaver?

81. *Corvum deluſit hiantem.*

Daer heefter vijf mis ghetaſt.

Haud diſſimili figura dictum eſt ab Horatio in eum, qui captatorem ſuum fruſtratus fuerat: nam & corvus cadaveribus inhiat. Noſtrates *quinque fruſtratos in re apprehendenda dicunt*, numerum ſignificantes digitorum.

82. *Cornicari.*

Κρώζειν.

Crap-becken.

Inhiare prædæ, aut ineptè garrire eſt. *Scio quid cornicerіs*, **Ick verſta u Crap-becken ende u kakelen wel.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

83. *In vino veritas.*

Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.

Een droncken mont/

Spreeckt 's herten gront.

Significat ebrietatem animi fucum tollere, & quicquid in pectore conditum eſt, in apertum proferre. Horatius in arte Poëtica:

> *Reges dicuntur multis urgere culullis,*
> *Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborent,*
> *An ſit amicitiâ dignus.* ——

Rurſum alibi:

> *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.*

Celebratur à Græcis hæc quoque ſententia proverbialis Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώσσης τοῦ μεθύοντος, id eſt, *Quod in corde ſobrii, id in lingua ebrii.*

84. *Bos in lingua.*

Βοῦς ἐπὶ γλώττης.

Hem is een ſtuck ſpecks in de mont geworpen.

In eos, qui non audent liberè, quod ſentiunt, dicere. Hinc ortum quod Athenienſium numiſma quondam bovis obtinuit figuram. Plautus in Perſa:

> *Boves bini hic ſunt in crumena.*

Qui itaque pecunia corrupti loqui non audebant, *bovem in lingua habere* dicebantur.

85. *Argentanginam patitur.*

Ἀργυράγχην πάσχει.

Hy heeft die gelt-ſucht.

Ejuſdem ſenſus cum ſuperiore eſt. Natum à Demoſthene, qui cum diei unius reticentiam Mileſiorum legatis viginti talentis vendidiſſet, hoc eſt, duodecim coronatorum millibus, poſtero die prodiit in concionem, collo multa lana obducto, ut qui anginam pateretur. Quidam verò è populo, cui ſimulatio ſubolebat, exclamabat eum non συνάγχην, ſed ἀργυράγχην pati. Eſt autem *ſynanche* quod vulgo *ſquinantiam* vocant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

86. *Equus me portat, alit rex.*

Ἵππος μὲ φέρει, βασιλεὺς μὲ τρέφει.

Wil ick beter dan wel?

Juvenis quidam ſub rege Philippo ſtipendia faciens, cùm admoneretur ut miſſionem peteret, ſeſeque à militia abdicaret, his verbis ſe facturum negavit, ſignificans ſe commodiſſimè vivere, ut qui & pedibus alienis ingrederetur, & aliena pecunia paſceretur. Huc alluſit Horatius in epiſtolis,

—— Rectius hoc, &
Splendidius multo eſt, equus ut me portet, alat rex.

87. *Etiam corchorus inter olera.*

Καὶ κόρχορος ἐν λαχάνοις.

Vliegh wil oock een vogel zijn.

Dici ſolitum in homines nullius precii, qui tamen in numero aliquo ſtudeant haberi. Nam *Corchorus* oleris genus eſt viliſſimi, Autore Plinio.

88. *Graculus inter muſas.*

Κολοιὸς ἐν ταῖς μούσαις.

Als een uyl by luyden van eeren.

Indoctus inter doctiſſimos: Infantiſſimus inter eloquentiſſimos. Rectè dicetur & in hominem oſtentatione falſæ doctrinæ ſeſe jactitantem: & viris eruditis impudenter obſtrepenti. Eſt enim *Graculus* avis minimè canora, ſed tamen odiosè garrula, atque obſtrepera. Confine eſt his hoc Virgilianum: *Sed argutos interſtrepit anſer olores.* **Al die ſnap is hem.**

89. *In lente unguentum.*

Τὸν ἐν φακῇ μύρον.

't Komt niet ter ſnee.

Dicetur ubi plura inter ſe diſſimilia miſcentur: Aut in hominem, aut rem quampiam, quæ neutiquam in tempore adhibeatur iis, quibus minime congruit. Veluti ſi Philoſophum juvenum laſcivientium convivio miſceas: Aut inter pocula de rebus gravibus, ac Theologicis diſputare incipias. Lenticulæ enim vili legumini, non convenit odoratum admiſcere oleum aut unguentum.

90. *An-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

90. *Annulus aureus in naribus ſuis.*

Dat is mis-ſet.

Ubi res quæpiam per ſe præclara, illic adhibetur, ubi minimè addecet. Ut ſi ſtulto contingant opes, fatuæ forma, genus ignavo, eloquentia viro improbo, magiſtratus imperito. Noſtrate linguâ hoc ſonat, quaſi inter collimandum dicas aberratum eſſe, ſumpta à ſagittariis parœmia, dum infeliciter jaculantur, non eò ſagittam immittentes, quò oportuit.

91. *In eburna vagina plumbeus gladius.*

Ἐν ἐλεφαντίνῳ κολεῷ τὸ μολύβδινον ξίφος.

Hy is te ſchoon / om ſoo leelijck te ſpreecken.

Confine ſuperiori eſt, natum ex Diogenis Cynici apophthegmate. Nam cùm adoleſcens quiſpiam inſigni forma, fœdum quiddam atque obſcœnum dixiſſet; *Ex eburna*, inquit, *vagina, plumbeum educis gladium.* Germanicæ parœmiæ gratia omnis, in verborum antitheſi eſt.

92. *Omnia octo.*

Ἅπαντ' ὀκτώ.

Alle dinck is ſeven.

Cùm nihil deeſſe ſignificamus, aut cùm multa inter ſe ſimilia videntur: natum ex Steſichori poëtæ monumento, diligenti quadam ratione ex omnibus octonis conſtructo, octo columnis, octo gradibus, angulis octo. Hinc & in taxillorum ludo *octonarius*, *Steſichorius numerus* vocatur. Delectatum apparet hoc adagio Heliogabalum imperatorem, qui ſimul ad cœnam vocare ſolitus eſt octo calvos, octo luſcos, octo podagroſos, octo ſurdos, octo nigros, octo prælongos, & octo præpingues & obeſos. Noſtrates hîc ſubſtituunt *ſeptenarium.*

93. *Omnia idem pulvis.*

Πάντα μία κόνις.

't Is al een alloy.

De indiſcreta ſimilitudine. Confine illi, quod alio dicetur loco: *Ejuſdem farinæ.* Alluſio ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet diſcriminis.

94. *Cur-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

94. *Currus bovem trahit.*

Ἡ ἅμαξα τ̀ὸν βοῦν ἐλαύνει.

't Is de Windt tegen de keer /
Die kuyckens boven de Wou.

De re quæ præpoſterè geritur. Veluti ſi uxor præſcribat marito, diſcipulus præceptori: aut ſi populus imperet principi. Tranſlata metaphora à plauſtris per declive retro labentibus. Noſtrates pullos ferunt eſſe ſupra milvium, vel rerum ordinem inverſum eſſe.

95. *Ab equis ad aſinos.*

Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους.

Van den Os op den Ezel.

Ubi quis à ſtudiis honeſtioribus, ad parum honeſta deflectit. Veluti ſi ex œconomo fias coquus, è mercatore caupo, ex Theologo Grammaticus. Apud noſtrates tamen inconſtantiam potiſſimum ſignificat. Simile illi: *Optat ephippia bos piger.*

96. *Ab aſinis ad boves tranſcendere.*

Opgetrocken werden.

Superiori hoc diverſum eſt, nempè ex humiliore conditione ad ditiorum partes tranſire. Noſtrates hoc vocant, extolli aut evehi.

97. *Ab aſino delapſus.*

Ἀπ' ὄνου καταπεσών.

Hy is 't Schaep quijt.

In eos dicitur, qui inconſultè quippiam agunt, & imperitè: aut in eos, qui à præſentibus commodis, quibus ob inſcitiam uti neſciunt, excidunt.

98. *Terræ onus.*

Γῆς βάρος.

Die 't broot helpt uyt de ſchimmel eeten.

De homine vehementer inutili, qui nihil aliud quàm terram ſuo pondere gravet, natum ex hoc Homerico,

Ἀλλ' ἧμαι παρὰ νηυσὶν ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.
Navibus aſſideo telluris inutile pondus.

99. *Ara-*

99. *Arabicus tibicen.*

Ἀράβιος αὐλητής.

Dit ſal een begin weſen ſonder eynde.

In eos dici ſolitum, qui à ſemel cœptis nunquam deſiſtant. Quod vitii Flaccus cantoribus peculiare eſſe ſcripſit. Dicunt & hic noſtrates: **Ghy moocht hem ſpreeckende maecken / maer niet doen ſwijgen.**

100. *Artem quævis alit terra.*

Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Die wat kan mach alle Heeren over.
Ambachts-man / Graefs-man.

Proverbialis ſententia, qua ſignificatum eſt, certiſſimum viaticum eſſe eruditionem, aut artificium aliquod. Nam hæc neque eripi poſſunt à latronibus, neque gravant circumferentem, quocunque terrarum abeas te comitantia.

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA VIII.

1. *Non eras in hoc albo.*

Ghy waert in dit Spel niet gereeckent.

Hoc eſt, *Non eras in hoc numero.* Tranſlatum ab alba tabula, in qua quondam ſcribebantur nomina judicum. Plinius: *Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo,* non eras in eorum numero, quos hæc lecturos credebam.

2. *Oleo tranquilliorem te reddam.*

Ick ſal u ſlaen of maecken / dat ghy Oly piſt.

Hoc eſt, Iracundiam illam omnem tibi excuſſero, faciamque, ut ingenio ſis prorſus bono, ac leni. Sumpta eſt metaphora ab olei natura, quo nihil magis tacitum, magiſque lene.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

3. *Auricula infima mollior eſt.*

Gy ſoudt hem om u vinger winden.

Simile eſt priori. Sumpta metaphora ab ea auriculæ parte, qua non eſt aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiuſque. Noſtrates à ſic lenta re ſumunt parœmiam, ut vel circum digitos inflecti poſſit.

4. *Apio molliorem te fecero.*

Ἀπίου πεπαίτερον ποιήσω.

5. *Spongia molliorem te reddidero.*

Τῆς σπογγιᾶς μαλακώτερον.

Ick ſal u hooft ſoo murruwe ſlaen/ als een verrotten Appel.

Ejuſdem generis ſunt & hæc. Comicus quidam:

Nicomache me iſti militi opponas velim,
Niſi pepona loris, quantus eſt, effecero:
Niſi ſpongia illi molliorem qualibet
Reddidero vultum. ——

6. *Felicibus ſunt & trimeſtres liberi.*

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τριμηνα παιδία.

Wat Rijcke luyden doen/ dat ſtaet hen wel.

Senarius proverbialis in Principum, ac divitum felicitatem, quibus per adulationem omnia laudi vertuntur, quique ſibi nihil non licere putant, adeò, ut quod in homine plebeio perinde ut ſummum ſcelus damnatur, in illis virtutis titulo celebretur. Natum ex Livia, quæ cum gravida Auguſto nupſiſſet, intra menſem tertium peperit Druſum Claudii Cæſaris patrem.

7. *Aurem vellere.*

In 't Oor bijten.
Een knick geven.

Aurem vellere, pro *admonere* uſurpamus, à priſco ritu ſumptum, quo in jus ducturi quempiam, aurem vellicabant, atteſtantes eum, quem quaſi teſtem meminiſſe volebant. Siquidem ut frons antiquitus erat ſacra Genio, ut digiti Minervæ, genua miſericordiæ, ita auris Memoriæ deæ. Virgilius in Sileno:

Cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Cum canerem reges & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit paſtorem, Tityre, pingues
Paſcere oportet oves, diductum dicere carmen.

8. *Alter Hercules.*

Οὗτος ἄλλος ἡρακλῆς.

Dit is een ſtercken drœgs. Een ſterck Carel.

De viro præſtrenuo, ac laborum tolerantiſſimo. Zenodotus narrat, Briareum, qui & ipſe Hercules dictus eſt, profectum Delphos, ſublatis inde theſauris aliquot, ac monumentis ex iis, quæ in eo loco ſervabantur, juxta veterem conſuetudinem, ad columnas, quas Herculis cognominant, ſeſe contuliſſe, atque itidem illis, quæ illic erant, fuiſſe potitum. Deinde Tyrium Herculem veniſſe Delphos, ut oraculum conſuleret; Deumque reſpondiſſe: Οὗτος ἄλλος ἡρακλῆς, atque oraculum in adagionem abiiſſe.

9. *Bipedum nequiſſimus.*

So quaden ſchalck als over twee voeten gaen mach.

De homine vehementer improbo & ſceleſto dicitur, quique vel pecudes nequitia ſuperet. Cicero in Clodium, pro domo ſua: *Hoc tu proſcriptore, hoc conſiliario, hoc miniſtro, omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo Remp. perdidiſti.*

10. *Adamantinus.*

Ἀδαμάντινος.

Een daermen niet op winnen mach.

Pro eo, qui eſt inexorabilis, aut infatigabilis. Proverbio autem locum fecit incredibilis hujus lapidis durities, adeò ut quicquid invictum atque inexpugnabile eſt, id *adamantinum* vocetur.

11. *Hic murus aheneus eſt.*

Hier mach niemant tegen.

Quæ ſolida, itaque ſignificamus firma, ut adverſum ea nemo quiſquam valiturus ſit, ea vocamus ferrea, aut ahenea. Horatius epiſtola prima:

——— *Pueri ludentes, rex eris, ajunt,*
Si recte facies, hic murus aheneus eſto.

De decreto animi non convellendo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

12. *Non eſt mihi cornea fibra.*

Ick ben ſoo ongevoeligh niet.

Hoc eſt, Non careo hominis affectibus, neque tam ſum immobilis, ut nullis rationibus movear. Hemiſtichium Perſianum eſt. Cornua verò duriſſima cum ſint, & ſenſu careant, ab ipſis ſumpta metaphora eſt. Fibræ autem ſunt, quas noſtrate lingua vocamus, **die pijpen** / quæ jecur dividunt, atque etiam ipſi in corde ac pulmone meatus.

13. *Ajacis riſus.*

Αἰάντειος γέλως.

Een lach die op ſchreyen uyt komen wil.

In eos, qui temerè & vecorditer rident. Veluti Ajax, qui furore correptus atque inſaniens, cùm duos quoſdam maximos ſues è trabe ſuſpenſos flagris cæderet, arbitratus hos eſſe Agamemnonem & Ulyſſem, plurimo cum riſu his inſultavit, addens plauſtra conviciorum: Deinde poſtquam reſipuiſſet, partim pudore, partim metu ſibi mortem conſcivit.

14. *Canis vindictam.*

Κυνὸς δίκην.

't Sal u noch uytgekorent werden.

Subaudiendum *patieris*, aut aliud commodius. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui dum interfectores regii canis à mulcta liberârat, à canibus regiis diſcerptus atque devoratus, interiit.

15. *In tuo regno es.*

Hier zijt ghy de meeſter.

Qúod cujuſque privatum eſt, id regnum ejus dicitur. Inde & Melibœus Virgilianus:

Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas.

Scævola apud Ciceronem in Oratore: *Id, niſi in tuo regno eſſemus, non tuliſſemus.*

16. *Suarum quiſque ædium rex eſt.*

Elck is een Koninck in 't ſijn.

Hoc eſt, in ſua quiſque re dominatur, atque imperium habet.

17. *In tuo luco & fano ſitum eſt & hoc.*

Dat komt aen u.

Pro eo quod eſt in tua poteſtate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. Tranſlatum à fanis & lucis numinibus dicatis.

18. *Intra meas præſepes.*

In behouden haben. In mijn poot.

Plautus in Caſina: *Scit, ſi id impetret, futurum, quod amat intra præſepes ſuas*, pro eo quod eſt, certum & paratum. Nam quod intra ſepta noſtra clauſum ſit, id tutò, certóque poſſidemus.

19. *In ære meo eſt.*

Hy is aen my gehouden.

Quem nobis officiis obſtrictum ſignificamus, ita ut jam totus certóque noſter ſit. Cicero in epiſtolis: *Et me herclè ſemper ſic in animo habui, te in ære meo eſſe, propter Lamiæ noſtri conjunctionem & ſingularem neceſſitudinem.* Germanicè eſt, quaſi dicas aliquem teneri ad referendam gratiam.

20. *A teneris unguiculis.*

Ἀπὸ τῶν ἁπαλῶν ὀνύχων.

Van kindts been.

Pro eo quod eſt à prima pueritia. Tranſlatum à catulis, quorum unguiculi nondum duruerunt. Flaccus in Odis:

Et inceſtos amores De tenero meditatur ungui.

21. *Ab incunabilis fur fuit.*

Hy heeft 'et uyt ſijn moeders borſten geſogen.

Id eſt, à primis vitæ rudimentis. T. Livius: *Ab incunabulis imbutum odio tribunorum.* Virgilius:

——— *Gentis cunabula noſtræ.*

22. *Ante victoriam encomium canis.*

Πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις.

Ghy roept al harinck eer hy in 't net is.
Heet broot eer 't in den oven is.

In eum competit, qui præproperè gloriatur, nondum confecta re. Latinus à militia: Germanicè ex halecariis navibus parœmiam ſumimus, aut etiam à piſtoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

23. *Omnes attrahens, ut magnes lapis.*

Πάντας γ' ὑφέλκων, οἷα μαγνῆτις λίθος.

Aenvallich van weeſen / hy kan de luyden van ſijn hals niet weeren.

Metahaphora ducta à natura lapidis, ferrum ad ſe attrahentis. Confine eſt illi, quod alibi diximus: *Ad ſe attrahens, ut Cæcias nubes.*

24. *In ſylvam ligna ferre.*

Water in Zee brengen: Sparren in Noorwegen.

Aliquem iis rebus augere velle, quibus ipſe maximè abundat. Horatius in ſermonibus:

Atque ego cùm Græcos facerem, natus mare citra,
Verſiculos, vetuit me tali voce Quirinus,
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera,
In ſylvam ne ligna feras, inſanius ac ſi
Græcorum malis magnas implere catervas.

25. *Lumen ſoli mutuas.*

τὸ φῶς ἡλίῳ δανείζεις.

Ghy geeſt u rijcker.

Cum docemus doctiſſimum, damus ditiori, monemus vehementer prudentem: Aut cùm conamur exponere quæ per ſe clariſſima ſunt. Noſtrates hîc hanc circumferunt ſententiam: **Die ſijn rijcker geeſt / of wijſer leert / is dickmael van de wegh gekeert.**

26. *Fontes ipſi ſitiunt.*

De Zee is ſonder water.

Ironia proverbialis in eos, qui petunt ab aliis, quod ipſis affatim abundat. Cicero ad Q. Fratrem: *Tibi, quod rogas, quando ipſi fontes jam ſitiunt, ſi quid habeo ſpatii, ſcribam.* Significat fratrem magis abundare verſibus, quos tamen à ſe petat, perinde quaſi carminum indigens.

27. *Ipſa olera olla legit.*

't Is de piep haer ſchult / 't Is van de pot.

In eos quadrabit, qui ſuum ipſorum vitium in aliud quippiam rejiciunt: aut qui ſic ad ſcelus aliquod facti ſunt, ut non poſſint non peccare. *Nam olla coquendis oleribus nata eſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Vel quod abſurdiſſimum ſit, ſi quis dicat ollam legere olera, quæ non coquet, niſi quis immiſerit. Non igitur olla in cauſa eſt, ſed qui immiſit mala olera.

28. *Oedipi imprecatio.*

οἰδίποδος ἀρά.

Moeders vloeckt

De tragicis & ingentibus malis. Hinc ortum quòd Eteocles & Polynices, de more, patri ex unoquoque ſacro partem anteriorem mittebant. Cùm autem aliquando per imprudentiam atque incogitantiam, coxam, hoc eſt, poſteriorem partem, miſiſſent, ille exiſtimans id contumeliæ cauſa factum, imprecationibus diris eos execratus eſt. Alii juſta de cauſa factas execrationes narrant, neque eas fuiſſe irritas, nam fratres ipſi mutua nece perierunt: Mater ſibi mortem conſcivit: ipſe Oedipus fulmine ictus interiit.

29. *Efficimus pro noſtris opibus mœnia.*

Kleyne vogelkens maken kleyne neſtkens.

Quadrat in tenui fortuna parviſque facultatibus homines, qui tamen ipſi quoque pro rei modulo vivunt lautè. Eſt autem Plautinum.

30. *Omnium rerum viciſſitudo eſt.*

Alle wedden hebben haer weer wedden.

Significat in rebus mortalium nihil eſſe perpetuum, nihil ſtabile, ſed omnia velut æſtuario quodam fluxu ac refluxu decedere atque accedere. Sententia Terentiana eſt ex Eunucho. Tractum videtur adagium ex Æſopi reſponſo, qui interrogatus quid faceret Jupiter, reſpondit: τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ, id eſt, *Deprimit excelſa, & extollit humilia.* Noſtrates hic quoque dicunt, **Bergen worden dalen / ende dalen bergen.**

31. *Jucunda viciſſitudo rerum.*

Μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

Veranderingh van ſpijs doet wel eeten.

Niet langh op een.

Ejuſmodi ſenſus humani faſtidium ſignificat, & eam rerum naturam, ut nihil eſſe poſſit tam ſuave, quod non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

abeat in nauſeam, ſi paulo diutius utare: Nihil tam egregium, quod idem diu placere poſſit. Hinc Mimus ille Publianus: *Nil jucundum, niſi quod commendat varietas.* Hinc & Juvenalis, Voluptates commendare dicit rariorem uſum. Et apud Virgilium:

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

32. *Invitis canibus venari difficile eſt.*

't Is quaet jagen met onwillige Honden.

Significat non ſat feliciter ſuccedere, quod à nolentibus extorquetur, neque eorum officio utendum, qui non ex animo nobis operam ſuam commodant.

33. *Invitos boves in plauſtra inducere incommodum eſt.*

Met onwillige Peerden iſt quaet rijden.

Eandem planè ſignificationem habet, bubus invitis plauſtrum ducere, aut invitis equis plauſtrum agere.

34. *Velocem tardus aſſequitur.*

Κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν.

Sonder voeten onder-gaet hy hem de wech.

In eum competet, qui viribus imbecillior, arte atque ingenio vincit potentiorem. Sic Vulcanus claudus Martem Deorum fortiſſimum ſuperavit, detecto ejus cum Venere adulterio.

35. *Aquilam teſtudo vincit.*

Die ſtadige voet draeght over wech.
Die ſtadige Jager vanght het wilt.

Ubi quis, quod viribus non poteſt, id aſſiduitate conficit.

36. *Intempeſtiva benevolentia nihil à ſimultate differt.*

Ἄκαιρος εὔνοι᾽ οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

Van vriendtſchap een t' ontijde gedaen/
Plachtmen luttel dancks t' ontſaen.

Quadrabit in eos, qui dum officioſi ſtudent eſſe, non habita temporis ratione, nocent, aut moleſti ſunt ſedulitate.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

37. *Noſce tempus.*

Γνῶθι καιρόν.

Neemt u ſlach waer. Smeet het yſer als 't heet is.

Tantam vim habet opportunitas, ut ex honeſto inhoneſtum, ex damno lucrum, ex beneficio maleficium faciat, & contra, breviterque rerum omnium naturam permutet. Germanicum adagium natum videtur à fabris ferrariis, qui nonnunquam terni, aut etiam ſeni idem ferrum percutiunt, idque ſuo quemque numero ac juſto temporis puncto ferire oportet.

38. *Olet lucernam.*

Τὸν λύχνον ὄζει.

Daer is ſlaep om gebroocken.

De re meditata, multoque ſtudio elucubrata. Inde dictum, quòd ſtudioſi ad lucernam vigilantes ſoleant elaborare, ſi quid accuratius velint excudere. De Demoſthene autem illud celebratur elogium, quod plus conſumpſerit olei, quam vini: Erat enim abſtemius & ὑδροπότης.

39. *Ariſtophanis & Cleanthis lucernam olet.*

Daer is te deghen 't hooft over gebroken.

Ariſtophanis & Cleanthis lucerna, propter inſignem ſtudii diligentiam in proverbium abiit. Dicetur autem de re ſummo ſtudio lucubrata, & in qua exquiſita curâ ſingula penſitata ſunt.

40. *De plauſtro loqui.*

Ἐξ ἁμάξης λαλεῖν.

Deur noch venſter aenſien.

De plauſtro loqui dicetur, qui quælibet in quemvis opprobria dicere ſævus eſt, palàm ac liberè conviciando: nam libertas veteris comœdiæ, non ſolum civium primates, verum etiam Deos nominatim taxabat. Quoniam autem hujuſmodi fabulæ in plauſtris agebantur, inde natum adagium eſt. Germanicè ſumptum videtur ab eo, qui liberè adeò conviciatur, ut neque de janua cogitet, neque de feneſtra, qua effugiendum foret, ſi qui gravius iraſcerentur.

41. *Plauſtra conviciis onuſta effundebant.*

Καὶ ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδαζαν.

Sy ſeyden malkander ongewaſſen.

Sy ſchooten malkander tot de veeren toe in 't lijf.

Significat ὑπερβολικῶς tantum conviciorum, quantum plauſtro vehi poſſit. Quæ quidem ipſa figurâ ad proverbii naturam pertinet, cùm dicemus plauſtra promiſſis onuſta, & naves pollicitis onuſtas, pro maximis ampliſſimiſque promiſſis.

42. *Tollat te, qui non novit.*

Wy raecken malkander niet.

Si cujus dolos jam non ignotos eſſe nobis ſignificabimus, neque poſthac nos ab illo poſſe falli. Sumptum à plano Horatiano, de quo ſic habes:

Nec ſemel irriſus, triviis attollere curat
Fracto crure planum, licet illi plurima manet
Lachryma, per ſanctum dicat juratus Oſirim.
Credite, non ludo, crudeles tollite claudum:
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

Eſt autem dictio Græca πλάνος, ſignificatque tum erronem, tum impoſtorem: *Tollat eum, qui non novit, quærat peregrinum.* **Wijſt hem een ander toe.**

43. *Oppedere paupertati.*

Schijten in de armoede.

Van genen armoede / niet dan van weelde weten.

Sic apud Ariſtophanem, τῆς πενίας ἀντιπαπερδεῖν, hoc eſt, paupertati oppedere dicuntur, quòd jam divites facti paupertatem negligere poſſent. Horatius in ſermonibus:

Vin' tu curtis Iudæis oppedere?

44. *In antro Trophonii vaticinatus eſt.*

Ἐκ τροφωνίου μεμάντευται.

't Is een Suyr-mondt / hy ſiet of hy ſacken ſcheuren ſoude.

De homine vehementer triſti tetricóque, propterea quod olim creditum eſt, eum, qui in Trophonii ſpecum deſcendiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

diſſet, poſtea nunquam ridere. Ajunt autem Trophonium in ſecandis ſaxis ſummum artificem fuiſſe, fanumque ſubterraneum extruxiſſe in Lebadia Bœotiæ regione, quod Trophonii vulgo cognominatum eſt, nimirum ab artifice. Dein, qui ſciſcitarentur oracula, in aditu ſpecus ſedere ſolitos, nudos, atque inde flatu quodam abripi ſub terram.

45. *Excubiarum cauſſâ canens.*

Φρȣρᾶς ἄδων.

Die niet en ſlaept op ſijn getij.

In hominem diligentem & vigilantem. Inde ductum, quod qui excubias agunt, canere conſueverunt, veluti qui vigiliarum tædium cantu ſolentur, vel ne interim obdormiſcant.

46. *Sale emptum mancipium.*

Ἁλώνητον ἀνδράποδον.

Die op een ſtroo-wiſch is komen drijven.

In barbarum quempiam ac vilem homuncionem olim dicebatur. Nam negotiatores olim in mediterranea ſalem importantes, mancipia reportabant à barbaris. Et Thraciæ genti peculiaris erat mos, mancipia ſale commutare.

47. *Salis onus unde venerat, illuc abiit.*

Ἁλῶν ὁ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν, ἔνθ' ἔβη.

't Is gegaen ſoo 't gekomen was.

Sal abiit illuc, unde demanaverat. Senarius proverbialis in eos, qui parta tueri nequeunt: Aut in eos, quibus malè parta malè diſpereunt. Natum ex negotiatore, cujus ſal omne futilitate navis in aquam ſolutum fuit.

48. *Salem vehens, dormis?*

Ἅλας ἄγων, καθεύδεις;

Slaept ghy/ daer 't geldt koſt?

Quadrabit in eum, qui in re periculoſa ſocorditer atque indiligenter agit, propterea quòd ſal influxu ſentinæ facilè corrumpitur.

49. *Malè parta, malè dilabuntur.*

Qualijck gewonnen/ qualijck verteert.

't Gaet ſoo 't gekomen is.

Vulgatiſſima apud omnes ſententia, ipſa rei veritate

comprobata. Plautus in Pœnulo: *Malè partum, malè diſperit.*

50. *Qui ſeſe non habet, Samum habere poſtulat.*

Ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, σάμον θέλει.

Hy wil een ander regieren / die ſelf Stee-kint is.

In eos conveniet, qui impudenter quippiam poſtulant: ac qui minora curant majorum negligentes. Natum ab Athenienſibus, qui urbe victori tradita, poſtulârunt, ut Samum duntaxat ſibi relinqueret. Et is reſpondit, ad hunc modum: *Cùm veſtri fueritis, tum alios habere poſtulate.*

51. *Occultæ muſices nullus reſpectus.*

Οὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτου καὶ ἀφανοῦς μουσικῆς.

Een verhoolen ſchat / wat is dat?

Senſus eſt, quamvis egregias habeas dotes, ſi non proferas eas, ut & aliis proſis, perinde eſſe, quaſi non habeas. Quo videtur alluſiſſe Perſius, cùm ait:

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire, hoc ſciat alter.

Ovidius:

Tu licet & Thamyram ſuperes, atque Orphea cantu,
Non erit ignota gratia magna lyræ.

52. *Ficulnus homo.*

Ἀνὴρ σύκινος.

Die lijm noch looch over hem heeft.
Een houten-klick.

Sic hominem appellant inutilem ac debilem: nam lignum ficulnum ut fragile eſt, ita eſt & ad omnia inutile. Hinc & Ariſtophanes Deum ficulnum vocat imbecillum, & nullarum virium. Horatianus Priapus:

Olim, inquit, *truncus eram ficulnus, inutile lignum.*

Sic & *auxilium ficulnum* vocamus, quod contemnendum, nulliuſque momenti eſt.

53. *Lupi illum priores viderunt.*

Hy ſtaet of hy een lap in de mondt hadt.

In raucum dicitur, & cui vox repentè ſit adempta. Feſtivius erit, ſi torqueas in eos, qui metu alicujus obticeſcunt, alioqui feroces & loquaces admodum. Virgilius in Mœride:

——*Vox*

——— *Vox quoque Mœrim*
Iam fugit ipſa, lupi Mœrim vidêre priores.

Ferunt autem eam lupis ineſſe vim, ut ſi quem hominem priores viderint, ei vocem adimant:

Edere non poteris vocem, lupus eſt tibi viſus.

54. *Quæcunque in ſomnio videntur.*

Ὅσα ἐν ὀνείρῳ βλέπεις.

Al dat een droomen mach.

De votis immodicis dicitur. Nam quicquid optâris, id ſomniare contingit, ita ut infimæ ſortis homines nonnunquam reginarum ſomnient conjugium. Paſtor quidam apud Theocritum:

——— Ἔχω δέ τοι ὅσσα ἐν ὀνείρῳ
Φαίνονται, πολλὰς μὲν ὄϊς, πολλὰς δὲ χιμαίρας.
Poſſideo quæcunque ſolent ſub nocte videri,
Complureis & oves, multas idem ipſe capellas.

55. *Bona Porſenæ.*

Rooff-goet.

Bona Porſenæ dicebantur, quæ velut ab hoſtibus erepta, parvo veneunt. Eam appellationem Livius ſcribit ad ſuam uſque ætatem durâſſe. Dixerimus itaque: *Putatis hæc Porſenæ bona eſſe?* **Meent ghy dat het rooff-goet / of geſtoolen-goet is?**

56. *Stulta eſt cum leonibus ſocietas.*

't Vet wil altijt boven drijven.

't Is quaet kerſſen met Heeren te eeten.

Cùm omne commodum ad unum aliquem redit, reliquis vi fraudatis, qualis aliquando ſolet eſſe cum regibus aut præpotentibus, plebejæ ſortis hominibus. Notus eſt Æſopi de leone, aſino, & vulpe apologus.

57. *Ex tripode profectum eſt.*

Τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος.

't Is ſoo waer als Amen.

De iis, quæ vehementer vera, atque indubitata videri volumus. Tranſlatum à tripode vel Delphica, vel Pythia: nam hæc duo oracula ſummam olim apud homines fidem habuerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

58. *Folium Sibyllæ eſt.*

'T Is ſoo waer als 't heyligh Evangelij.

Eandem hoc vim habet Juvenalis:

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ,

Id eſt, rem indubitatam. Ariſtophanes:

Οὐ μετέχω τούτων. οὐ γὰρ ταῦτ' εἶπε σίβυλλα,

Haud equidem agnoſco, neque enim canit iſta Sibylla.

Dubitatis hoc Sibyllæ folium eſſe? Meent ghy dat het Fyen brieven zijn?

59. *Frater viro aderit.*

Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη.

Sy ſullen malkander byſtaen als Broeders.

De fido auxilio dici ſolitum, propterea quod in rebus periculoſis vix unquam frater fratri deeſſe ſolet.

60. *Ne temere Abydum.*

Μὴ εἰκῆ τὴν ἄβυδον.

Verſint / eer ghy begint.

Subauditur *naviges.* Admonet ne quod grave periculum ſuſcipiamus ſine cauſa idonea. Nam periculoſa erat in Abydum navigatio, propter fretum ſævum & aſperum. Germanica autem parœmia, conſulendum ſuadet, antequam quicquam aggrediaris.

61. *Una hirundo non efficit ver.*

Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ.

Eene Bonte-kray maeckt geen koude Winter.

Hoc eſt, Unus dies non ſat eſt ad parandam virtutem & eruditionem. In ſumma, quoties unum quiddam negamus valere in toto genere. Sumptum ab hirundinis natura, quæ veris eſt nuncia. Horatius:

Cum Zephyris & hirundine prima.

62. *Da mihi mutuum teſtimonium.*

Δάνεισόν μοι μαρτυρίαν.

Laten wy 't ſpeelen op ſoo goet weer.

Hoc eſt, Da mihi tuum teſtimonium, recepturus itidem meum, ſi quando deſiderabis. In eos rectè jaciendum, qui ſe mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

mutua talione laudant ac prædicant: aut qui mutuo ſtudio ſibi invicem ſuffragantur.

63. *Mutuum muli ſcabunt.*

't Zijn twee Ouwen/ die malkander klouwen.

Ubi improbi atque illaudati ſe viciſſim mirantur ac prædicant. Tranſlatum à mulis, qui ſicuti reliqua jumenta, ſeſe invicem dentibus ſcabere ſolent. Non videtur autem adagium aliter quàm in malam partem accipi poſſe, veluti ſi indoctum indoctus, deformem deformis, improbum improbus viciſſim laudet. Cujuſmodi fabulam memorat Horatius de duobus fratribus ſe mutuò ſcabientibus: inquiens,

Frater erat Romæ, conſulti rhetor, ut alter
Alterius ſermone meros audiret honores.
Gracchus ut hic illi foret, hic ut Mutius illi.

64. *Tradunt operas mutuas.*

Sy zijn malkander trouw ende dicht.

Terentianum eſt ex Phormione, de adoleſcentibus, qui ſe invicem in peccatis defenderent. Tranſlatum videtur ab agricolis vicinis, qui mutuam inter ſeſe operam commodare ſolent.

65. *Senes mutuum fricant.*

Sy geven malkander den Bal op.

Hoc eſt, mutuò ſeſe laudant ac prædicant.

66. *Fricantem refrica.*

Τὸν ξύοντα ἀντιξύειν.

Geeſter hem waer an.

Laetet onder u niet blijven.

Suidas ab aſinis metaphoram tranſlatam exiſtimat ſe invicem mordicantibus; & in utramque partem dici poſſe, aut de his, qui ſe mutuis officiis adjuvant, aut qui ſe mutuis contumeliis afficiunt. Germanica ſonant, quaſi dicas: perſolve illi mercedem dignam, aut mercem illi tradito, quæ pretio reſpondeat. Et in bonam partem: Ne ſinas te beneficiis ſuperari.

67. Fer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

67. *Ferrum ferro acuitur.*

בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד

't Een Yſer maeckt dat ander gladt.

Ad amuſſim quadrat hoc cum ſuperioribus, ſumptum ex Proverbiorum Salomonis cap. 27.

68. *Fuit & Mandronii ficulna navis.*

Ἐγένετο καὶ μάνδρωνι συκίνη ναῦς.

Sijn oude ſchoen verſleten/ heeft hy nu al vergeten.

In eos dici ſolitum, qui præter meritum ad fœlicitatem atque opes evecti, priſtinæ conditionis non meminerunt, ſed præſenti rerum ſucceſſu inſolentius abutuntur. A Mandrone quodam ſumptum, qui ex naviculario factus eſt imperator.

69. *Æqualem tibi uxorem quære.*

Τὴν κατὰ σεαυτὸν ἔλα.

Soeckt een ſchoen nae u voet.

Adagium monet, ne quis cupiditate aut ambitione allectus, ſe potentiorem ducat uxorem: nam ejuſmodi ferme connubia inauſpicato cedere. Unde hoc Pittaci apophthegma, γάμει ἐκ τῶν ὁμοίων, *Vxorem ducito ex æqualibus.* Ovidius:

Si qua velis aptè nubere, nube pari.

70. *Ne my quidem facere audet.*

Hy derft niet eens kicken.

Qui metu non auderent hiſcere, ii quondam negabantur ne my quidem facere audere. Putat autem Varro *muſſare* verbum deductum à *my* literæ vocabulo, quaſi μύζειν, propterea quòd muti non amplius ſonare queant, quàm *my.*

71. *Ne gry quidem loquitur.*

Μηδὲ γρῦ φθέγγεται.

Hy ſwijght ſtock ſtil.

Hyperbole item proverbialis, pro eo quod eſt, ne tantulum quidem. Nam *gry* minimum quiddam ſignificat, aut ſordes unguium, aut vocem ſuillam, quam edere ſolent ii, qui gravantur reſpondere. Germanicè baculo magis mutuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tuum dicimus, aut non plus loquentem, quàm ſtipes quiſpiam.

72. *Pili non facio.*

Ick vraegh daer niet een hayr nae.

Eſt Latinis familiaris hæc hyperbole: *Non facio pili. Ne pilo quidem melior*, cùm minimum quiddam momenti ſignificant. Catullus: *Non faciunt pili cohortem.* Cicero ad fratrem: *Ego enim ne pilo quidem minus te amabo.*

73. *Nauci non facio*

Ick acht dat niet een kruys.

Nauci eſſe, & *nauci facere*, pro eo quod eſt, *nihili eſſe*, & *nihili facere*, ſæpiculè apud Plautum reperietur. Plautus: *Qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.* Significat autem *nauci* eam membranulam, quæ viſitur in medio nucis juglandis interſita, aut certè rei cujuſvis putamen.

74. *Flocci non facio*, aut, *Flocci facio.*

75. *Hujus non facio.*

Ick vraegh daer niet een knip na

Ick vraegh daer een goet jaer na.

Ne tantuli quidem facere hæc ſignificant. *Floccus* enim particula lanæ eſt, quæ inutilis à vellere divellitur, atque evolat. Porro quod apud Terentium in Adelphis eſt: *Hujus quicquam non facio*, δεικτικῶς dicitur, ut ſit demonſtrantis floccum, aut ſtipulam, aut potius digituli crepitum.

76. *Vitioſa nuce non emam.*

Ick gaf daer niet een boon voor.

Sic apud Plautum in Milite: *Vitam tuam vitioſa nuce non emam*, **Ick gaf niet een boon voor u lijf.** Conſimile illi, quod legitur apud eundem Plautum: *Non ego iſtud verbum empſitem titivilitio.*

77. *Ne teruncium quidem inſumpſit.*

Hy heefter penninck noch helder af te koſt gehadt.

Eſt aliquoties apud Ciceronem hyperbole *teruncii*, quod apparet eſſe genus minutiſſimi nomiſmatis. Ad Atticum: *Atque etiam ſpero, toto anno imperii noſtri, teruncium ſumptus in provincia nullum fore.*

78. *Homo trioboli.*

Een Man op een Man toe te geven.

Plautus in Pœnulo, *hominem trioboli* dixit, pro nequiſſimo, planeque nullius pretii. Noſtrates virum vocant, qui empto viro pro corollario addatur.

79. *Homo treſſis.*

Van jankemanus volck.

Conſimili modo Perſius *treſſem agaſonem appellat*, contemptiſſimum homuncionem. Idem: *Et centum Græcos curto centuſſe licetur*, id eſt, *minimo*. *Treſſem* autem dixit novè, quaſi tribus aſſibus æſtimandus. *Aſſis* autem ærei nummuli genus erat, Perſianum autem carmen ſic habet:

——— Heu ſteriles viri, quibus una Quiritem
Vertigo facit, hic Dama eſt, non treſſis agaſo.

80. *Nihil tui ſuſtuli pilo dignum.*

Οὐκ ἔκλεψα τῶν σῶν ἄξιόν τι καὶ τριχός.

Ick hebbe't u niet een hayr vermindert.

Hoc eſt, Nihil quicquam tui ſuſtuli, neque per me tuis rebus quicquam deceſſit.

81. *Uno digni, Nec uno digni.*

Ἄξιος οὐδὲ μόνου, ἢ ἄξιος ἑνός.

Niet een ſpoogh waters weerdt.

Volcxken van *deux aes.*

De viliſſimis dicitur. Tranſlata metaphora à jactu talorum, in quo μόνας, id eſt, unionis numerus infimus erat: Et ex adverſo quem multi pretii ſignificant, hunc πολλοῦ τινὸς ἄξιον, id eſt, *multa re dignum*, trita figura Græci dicunt, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον, *quavis re dignum*, **alle eer weerdigh**/ *Multis digni*, **Volcxken van** *ſix cinq.* Sic Homerus cum medici dignitatem explicare vult:

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,
Vnus homo medicus, multis æquandus honore.

82. *Dignus obeliſco.*

Ἄξιος ὀβελίσκου.

Weerdich gekroont te werden.

Id eſt, Dignus quovis honore. Summis enim viris hujuſmodi columnæ, ac pyramides erigebantur.

83. *Au-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

83. *Aureus in Olympia ſtato.*

Χρυσοῦς ἐν ὀλυμπίᾳ σταθήτι.

Jck houw een groot heylich dach van u.
Eer heb die hant.

Quem ſummo præmio dignum Græci ſignificant, ei dicere ſolent, *Aureus in Olympia ſtatuere:* Quod is honos id ætatis præcipuus haberetur, loco tam celebri, ſtatuam inter illuſtres viros habere. Huc alluſit Virgilius, cum ait:

Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto.

84. *Quavis re dignus eſt.*

Ἄξιος τοῦ παντός.

Weerdigh datmen hem in gout beſlaet.

Sic Terentius hominem dixit quantivis pretii, cujus ſummam voluit ſignificare dignitatem.

85. *Dignus Argivo Clypeo.*

Ἄξιος τῆς ἐν Ἄργει ἀσπίδος.

Weerdich de Keyſer te dienen.

De generoſo ac majorem in modum venerando: inde ſumptum, quod olim apud Argivos ex more pueri incorrupti purique clypeos quoſdam geſtantes, pompas agebant: Iſque honos erat illi ætati priſco quodam inſtituto decretus.

86. *Dignum propter quod vadimonium deſeratur.*

Daer is een blaeuw oogh om te wagen.

Ubi rem maximi momenti volemus ſignificare, quæque vel quantovis diſpendio debeat expeti. Nam qui vadati ſunt, non niſi ſummo periculo abeſſe poſſunt. Plinius: *Inſcriptiones*, inquit, *propter quas vadimonium deſeri poſſit.* Hoc eſt, Quarum gratia omnia ſint poſthabenda, vel maximè ſeria.

87. *In utramvis aurem dormire.*

Ἐπ' ἀμφοτέραν καθεύδειν.

88. *In dextram aurem dormire.*

Violen laten ſorgen.

Hoc eſt, *Animo otioſo, ſecuroque eſſe.* Qui enim neutram in aurem incumbit, ejus leviſſimus eſt ſomnus. Terentius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

in Heauton. *Ademptum tibi jam faxo omnem metum, in aurem utramvis otioſè ut dormias.* Plinius Romano ſuo: *Nihil eſt quod in dextram aurem fiducia mei dormias, non impunè ceſſatur*, id eſt, nihil eſt quod ſis ſecurus.

89. *Porrectis dormire pedibus.*

Ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν.

Fuys laten ſorgen / ſijn bed is ſijn eygen.

Idem planè hoc eſt cùm ſuperioribus, cùm ſupinitatem incogitantiamque ſignificamus. Lucianus: καὶ τοῦτο δὴ τὸ τῆς ἀρχῆς, ἀποτείναντα τὼ πόδε καθεύδειν. *Iamque tandem, quod optari ſolet, obtigit, ut porrectis pedibus dormias.*

90. *Naſo ſuſpendere.*

Μυκτηρίζειν.

Met een ſocken.

Hoc eſt, Vafrè ac ſubdolè irridere. Plinius docet naſum à ſuæ ætatis hominibus ſubdolæ irriſioni fuiſſe dicatum. Perſius de Horatio, qui vafrè tectéque rideat:

Callidus exterſo populum ſuſpendere naſo.

Unde & *naſuti* vocantur, qui alios doctè norunt irridere. Martalis:

Naſutus ſis uſque licet, ſis denique naſus.

Perſius:

—— *Rides, ait, & nimis uncis*
Naribus indulges. ——

Horatius:

Naſo ſuſpendis adunco.

91. *Dignus qui cum in tenebris mices.*

Men derf na hem niet omſien / gemalen goudt ſoudtmen hem betrouwen.

De eo qui certiſſima eſſet fide. Cicero in tertio Officiorum: *Cum enim fidem alicujus, bonitatemque laudant, dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris mices.* Eſt autem *micare* digitis luſus genus quoddam, in quo repentè porrectis digitis certantium uterque numerum divinat. Porro qui cum micas in tenebris, ei liberum eſt, ſi velit, fallere.

92. Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

92. *Ex Jovis tabulis teſtis.*

Ἐκ τῶν διὸς δέλτων ὁ μάρτυς.

93. *Atticus teſtis.*

Ἀττικὸς μάρτυς.

Een die ſijn woort ſijn ſegel is.

Pro certo, indubitabili, incorruptiſſimoque teſte dicitur. Alluſum putat Eraſmus in altero ad Jovis diphteram, in qua Juppiter omnia mortalium facta à Poëtis deſcribere fingitur. Quod ſi quis per Ironiam hæc torqueat in teſtem vanum, non inconcinnè fecerit.

94. *Attica fides.*

Ἀττικὴ πίστις.

Bourgongs Gheloof.

De minimè vanis, miniméque perjuris: inde natum, quòd apud Atticos templum Fidei Deæ conſtructum. Velleius Paterculus: *Adeò certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper & in omni re, quicquid ſyncera fide gereretur, id Romani Attica fide fieri prædicarent.*

95. *Græca fides.*

Ἑλληνικὴ πίστις.

Gelt by de viſch. Peter by Pauwels.

Pro certa item fide ponitur, niſi malumus per Ironiam accipere. Plautus *Græcam fidem* dixit, ubi non verbis, non ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Sic enim apud eum loquitur Clareta lena in Aſinaria: *Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento non emo, Cætera quæ volumus uti, Græcâ metiamur fide*, id eſt, numerata pecunia.

96. *Punica fides.*

Gelders Geloof.

Punica perfidia in proverbium abiit, quòd ea gens peculiariter perjurii vanitatiſque notata ſit. Auſonius: *Non Pœna ſed Græca fide.* Plautus: *Nemo me Pœnus punior*, alludens ad morum perfidiam.

97. *Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.*

Hy draeght het vier in de een handt / ende water in d'ander handt.

Qui coram blandiuntur, clàm obtrectantes, palàm amicos agunt, clanculum nocent. Tranſlatum ab iis, qui canes oſtentato pane pelliciunt, deinde accedentibus ſaxum illidunt. Euclio Plautinus: *Nunc petit cum pollicetur, aurum inhiat, ut devoret: Altera manu fert lapidem, panem oſtentat altera.*

98. *Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.*

Ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐξάγειν.

Uyt twee monden ſpreecken.

In bilingues dicetur, & qui eundem modò laudant, modò vituperant. Torquere licebit in rhetores, qui eadem norunt laudare & vituperare, elevare atque attollere.

99. *Oculatas habet manus.*

Hy wil 't gelt by de viſch.

Oculatas manus dixit Plautus, quæ promiſſa velint exhiberi re, non oratione promitti. Ita lena quædam in Aſinaria, adoleſcenti montes aureos pollicenti, cum illa nihil moveretur promiſſis: *Semper*, inquit, *oculata noſtra ſunt manus*; *credunt*, *quod vident*.

100. *Cæcâ die emit, oculatâ revendit.*

Op dagen gekoſt / ſchuyf ſchuyf verkocht.
Sinte Lorts een keers ontſteecken.

Plautus *Cæcam diem* vocat, qua non numeratur pecunia, & qua perſolvitur *oculatam*. In eum itaque competit, qui ex credito aliquid emit, quod præſentaria pecunia revendat. Hoc quoque vocant noſtrates: **Borgen ende lortſen.**

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ

CENTVRIA IX.

1. *Lentiſcum mandit.*

Σχῖνον διατρώγει.

't Is een pronckaert / een Jan pronckxken.

QUi nimio corporis comandi ſtudio ſuperfluit. Nam ex lentiſco dentifricium fieri conſuevit, item & dentiſcalpia, hoc eſt, cuſpides quædam purgandis dentibus accommodæ. Martialis:

Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis
Defuerit, dentes penna levare potes.

Dentium autem cura olim uti delicatis, probro dabatur. Rectè autem transferetur adagium ad reliquum totius corporis cultum.

2. *Unico digitulo ſcalpit caput.*

3. *Summo digito ſcalpit caput.*

Τῷ ἄκρῳ δακτύλῳ τὴν κεφαλὴν κνᾷν.

Men ſoude hem met geen vuyl handeſken aentaſten.
't Bonetken op drie haerkens.

Molles atque effœminati uno vel ſummo digito ſcalpere dicuntur, nimirum ſolliciti, ne comam ſtudioſè compoſitam perturbent. Sic molles & impudicos ex geſtu notat Juvenalis, cum ait:

Qui digito ſcalpunt uno caput.

4. *Phryx plagis emendatur.*

Φρὺξ ἀνὴρ πληγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος.

Hy is van 't nootebooms geſlacht.

In barbaros ſervilique ingenio homines dicitur, qui non pudore neque monitis, ſed verberibus redduntur meliores. Cùm contrà generoſus animus, ut ait Seneca, rectius ducatur, quàm trahatur.

5. *Nihil ſacri es.*

Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχεις.

Ghy zijt niet heylich / niet koſtelijck.
Ghy ſult geen beeldeken heebben.

Sermo contemnentis proverbialiter, ſiquidem Græci quicquid præclarum ac vehementer conducibile videri vellent, id *ſacrum* appellabant. Accommodatur ad quamvis rem deſpicatui habitam.

6. *Nihil ſanum.*

Οὐδὲν ὑγιές.

't Is al van 't Vercken / van de Gans.

Summam morum corruptionem, & nullum honeſti reſpectum his verbis Græci ſignificabant. M. Tullius ad Att. *Quid quæris?* οὐδὲν ὑγιές. Ariſtophanes:

Τὰς οἰνοπότιδας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους,
Τὰς οὐδὲν ὑγιὲς, τὰς μέγ' ἀνδράσιν κακόν.
Vini bibaces, proditrices, garrulas,
Nihilque ſanum, maximum viris malum.

7. *Dionis gry facit.*

Τὸ Δίωνος γρύ.

't Komt hem aen ſijn koude kleeren niet.

Ubi quis magno animo convitiatorem contemnit, ac ne reſponſo quidem dignum cenſet. Natum à Dione Philoſopho, in quem cùm quidam fanda atque infanda evomeret, ipſe tacitus domum abiit. Cum verò intra ædium ſuarum veſtibulum eſſet, eò uſque enim convitiator eum proſecutus fuit, nihil iracundiæ præ ſe ferens, hoc tantum reſpondit, οὐδὲ γρύ. Juvenis autem animi impotens laqueo ſe præſocavit. Ea itaque res in vulgi fabulam abiit.

8. *Cæcus cæco dux.*

Τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός.

Sy helpen malkander van de wal inde ſloot.
D' eene blinde leyt den ander.

Uti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconſultus imprudenti conſilium dare conabitur. Cui confine eſt

Hora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Horatianum illud: *Cæcus iter oſtendit.* Quod quidem Porphyrion perinde dictum autumat, quaſi dicas: *Sus Minervam.*

9. *Cæca ſpeculatio eſt.*

Ἁλαοσκοπιή

Men behoeft daer geen brillen.
Men ſpeelt daer de blinde quaert.

Quoties aut connivent quibus datum eſt negotium: Aut ubi ipſi nihil vident, quibus obſervandi partes ſunt delegatæ. Tranſlatum ab iis, qui ſpeculis ſublimibus diligenter circumſpectant undique.

10. *Sine cortice nabis.*

Ghy ſultet met u ſelfs riemen beroepen.

Sine cortice nare dicuntur, qui jam non egent cuſtode, aut qui jam eò proceſſerunt doctrinæ, ut jam præceptorum opera non habeant opus. Horatius:

—— *Simulac duraverit ætas,*
Membra, animumque tuum, nabis ſine cortice.

Hoc eſt, citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges, ac moderaberis.

11. *Ut poſſumus, quando ut volumus, non licet.*

Ὡς δυνάμεθα, ἀλλ' οὐχ' ὡς θέλομεν.

Wy moeten de tijt nemen ſoo ſy komt.
Wy moeten ons behelpen ſoo wy beſt mogen/ niet ſoo wy willen.

Monet tempori ac neceſſitati ſerviendum eſſe. Terentiana Miſis in Andria rogata, quam Athenis vitam agerent, *Vt quimus ajunt*, inquit, *quando ut volumus non licet.* Uſus erit, quando ſignificabimus noſtra nobis parum placere, verùm facultatem deeſſe, non animum.

12. *Athenienſium inconſulta temeritas.*

Ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία.

Een geluckigh dwaes behoeft geen wijſheyt.
Hy heeft meer geluckś dan wijſheyts.

Quadrat in eos, quibus male conſulta vertunt bene. Nam id vulgo tributum eſt Athenienſibus, quod ipſi quidem ſo-

corditer conſultarent, verùm Minerva civitatis præſes, illorum male inſtituta, bene vertere conſuevit. Theognis:

Πολλοὶ τοὶ χρῶνται δειλαῖς φρεσὶ, δαίμοσι δ' ἐσθλῷ,
Οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν.
Multis læva quidem mens eſt, ſed numina dextra,
Qui bene vertit & id, quod temere inſtituunt.

13. *Ubi non ſis qui fueris, non eſt cur velis vivere*
Liever te ſterven / dan verſchooven te ſwerven.

Sumptum eſt à communi mortalium affectu, qui nihil minus tolerandum putant, quàm ut inter eos neglecti, aut etiam notati vivant, apud quos aliquando cum ſplendore atque autoritate ſint verſati.

14. *Premere pollicem.*
Een dragen. Of den duym aen duwen.

Antiquitus in pollice favoris erat ſtudium, ſtudiique ſignificatio. Qui faveret, pollicem premebat: Qui minus faveret, pollicem convertebat. Qui geſtus in proverbium abierunt, ut jam *premere pollicem* dicatur, qui quoquo pacto favet: *convertere*, qui malè vult. Juvenalis:

—— Converſo pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter. ——

Horatius utroque pollice dixit, pro ſummo favore:

Conſentire ſuis ſtudiis qui crediderit te,
Fautor, utroque tuum laudabit pollice ludum.

15. *Faciem perfricare, Frontem perfricare.*
Zijn onbeſchaemde hantſchoenen aentrecken.

Frons habita eſt antiquitus pudori ſacra, item & facies. Significat autem hoc pudorem ac verecundiam omnem ponere. Plinius: *perfricui faciem, nec tamen profeci.* Noſtrates hic dicunt, *Calceos induere caninos, aut inverecundos.*

16. *Homo perfrictæ frontis.*
Die een houten voorhooft heeft.
Die in de wol geverſt is.

Impudentem atque effrontem ſignificat, ut cui frons ſit lignea, & erubeſcere neſcia.

17. *Fron-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

17. *Frontem exporrigere.*

Goet chier maecken.

Hoc hilareſcere eſt, ſiquidem cum ringitur, ipſam contrahimus. Terentius: *Exporrige frontem.* **Maeckt u vrolijck.** Horatius: *Sollicitam explicuêre frontem.* Plautus: *Caperat frons ſeveritudine.*

18. *Attollere ſupercilium.*

't Aenſicht in de derde krap ſetten.

Superbia alicubi, autore Plinio, conceptaculum, ſed in ſuperciliis ſedem habet. In corde naſcitur, ſed huc ſubit, hîc pendet. Hinc proverbio *attolli ſupercilium* dicimus, arrogantiam ſignificantes: *adduci ſupercilium*, faſtidium indicantes. *Adducere ſupercilium*, **ſmadelijck aenſien/** *Contemptim atque cum faſtidio aſpicere eſt:* *Poni* autem *ſupercilium* dicitur, cum à faſtu receditur. *Ponere ſupercilium*, **de grim aen d' een zijde ſetten.**

19. *Connivere.*

Door de vingeren ſien

Connivere dicuntur, qui prudentes culpam, quam intelligunt, indulgentia tamen ac ſtudio diſſimulant, quaſique non vident, id quod vident. Maritis ad quædam uxorum vitia connivendum eſt. Corrupti judices in cauſa connivent. Et hallucinamur quidem imprudentes: Cæcutimus nolentes: Connivemus data opera,

20. *Bibe elleborum.*

πῖθ' ἐλλέβορον.

21. *Naviga Anticyras.*

πλεῦσειας Ἀντικύρας.

Vaert te Leyden/ ende laet u vande Ley ſnijden

His adagiis ſignificamus inſanire aliquem. Ovidius:

I bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Strabo *Anticyras duas* commonſtrat, & in altera, quæ ſit poſt *Criſſam* oppidum, elleborum naſci: In altera ejuſdem nominis optimè temperari, atque in eam quàm plurimis ex regionibus adnavigari ſanitatis gratia. Noſtrates *Leydam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

proficiſci hominem jubent, ſi quando parum ſanus videatur, ubi poſt aures, à ſua craſſitie emundetur atque radatur.

22. *Strychnum bibit.*

Στρύχνον ἔπινεν.

Hy heeft een ſlach met de meel ſack wech.
Hy heeft ter moolen geweeſt.
Hy klupſt aen 't ſtuytken / ende heeſt die bouten op.

In inſanos item competit, à *ſtrychni* herbæ natura, quæ vel guſtata, ſtatim inſaniam parit.

23. *Ede naſturtium.*

Ἔσθιε κάρδαμον.

Gaet noch een deel jaren ter ſchoolen.

In ſocordem, ignavum, hebetem, & ſtupidum olim dicebatur, propterea quòd naſturtio efficaciam ineſſe credant, quæ vim vigoremque animi ſuſcitet.

24. *Porcum immola.*

Looſt Mallaert een bevaert.

Sic Plautus in Menæchmis *porcum immolare* ſyncerum & ſacrum jubet eum, quem mente captum ſignificat. Horatius in ſermonibus: *Immolet æquis Hic porcum Laribus.* Loquitur de eo, qui jam ab inſania reſipuiſſe videretur.

25. *Multa Syrorum olera.*

Πολλὰ σύρων λάχανα.

't Sop en is de koole niet weert.

Dicetur aut in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercentes: Aut in eos, qui rebus vilibus abundant. Fortaſſis rectè dicetur & in eos, qui in rebus non multæ frugis nimium inſumunt operæ, quippe non in agris exercendis, ſed in hortis colendis occupati, qui plus afferunt voluptatis quàm emolumenti. *Syria,* inquit Plinius, *in hortis operoſiſſima.* Inde quoque proverbium eſt Græcis, *Multa Syrorum olera.*

26. *Melle litus gladius.*

Schoone woorden ſonder meenen/
Die verraders een verleenen.

In perniciosſam adulationem dici ſolitum, ubi quis blandis verbis alteri inſidias ſtruit.

27. Letale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

27. *Lethale mulſum.*

Θανάσιμον μελίκρατον.

Dat ſchoon aen komt/ maer na met de ſteert ſteeckt.

Eandem cum ſuperiori habet ſententiam. Noſtrates *Lethale mulſum* dicunt, quo quis interit, **'t is een quade brock daer een aen worcht.** Diogenes autem *formoſa ſcorta*, θανάσιμον μελίκρατον vocare ſolitus eſt. Quicquid autem ita jucundum eſt, ut idem ſit pernicioſum, hoc *lethale mulſum* rectè dixerimus.

28. *Linum lino nectis.*

Λίνον λίνῳ συνάπτεις.

't Is kinder praet.

Hoc eſt, infirma infirmis copulas, & frivola frivolis. Plato: *Haud tu quidem linum, uti proverbio dicitur, lino connectis, ſi pater tuus, pater eſt omnium.* Eſt autem Ironia in ſophiſtam, qui frivolis argutiis id ſibi collegiſſe videbatur.

29. *Seneſco ſemper multa addiſcens.*

Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος.

Soo langh als ick leef ſoo leer ick.

Significat uſu vitæ, multâque rerum experientiâ parari prudentiam:

Diſcenti aſſiduè multa, ſenecta venit.
Aſſiduè diſcens plurima fio ſenex.

Et in Mimis Publ. *Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.*

30. *Vitam doliarem vivit.*

't Is een huys druyt.

De vita frugali, parca, & ab omni ſtrepitu atque ambitione ſemota. Breviter talis qualem Diogenes egiſſe legitur, nobilis ille Cynicus.

31. *In diem vivere. Ex tempore vivere*

Καθημέριον βίον βιῶσαι.

Sijn korenken groen eeten.

Eſt præſentibus rebus contentum vivere, atque ex parato, minimè ſollicitum de futuris. Et qui ad eum modum vivunt, Græcis dicuntur καθημερόβιοι. Theocritus.

Οἱ

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες.
Mortales ſumus, haud ſunt nobis craſtina curæ.

Perſius: *Atque ex tempore vivis*, id eſt, *citra ſollicitudinem futurorum.*

32. *Vita macerata.*

Βίος μεμαλαγμένος.

Willekens leven.

De molliter viventibus, quibus ex facili omnia ſuppetunt. Tranſlatum à leguminibus, aut ſalſamentis maceratis, jamque ad eſum accommodatioribus.

33. *Ipſa dies quandoque parens, quandoque noverca.*

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρα, ἄλλοτε μήτηρ.

Men kan al lacchende geen huys-raet houden.

Eo verſu ſignificatum eſt, non omni die bene eſſe poſſe, ſed iſto bene, atque alio malè. Inde tranſlatum, quod matres bene volunt liberis, & novercæ oderunt privignos.

34. *Nunc pluit, & claro nunc Jupiter æthere ſurgit.*

Χ' ὁ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Somtijt hoy / ſomtijt kuyt.

Met vallen ende opſtaen raecktmen voor de Werelt.

Id eſt, Aliquando res adverſæ ſunt, aliquando ſecundæ. Dicunt & hic Noſtrates: **'t Kan altijt niet voor de wint weſen.**

35. *Plus aloës quàm mellis habet.*

Een pintjen wijns / een mengel azijns.

Significat rebus aut vitæ humanæ plus ſemper ineſſe moleſtiæ, quàm voluptatis. *Aloë* enim frutex quidam eſt, odore gravi & guſtu amariſſimo. Juvenalis de uxore: *Plus aloës quàm mellis habet.* Noſtratium vulgus perquàm eleganter dicunt, pro vini hemina, aceti plenum venire ſextarium.

36. *Naves onuſtæ convitiis.*

Sacken vol ſpijts.

Ita ut prius diximus, de plauſtris convitiorum plenis. Noſtrates

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſtrates rerum multam copiam ſignificantes, ſaccos plenos dicunt.

37. *Tollere cornua.*

Sijn hoornen / ſijn ooren opſteecken.

Pro eo, quod eſt animo efferri. Horatius de Baccho:

Et addis cornua pauperi.

Ovidius item de ebrietate:

Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit.

Tranſlatum à pecoribus, quæ cornibus oppoſitis minantur. Horatius in Epodis:

Namque in malos acerrimus Parata tollo cornua.

38. *Tollere criſtas.*

Sijn borſt op ſteecken.

Juvenalis: *Quid apertius? & tamen illi Surgebant criſtæ*, id eſt, ſibi placebat. Tranſlatum ab avibus criſtatis, in quibus criſtæ erectiores alacritatis atque animorum indicia ſunt.

39. *Animus mihi in pedes decidebat.*

Mijn moet ſonck my in mijn knie.

Sic vehementer nos conſternatos atque expavefactos fuiſſe dicimus.

40. *Veſpa cicadæ obſtrepit.*

Σφὴξ βομβῶν τέττιγος ἐναντίον.

41. *Pica cum luſcinia certat, Epopa cum cygnis.*

Kinderen willen hen teghen haer Vader verſetten.

Quadrabit in eum, qui certat longè impar cum ſuperiore: Aut qui negotium faceſſit longè ſe præſtantioribus.

42. *Pilos pro lana.*

Τρίχας ἀντ᾽ ἐρίων.

Een ander ſcheert de ſchapen / ick de verkens.

De re vehementer inæquali, aut de negotio ſupra modum abſurdo.

43. *Tibiam tubæ comparas.*

Αὐλὸν σάλπιγγι συγκρίνεις.

Ghy maeckt van een veeſt een donderſlach.

Convenit in res ſupra modum impares, propterea quòd exilem

exilem vocem edat fiſtula, tuba prægrandem. Ex ventris crepitu, ajunt noſtrates, *tonitru facis.*

44. *Cicadæ apem comparas.*

Τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις.

't Is geen comparatie.

De vehementer inæqualibus. Nam cicada cùm major, tum canora eſt, cùm apis ſit non modo minuto corpuſculo, verum etiam penè muta.

45. *Teſtudinem Pegaſo comparas.*

Χελώνην πηγάσῳ συγκρίνεις.

Men ſouſe op geen eenen dach noemen.

De rebus nequaquam inter ſe conferendis. Pegaſus equus erat volucer, & teſtudine nihil tardius. Virgilius: *Sic parvis componere magna ſolebam.*

46. *Aliter catuli longè olent, aliter ſues.*

Men ſiet by nae aen 't been / waer de kous ghebrooken is.

Hoc dicto ſignificatum eſt, non veſte dignoſci hominem ab homine, verum ineſſe nativum quiddam, genuinum ac proprium in unoquoque, quod in ipſo vultu, oculiſque eluceat, quo liberum à ſervo, generoſum à ruſtico, probum ab improbo facilè diſcernas. Atque hic eſt hominis veluti peculiaris quidam odor, quo deprehenditur, ſi quis modò ſit ſagaci nare. Huc alluſit Martialis:

Cùm bene ſe tutam per fraudes mille putavit,
Omnia cùm fecit Thaida Thais olet.

47. *Ut ſementem feceris, ita & metes.*

Die wel doet / die ſal wel vinden:
Soo ſprack die kreupel tot den blinden.

Hoc eſt, Reportabis præmium tuis factis dignum. Plautus in Epidico: *Vt acerbum eſt, pro benefactis cùm malam meſſem metas.* Et apud Platonem: *Quam hic meſſem facturus eſt? Haud ſanè bonam.*

48. *Carica muſa Deo gratior.*

Hoe barmhertiger ſanck / hoe Godt aengenamer.

Καρικὴ μοῦσα, Carica muſa. Καρικοὶ αὐλήματα, Caricæ cantiones. De lugubri aut ruſtica, atque indocta, ſeu molesta

leſta cantione dici ſolitum. Quadrabit & in Poëtam aut oratorem indoctum.

49. *Attica muſa.*

Ἀττικὴ μοῦσα.

Die 't met de tongh beleggen kan.

Pro venuſta lepidaque oratione ponitur. Id autem cognominis vulgo tributum fuit Xenophonti, ut *Attica Muſa* vocaretur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo venuſtatem. Sed ad hominem ita accommodatum erit venuſtius, præſertim ſi accedat Ironia.

50. *Eodem bibere poculo.*

Vanden ſelſden ſop drincken.

Hoc eſt, iiſdem affici incommodis, maliſque communibus obnoxium eſſe, Plautus in Caſina: *Vt ſenex eodem hoc poculo quo bibi, biberet.* Tranſlatum vel à bibendi certaminibus, vel ab iis, qui venena metuunt.

51. *In planiciem equum provocas.*

Ἐς πεδίον τὸν ἵππον.

Ghy ſult weer-werck vinden.

Quoties quis ad id provocatur, in quo plurimùm valet, quoque vel maximè gaudet. Nam equus in campo, tanquam in ſua harena eſt.

52. *Acanthida vincit cornix.*

Den Nachtegael moet den Uyl wijcken.

Quoties is, qui longe ſuperior eſt, cogitur cedere inferiori. Acanthis enim vocalis eſt avis, & imprimis canora: Cornix obſtrepera quidem, ſed minimè canora. Calphurnius in Bucolico carmine:

Aſtyle credibile eſt, ſi vincat acanthida cornix:
Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo.

53. *Prius teſtudo leporem præverterit.*

Πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα.

De haes ſoude eer den hondt vangen.

Dee Zee ſoude eer ſonder water weſen.

De re neutiquam veriſimili. Teſtudine enim nihil tardius, & lepus celeritate præcellit. Noſtratium vulgus, mare citius aqua cariturum dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

54. *Cancros lepori comparas.*

Καρκίνους δασύποδι συγκρίνεις.

't Scheelt ſoo veel als wit ende ſwart.

De ſupra modum diſſimilibus dicetur, inter quæ nulla comparatio eſt, non magis quàm albi cum nigro.

55. *Terræ filius eſt.*

Hy is van geene afkomſt.

Olim homines obſcuro, ignotoque genere nati, *terræ filii* dicebantur, propterea quòd terra ſit communis omnium parens. M. Tullius ad Atticum: *Et huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam.* Perſius:

—— Præſto eſt mihi Manius hæres,
Progenies terræ, quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud promptè, dicam tamen, adde etiam unum:
Vnum etiam, terræ eſt jam filius. ——

56. *Ex quercubus ac ſaxis nati.*

Die aen een boom gepiſt zijn.

Quadrat vel in homines obſcuro genere natos, vel in eos, qui ſint agreſti, atque effero ingenio, moribuſque immanibus. Inde ductum, quòd antiquitus in cavis quercubus habitarent. Præterea creditum eſt, ex ſaxis à Deucalione Pyrrhaque projectis mortalium genus diluvio abſumptum, inſtauratum fuiſſe. *An è ſaxis nos natos credis?* **Meent ghy dat wy noyt luyden geſien hebben?**

57. *Deorum cibus eſt.*

Θεῶν τροφή.

De prælautis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit Deos ambroſia & nectare victitare, nec ob id unquam ſeneſcere. Horatius:

—— O noctes cœnæque Deûm.

58. *Tertius Cato.*

Deſe is wijſer dan Bel mijn hondt.

Proverbialis eſt ironia in viros impendio tetricos, atque alienæ vitæ cenſores: nam duorum Catonum ſic celebrata ſapientia eſt & integritas, ut è cœlo demiſſi dicerentur, bellum geſturi cum vitiis. Juvenalis:

——Habeat jam Roma pudorem,
Tertius è cœlo cecidit Cato.——

59. *Sapientum octavus.*

Deſe heeſt de Boecken gegeten.

In eum, qui multum ſibi tribuit in ſapientia. Numerantur enim apud Græcos ſeptem ſapientes. Horatius:

Hæc mihi Stertinius ſapientum octavus, amico
Arma dedit.——

60. *Bis dat, qui cito dat.*

Hy geeſt tweemael / die een dinck in tijts geeſt.

Ingratum eſſe ſignificat beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit. Auſonius:

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Extat & Mimus non invenuſtus in hanc ſententiam:

Beneficium inopi bis dat qui dat celeriter:
Bis gratum eſt, quod opus eſt, ſi ultrò offeras.

61. *Honos alit artes*

Gunſt voedt kunſt.

Quis enim virtutem amplectitur ipſam, inquit Satyricus, *Præmia ſi tollas?* Porro honos artibus habitus, plurimum excitat ingenia, quæ alioqui torpent, ac vix unquam ſe produnt. Hinc illud Martialis:

Sint Mecænates, non deerunt Flacce Marones,
Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

62. *Vel cæco appareat.*

Καὶ τυφλῷ δῆλον.

Men ſoudt met handen taſten.

De re vehementer perſpicua proverbialis hyperbole eſt, frequens apud autores.

63. *Multis ictibus dejicitur quercus.*

Πολλαῖσι πληγαῖς δρῦς στερεὴ δαμάζεται.

Daer valt geen boom ten eerſten ſlach.

De re factu quidem ardua, quæ tamen aſſiduitate vincatur, ut unicus ictus nihil adferre momenti videtur, ad dejiciendam molem querni roboris, verùm ea crebris ictibus facilè proſternitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

64. *Caudæ pilos equinæ paulatim oportet evellere.*

Met der tijt komt die hin op haer eyeren.

Cum id, quod viribus atque impetu fieri nequit, tempore atque aſſiduitate conficiendum ſignificamus. Horatius in epiſtolis:

Vtor permiſſo, caudæque pilos ut equinæ
Paulatim vello, demo unum, demo etiam unum:
Dum cadat eluſus ratione ruentis acervi,
Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis.

Natum è facto quodam ducis Sertorii, de quo vide D. Eraſmum. Germanicè paulatim atque ſenſim ſignificamus gallinas pullos ſuos excludere.

65. *Virum improbum vel mus mordeat.*

Κ'ἂν μῦς δάκοι ἄνδρα πονηρόν.

66. *Vel capra mordeat nocentem.*

Κ'ἂν αἴξ δάκῃ ἄνδρα πονηρόν.

Boeven komen altijt daer ſy 't vinden.

Significant quacunque ratione vindictam non deeſſe malis, ſed eos aliquo pacto dare pœnas meritas: ſiquidem improbis omnia infeſta ſunt, etiam capra, quæ alioqui animal minimè mordax eſt.

67. *Litem movebit, ſi vel aſinus canem momorderit.*

Δίκην ὑφέξει κ'ἂν ὄνος δάκῃ κύνα.

Om een ſchijtboor maeckt hy gekijf.

Quadrabit in eos, qui de re quantumvis exigua, litem ſuſcitant atque rixantur.

68. *Litem parit lis; noxa item noxam parit.*

Δίκη δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη.

Die den dou komt an/hoe raeckt hy wel daer van.

Senarius in rixoſos & litium avidos dici ſolitus, quibus lis ex lite, alia ex alia naſcitur; negotium ſeritur ex negotio, injuria propagat injuriam.

69. Bo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

69. *Bonus dux bonum reddit comitem.*

Ὁ καλῶς ἄγων, ἐμποιεῖ τὸ καλῶς ἕπεσθαι.

Wel voorgaen doet wel volgen.

Quiſquis præfectus eſt negotio, debet imprimis operam dare, ut ipſe ſuo fungatur officio, prius quàm ab aliis officium exigat. In principe ſitum eſt, ut ſit bene morata civitas, ſi modò ipſe bonus ſit imperator. In epiſcopo poſitum eſt, ut piam efficiat plebem, ſi tamen ipſe piam & integram agat vitam. Prudens & incorruptus magiſtratus, probos & integros reddit cives. Bonus paterfamilias, domum efficit bene inſtitutam: itidem & omni in re fit alia. Sumpta eſt metaphora à militia, in qua ferè qualiſcunque fuerit dux, ejuſmodi ſolet eſſe miles.

70. *Amyclas perdidit ſilentium.*

Τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή.

Van ſwijghen kanmen oock wel hinder krijgen.

Cùm Amyclarum civitas frequenter inani terrore concuteretur, quod plerique falſo nuntiarent ſemper hoſtium adventum, lege cautum fuit, ne quis hoſtium adventum amplius diſpergeret. Itaque hoſtibus aliquando verè adventantibus, cùm per datam legem id nemo ſignificare auderet, civitas occupata fuit. Qui caſus proverbio locum dedit. Proverbium autem ad varios uſus accommodari poterit: Velut ſi quis non appellans debitorem, creditum perdat, aut jure præſcriptionis (ut vocant) à poſſeſſione excidat: Aut ſi quis audacius agens cauſam ſuam, juſſuſque tacere, reſpondeat, Τὰς ἀμύκλας ἀπώλεσεν ἡ σιγή.

71. *Timidior es proſpiciente.*

Δειλότερος εἶ τοῦ παρακύπτοντος.

72. *Timidior Piſandro.*

Δειλότερος πεισάνδρου.

Ghy ſturſt wel van angſt.

Van angſt ſoudt ghy u broeck beſchijten.

Dicitur in hominem ſupra modum pavidum, ac immodicè formidoloſum. Prius enim ex hujuſmodi ortum fabula

eſt: Quidam natura timidus auditâ Herculis famâ, abdiderat ſe præ metu in ſpecum quendam. Deinde cùm aliquando proſpectans, Herculem forte fortuna prætereuntem vidiſſet, immodico metu exanimatus, diriguit, verſuſque eſt in ſaxum, quod adhuc viſitur ſpecie viri è ſpecu proſpicientis. Piſander verò tam prodigioſa timiditate fuit, ut anxius fuerit, ne ſuam ipſius animam alicubi videret, quæ ſe vivum reliquiſſet.

73. *Diomedia neceſſitas.*

Διομήδειος ἀνάγκη.

Wilt ghy niet / ghy moet wel. Men kan wel wil maecken.

De iis, qui vi adacti non ſponte quid faciunt: natum à Diomede Thracio, qui ſolitus fertur hoſpites ſuos compellere, ut cum filiabus ſuis deformiſſimis rem haberent, quo facto eoſdem interimebat. Germanica ſonant quaſi dicas: ſi nolis, oportebit quidem.

74. *Ad priſtina præſepia.*

Εἰς ἀρχαίας φάτνας.

Op ſijn oude doff / op ſijn oude dreeff.

In eos dicebatur, qui è vita quapiam lautiore excuſſi, ad priſtinam tenuitatem rediguntur. Aut contrà de iis, qui reſtituuntur in priſtinam fortunam, unde exciderant: aut qui ad ſolitum contubernium ſe recipiunt. Tranſlatum ab animantibus, quibus nota familiariaque præſepia ſolent eſſe gratiſſima.

75. *Alia vita, alia diæta.*

Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα.

Ander neer / ander teer.

In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna, pariter & vitæ rationem, moreſque commutant. Tranſlatum ab iis, qui lautius incipiunt vivere, ubi res lautior obtigit. Alluſit huc Horatius:

Non eadem eſt ætas, non mens.

Garmanica ſi plenè efferre voles, dicendum erit: **Ander neeringh / ander teering.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

76. *Per medium anulum me traxeris.*

Διὰ δακτυλίου ἔμεγ᾽ ἂν διελκύσαις.

Jck ben ſo mager als een horde.

In eum quadrabit, qui ſit vehementer extenuato gracilique corpore. D. Eraſmus opinatur adagium eſſe ſumptum à luſu, quo ovum aceto maceratum per anulum trahitur, cujus rei meminit Plinius, lib. x. cap. 11.

77. *Anus bacchatur.*

Γραῦς βακχεύει.

In eos dici ſolitum, qui præter ætatem indecorè laſciviunt.

78. *Anus hirciſſans.*

Γραῦς καπρῶσα.

Haer luſt noch wat groens.

De anu adhuc intempeſtiva libidine pruriente, & ut ait Plautus, *catuliente.* Nota autem hircorum libido eſt, odorque, qui & ſubantes conſequitur.

79. *Flere ad novercæ tumulum.*

Πρὸς τὸν μητρυιῆς τάφον δακρύειν.

Verkens tranen ſchreyen.

Hy behoeft wel een ajuyn met een wetſteen.

Simulare geſtu dolorem, cùm re gaudeas. Neque enim conſentaneum eſt, privignum moleſtè ferre novercæ mortem. Idem de divitis hæredibus dicetur, in quos extat hic Mimus Publianus cum primis elegans: *Hæredis fletus ſub perſona riſus eſt.*

80. *Celerius elephanti pariunt.*

Men ſoude eer te Romen gaen / ende weer komen.

Cunctationem immodicam, & quorundam nimis lenta molimina his verbis licebit ſignificare. Porro de elephantorum partu in Sticho ſic habet Plautus: *Audivi ſæpe hoc vulgo dicier, ſolere elephantum gravidam perpetuò decem eſſe annos.* Huic aſtipulatur Plinius: *Decem annis geſtare in utero, vulgus exiſtimat.*

81. *Vel à mortuo tributum exigeret.*

Hy naemt van Godts altaer wel.

In eos, qui per fas nefaſque divitias congerunt, etiam è

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

rebus minutis ac ſordidis, veluti Veſpaſianus è lotio, aut è turpibus, velut è lenocinio, quæſtuque corporis. Græcus hoc vocat ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν. Opinor hoc proverbium, aut idem, aut certè vehementer cognatum eſſe illi, quod alibi refertur:

Αἰτεῖς καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.
Ipſis farinas poſcit à ſtatuis quoque.

Per jocum enim pro vectigali *farinas* poſuit, quòd ad cibum referantur omnia, & defunctis ſigna ponebantur memoriæ cauſa. Proinde qui vectigal hinc quoque corradit, is à mortuis extorquere videtur.

82. *Larus parturit.*
Κέπφος ὠδίνει.
Daer ſal een op lammen.

In eos, qui pollicentur ingentia, & nihil dignum promiſſis præſtant. Ajunt autem Cepphum aviculam eſſe ſtupido ingenio, victitantem ſpuma marina, quæ cùm parturit, vociferatur.

83. *Parturient montes, naſcetur ridiculus mus*
Ὤδινεν ὄρος, εἶτα μῦν ἀπέτεκεν.
Daer is wonder te koocken / ende 't ſal op een ſchijt voor uyt komen.

In homines glorioſos & oſtentatores, qui magnificis promiſſis, tum vultus tum veſtitus autoritate, miram de ſe movent expectationem: verum ubi ad rem ventum eſt, meras nugas adferunt. Utitur eo Horatius in arte Poëtica:

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.

Ex quopiam Æſopi apologo natum adagium eſt, ubi agricolæ Titanes rurſum è terra prorupturos autumantes, qui cum diis bellum redintegrarent, viderunt tandem prorepentem murem, magno cum omnium riſu.

84. *Aureos montes polliceri.*
Χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι.
Soo veel beloven / als ſeven koningen ſouden betalen konnen.

Proverbialis hyperbole de iis, qui immenſa promittunt, ſpeſque

ſpeſque amplisſimas oſtentant. A Perſarum arrogantia ducta, qui propter auri venas, montes aureos jactabant. Plautus in Sticho: *Neque ille ſibi mereat Perſarum montes qui eſſe aurei perhibentur.* Terentius in Phormione: *Is ſenem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens.*

85. *Ambabus manibus ſua diſſipat.*

Hy kander niet door komen.

Si quis totus ſit in rebus ſuis profundendis atque dilapidandis: nam ambabus manibus adagialiter fieri dicitur, quod ſummo conatu, maximoque ſtudio fit.

86. *Uno ore.*

Ἐξ ἑνὸς στόματος.

Uyt eenen mondt.

Pro ſummo conſenſu, paſſim apud autores obvium eſt. Tenrentius: *Vno ore omnes omnia bona dicere.* M. Tullius: *Vna eſt enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore conſentiunt.*

87. *Aquilam noctuæ comparas.*

Ἀετὸν γλαυκὶ συγκρίνεις.

't Scheelt ſoo veel als nacht ende dach.

De maximè diſſimilibus. Aquila enim viſus acerrimi eſt, adeò ut oculis non conniventibus adverſus ſolem obtueatur. Noctua contrà ſolis lumen modis omnibus refugit.

88. *Congregare cum leonibus vulpes.*

Een kavelinck al te ongelijck maken.

Eſt res impares diſſimileſque permiſcere. Vulpes dolis nititur: Leo verò fidit viribus.

89. *Aquila in nubibus.*

Ἀετὸς ἐν νεφέλαις.

't Is goede viſch / waer hy gevangen.

De re magna quidem illa & præclara, ſed quam non facilè aſſequaris. Alii hoc interpretantur de iis, qui longè reliquis præcellunt. Ariſtophanes in avibus: Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι, *Aquila in nubibus fies*, **Ghy ſult een overbliegger werden.** Evades in virum præcellentem & eximium.

90. *Volantia ſectatur.*

Τὰ πετώμενα διώκει.

't Is een man ſeer wepel op ſijn roer.
Hier hebt ghy hem/ daer verlieſt ghy hem.

De iis, qui nullum certum vitæ ſcopum ſibi proponunt, ſed ex tempore vivunt, ad quamvis occaſionem mutabiles.

91. *Ibyci grues.*

Αἱ ἰβύκου γέρανοι.

De vogelen van de lucht ſullen 't uytbrengen.

Dici conſuevit, quoties ſcelera novo quodam & improviſo caſu prodenda ſignificamus, ut ita aliquando ſcelerati pœnas daturi ſint iis, quos læſerint. Hinc vide D. Eraſmi Chiliades. Auſonius: *Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.*

92. *Veriora iis, quæ apud Sagram acciderunt.*

Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ.

Dici ſolitum de rebus veriſſimis quidem illis, at non creditis. Strabo libro Geographiæ ſexto: Poſt Locros, inquit, Sagra fluvius labitur, in cujus ripa Caſtoris & Pollucis aræ ſitæ ſunt, ad quas decem Locrorum millia, una cum Rheginis adverſus Crotoniatas, numero centies ac tricies mille, Marte collato, victoriam reportarunt.

93. *Rudem accipere.*

Sijn ſack nemen.

Pro dimitti à munere accipitur. *Rude donare*, pro dimittere. Sumptum à gladiatoribus, quibus virgula dari conſuevit, quando eis permittebatur à gladiatorio munere ceſſare. Noſtrates parœmiam à ſacco traxerunt, in quem qui dimittitur, res ſuas componit ac colligit. Horatius in prima epiſtola:

Spectatum ſatis, & donatum jam rude, quæris
Mecænas, iterum me antiquo includere ludo.

Juvenal. *Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra movebunt Conſilia.* ——

Cicero: *Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti?*

94. *Mali*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

94. *Mali corvi malum ovum.*

Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν.

Quaet ey quaet kuycken.

Apte uſurpabitur, quoties à malo præceptore, diſcipulus malus proficiſcitur: ex improbo patre, filius improbus: ex patria illaudata, vir illaudatus: denique facinus ſceleratum, ab homine ſceleſto. Sunt qui hinc natum putent, quod dicant nonnulli, corvorum pullos ipſos parentes devorare, ſi non ad ſatietatem illos paſcant.

95. *Ab impiis egreſſa eſt iniquitas.*

מֵרְשָׁעִים יֵצֵא רֶשַׁע׃

Een appel ſmaeckt boomich.

Significat ab improbis ſemper mali quippiam exoriri, à bonis nihil malorum proficiſci. Proinde nihil eſſe cur Saul metuat ne à Davide, cujus hæc verba ſunt, occideretur. Hoc facinus impium non niſi ab impiis eſſe patrandum, ſe verò manus ſuas regia cæde non coinquinaturum. Vide Regum primo, capite vigeſimo quarto. Noſtrates hic dicunt, *malum ſuam reſipere arborem.*

96. *Lemniis premebar malis.*

Ick wag in duyſent laſten.

De malis immenſis ac miſerandis, quòd Pelaſgi trucidatis illic filiis propriis, ac ipſorum matribus, ſterilitate, orbitate, peſtilentia, reliquiſque malis laborârint.

97. *Cicadam ala corripuiſti.*

Τέττιγα πτεροῦ συνείληφας.

Ghy mocht den dwarſ-drijver liever hebben laeten ſlapen.

Hy ſal u goet komen.

Dicitur in eos, qui quempiam provocant minimè ex uſu ſuo. Lucianus in Pſeudologiſta ſcribit Archilochum Poëtam jambographum, & ad malè dicendum egregiè inſtructum, ad hunc modum reſpondiſſe cuidam, à quo fuerat convitio provocatus: τὸν τέττιγα πτεροῦ συνείληφας, *Cicadam ala corripuiſti,* **Ick ſal u goedt komen.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

98. *Tenedia ſecuri exercet Dominus.*

Τενέδιος πέλεκυς.

't Gaet heet van de rooſter.

Quando nimium ſeverè judicatur, atque aliquem punimus, aut quando celeriter expediuntur controverſiæ, & litium ambiguitates. Inde tranſlatum quòd olim rex Tenedii ſecurim geſtans, lites audire conſuevit, cauſaque judicata, protinus eum qui feciſſet ſecuri percuteret. Noſtrates *Tenedia ſecuri* dicunt agi, quoties nonnulli repentina admodum morte hinc abripiuntur, calidos tunc ex craticula abripi dicentes.

99. *Carbones theſaurus erat.*

Ἄνθρακες θησαυρὸς πέφυκεν.

Daer ſchuylde niet/ ick was by gebrocht.

In eos competit, qui ſpe ſua fruſtrantur, quique magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiunt. Ex eventu quopiam natum, quo quis theſauri ſpe fodiens, carbones defoſſos invenit. Quæ res in riſum, atque vulgi proverbium abiit.

100 *Octapodes.*

Ὀκτάποδες.

Al haer goet is haer eygen.

Octapodes Scythico proverbio dicebantur, qui duos poſſiderent boves, & currum unum. Dicetur per jocum in hominem qui ſibi locuples videatur, vel in eum, cui ruſticanæ ſunt opes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS PRIMÆ
CENTVRIA X.

1. *Satius eſt recurrere, quàm currere malè.*

Πάλιν δραμῆσαι μᾶλλον, ἢ δραμεῖν κακῶς.

Liever ten halven gekeert / dan heel onteert.

ADagii ſenſus hic eſt, quòd præſtat mutare conſilium in melius, quàm in male inſtitutis pergere, quæ res juxta adagium Germanicum ſummam parit ignominiam. Dicunt & noſtratium vulgus: **Hy doolt niet al / die ten halven keert.**

2. *Solus currens vincit.*

Μόνος θέων κρατεῖ.

Daer hy alleen is / daer is hy de beſt.

De iis, qui vincunt nemine contra certante. Tranſlatum à ſtadiis. Sic noſtra è phraſi aliquem illic optimum dicimus, ubi ſit ſolus.

3. *Leonem ex unguibus æſtimare.*

Ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν.

Men ſiet aen 't neſt wel / wat vogel daer in is.

Hoc eſt, ex una quapiam conjectura, negotium univerſum perpendere, ex paucis multa, ex parvis magna conjicere. Natum à Phydia ſtatuario, qui inſpecto leonis duntaxat ungui, quantus eſſet totus leo perpendit, totumque ex indicio unguis finxit.

4. *Cauda de vulpe teſtatur.*

Ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ.

Hy mach den boef niet heel inhouden.

In eos dici ſolitum, qui puſilla in re cujuſmodi ſint declarant. Eſt autem vulpi cauda pro corpore major, & piloſior, ut non ſit facile celare.

5. *Ex*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

5. *Ex fimbria de texto judico.*

Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκω.

6. *De guſtu cognoſco.*

Ἐκ γεύματος γινώσκω.

Ick hebbe hem al geſteken.

Ex uno aliquo puſillo, minimaque experientia, reliquorum facio conjecturam. Utrumque à negotiatoribus tranſlatum, qui inſpecta texti margine, facile de univerſo judicant. Et guſtato duntaxat vino aut oleo, de reliquo mox pronunciant. Noſtratium populus de butyro, imbricato ferramento perfoſſo parœmiam ſumunt.

7. *Æthiopem ex vultu judico.*

Τὸν αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως γινώσκω.

Men ſiet wel aen 't bien /
Waer de kous is aen twien.

Præferre quemque aliquo ſigno ſignificat, cujuſmodi ſit moribus. Nam veſtem mutarit æthiops, faciem verò mutare non poteſt.

8. *De fructu arborem cognoſco.*

Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω.

Aen de wercken / machmen mercken.

E fœtu cognoſco arborem, è factis hominem judico. Quæ parœmia etiam in literis Euangelicis extat.

9. *In tenebris ſaltare.*

Ἐν τῷ σκότῳ ὀρχεῖσθαι.

Een onder de moeder lubben.

Eſt rem gerere clanculum, nullo teſte, nulloque judice. Ita ut ſolent nonnunquam judices avariores eos, qui deliquerunt, clanculum mulctare, atque argento ſuo emungere. Dixerimus itaque: *Hic in tenebris ſaltare non licet.* **Men moet hier met open deuren danſen.** Apertis oſtiis hîc choreæ ducendæ ſunt, hoc eſt, quàm apertiſſimè, ac verbis dilucidis nihilque intricatis agendum eſt. Quia verò videtur & in illos dici poſſe, qui temere, nulloque judicio, & nulla certa ratione rem agunt, Germanice pro eo dixerimus: **Wy ſpelen hier raeck wel / heb wel.**

10. *Areo-*

10. *Areopogita.*

Ἀρειοπαγίτης.

Een dwingelandt.

De triſti ſeveroque dicebatur viro: nam & invenias, *Areopagita triſtior aut ſeverior.* Dicitur quoque de judice vehementer incorrupto, **Een rechter die recht op ſtaet.** Athenis autem ſumma erat Areopagitarum autoritas. Hi erant judices, qui de capitalibus cauſis pronunciabant, tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdiu neque luci cauſas cognoſcerent, quò non dicentes, ſed tantum ea quæ dicerentur, ſpectarent.

11. *Atticus aſpectus.*

Ἀττικὸν βλέπος.

Een onbeſchaemt aenſicht.
Een houten aenſicht.

Perinde eſt quaſi dicas, *os impudens.* In eos dicebatur, qui vultu ipſo præ ſe ferebant impudentiam, dicendique confidentiam. Nam hoc vitio notati ſunt Atticorum mores.

12. *Lari hic ſacrificant.*

Ἑστίᾳ θύουσιν.

't Is een vry huys/ daer gaet niet uyt.

In tenaces dicitur, qui de ſuis nemini quicquam impertiunt. Nam antiquitus religioſum erat, ex iis quæ laribus immolantur, aliquid foras efferre. Noſtrates alludunt ad ædes, unde annuus alicui numeratur reditus.

13. *Proterviam fecit.*

Nu heeft hy uyt gebacken.
Nu heeft hy 't hammeken op.

Erat hoc religioſum in nonnullis aliis hoſtiis, ne quid ex ſacris epulis relinqueretur, aut ſi quid reliquum eſſet, id igni abſumeretur, quemadmodum Moyſes tradit de agno Paſchali. Porro id genus ſacrificii Romani *proterviam* appellant. Comperit itaque in eos, qui rem ſuam omnem ſic diſſipant, ut nihil ſibi faciant reliqui.

14. *Hic*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

14. *Hic funis nihil attraxit*

Αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.

Dit touwetken is noch maecht.
Dit manneken ſpeelt met gapert.

Hoc adagio ſignificabant operam fruſtra ſumptam, neque ex ſententia eveniſſe, quod quis conabatur. Tranſlatum ab hamato funiculo piſcantium, qui ſæpe hamum retrahunt inanem.

15. *Semper tibi pendeat hamus.*

Aenhouden doet verkrijgen.

Semper experiendam fortunam docet, & omnem tentandam occaſionem. Sumptum hemiſtichium ex Ovidii amoribus:

Caſus ubique valet, ſemper tibi pendeat hamus;
Quo minimè credis gurgite, piſcis erit.

16. *Dives aut iniquus, aut iniqui hæres.*

Heeſt hy een groot goet / hy is des te beter niet.

Neque enim ferè parantur ingentes opes ſine fraude; & ferè ipſe poſſeſſor eas, per fas nefaſque congeſſit, aut certè ſucceſſit ei, qui has eâ paravit via. Menander:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν,
Nunquam vir æquus dives evaſit citò.

17. *Herculanus nodus.*

Ἡράκλειον ἄμμα.

Een knoop van waerden.

Pro vinculo arctiſſimo, atque indiſſolubili. In eos autem qui ſunt arctiſſima neceſſitudine copulati, quadrabit, ſi eos dicas, Herculeo nodo colligatos. Plutarchus ſcribit Alexandrum Magnum, ſubacto oppido Gordio, Midæ regiâ, viſere voluiſſe plauſtrum illud celebre, mirando artificio ex corni libro connexum, de quo fama apud Barbaros increbuerat, ut quiſquis ejus nodos explicuiſſet, ei totius orbis imperium fatis portendi: Alexander verò enſe diſſecuit. *Herculano nodo rem ſuam conſtringere*, **Sijn ſaecken wel beſwachtelen.**

18. *Fuêre*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

18. *Fuêre quondam ſtrenui Mileſii.*

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι μιλήσιοι.

De ſanden zijn ſeer verloopen.

In omnes quadrabit, qui deſierunt eſſe quod erant, facti deteriores; in ſenem, in pauperem factum è divite, in privatum, qui quandoque regnârit, in obſcurum, qui aliquando floruerit. Originem adagii Angelus Politianus ad Mileſiorum mores refert, jam in ignavos verſos & effœminatos.

19. *Fuimus Troës.*

Ἤμεν τρῶες.

Ons glas heeft geloopen.

Quando periiſſe ſignificamus, neque ea eſſe virtute qua ſolemus. Eandem ſententiam diverſa metaphora extulit Ovidius libro de Triſtibus:

Nos quoque floruimus, ſed flos fuit ille caducus,
Flammaque de ſtipula noſtra, breviſque fuit.

20. *Pyrauſtæ interitum quærit.*

Pyrauſta lucernis advolat.

Hy hengelt om de kaers.

De hane-voet is hem gebrect.

In eos dicebatur, qui ſibi ipſis exitium accerſunt. Ait enim Zenodotus *pyrauſtam* inſectum eſſe, quod lucernis advolet, atque ita exuſtis alis concidat, pereatque.

21. *Poſt feſtum veniſti.*

Κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκεις.

Ghy koomt als 't gegeven is.

Dicetur in eos, qui negotio cuipiam egregio non interfuerunt, propterea quod ſerius, jam re peracta, acceſſerint. Legitur & hoc pacto:

22. *Poſt panathenæa.*

Παναθηναίων κατόπιν.

23. *Poſt Pythia veniſti.*

Πυθίων ὕστερον ἥκες.

Ghy vint de hondt in de pot.

Eandem cum ſuperiore hæc habent ſententiam. Germanica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

nica autem ſonant, quaſi dicas canem ex olla jam cibum omnem abripuiſſe, neque poſt feſtum venientibus quicquam feciſſe reliqui.

24. *Merx ultronea.*

Gebooden dienſt is onwaert.

Ingrata eſſe ſignificat, quæ ultro non petentibus offeruntur. Tranſlatum videtur à negotiatoribus, qui merces à venditore ultro oblatas, ſuſpectas habere ſolent, quaſi ſtudeant eas extrudere. Ab hac ſententia non abludit hoc Ovidianum:

Quod venit ex facili, faciles, ſegneſque tenemus:
Quod ſpe, quodque metu torſit, habere juvat.

25. *Illotis pedibus rem aggredi.*

Ἀνίπτοις ποσίν.

26. *Illotis manibus rem aggredi.*

Ἀνίπτοις χερσίν.

Als een hondt aen een ſop.

Eſt confidenter atque imperitè rem egregiam aggredi, tanquam prophanè, ac irreverenter & imparatè. Tranſlatum à ſacrorum cerimoniis, in quibus omnia pura, lotaque jubebantur exhiberi. Dicitur autem in eos, qui vel audacius, vel parum inſtructi rebus his, quibus oportuit, negotium invadunt.

27. *Aquilæ ſenecta, Corydi juventa.*

Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.

De vivida viridique ſenecta, quæ præſtantior ſit aliquorum juventa. Nam anus aquila, præſtat corydo avicula, etiam ætate integra.

28. *Aquilæ ſenecta.*

Ἀετοῦ γῆρας.

Oude Laerſen behoeven veel ſmerens.

In ſenes dicebatur bibaces potius quàm edaces. Nam Plinius refert aquilas neque ſenio, neque ægritudine oppetere, ſed fame; in tantum ſuperiore accreſcente roſtro, ut aperiri non queat. Eoque aquilam tantum in ſenecta bibere, aut de præda ſanguinem ſugere.

29. Ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

29. *Camelus vel ſcabioſa complurium aſinorum geſtat onera.*

Κάμηλος ἡ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀνατίθεται φορτία.

Als een rijck man daer uyt is / ſoo heeft hy noch arm mans goet.

De iis, qui uſque adeò præcellunt quoſdam, ut etiam ſenes aut alioquin ægroti, præſtantiores tamen ſint illis integris. Aut de his, qui rebus parum proſperis, tamen plus valent, ob priſtinæ fortunæ reliquias, quàm alii rebus integris.

30. *Palinodiam canere.*

Παλινῳδεῖν.

Sijn woorden in ſijn hals halen.

Eſt diverſum ab his, quæ prius dixeris, dicere, atque in contrariam vertere ſententiam. Tranſlatum à Steſichori Poëtæ Lyrici facto: qui cum Helenam carmine vituperâſſet, oculis orbatus eſt. Intelligens autem cæcitatis ſuæ cauſam, protinus palinodiam cecinit, Helenamque prius vituperatam laudavit, itaque viſum recepit.

31. *Vertere vela. Funem reducere.*

't Bladt om keeren.

Eſt in diverſum mutare ſententiam, vitæque inſtitutum. Horatius:

Nunc retrorſum vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos.

Tranſlata metaphora à navigantibus, qui curſus errorem verſis velis corrigunt. Perſius *funem reducere* dixit, pro eo quod eſt, inſtitutum mutare in diverſum:

Quæ dederam ſupra, repeto, funemque reduco.

32. *Venia primum experienti.*

Συγγνώμη πρωτοπείρῳ.

't Eerſt is een Man te vergeven.

Ignoſcendum iis, qui rudes novo quopiam in negotio incipiunt, ſi quid per imperitiam peccârint.

33. *Euripus homo.*

Εὔριπος ἄνθρωπος.

Een man daer geen touw aen te beleggen is.

In inconſtantes & qui moribus inæqualibus ſunt. A maris Euripi prodigioſa quadam reciprocandi celeritate ducta metaphora. Septies enim uno die aquas emittit ac reſorbet, idque tanto impetu, ut & plena ventis navigia ſecum portet. Hinc lubrica fide hominem, Græci *Euripiſton* vocant.

34. *Endymionis ſomnum dormit.*

Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις.

't Is een van de ſeven ſlapers.

In eos quadrabit, qui ſe immodico ſomno ſaginant, aut qui diuturno in otio verſantur, nec ullis negotiis ſeſe exercent, mollem & feriatam vitam ducentes. Natum ex fabula, qua Endymion narratur, quicquid optaſſet, id potuiſſe obtinere, unde optavit, ut perpetuum dormiret ſomnum, immortalis perſeverans, & expers ſenii.

35 *Ultra Epimenidem dormis.*

Ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι.

Ghy zijdt een negen-ſlaeper.

In eos, qui perpetuum agunt otium. Epimenides autem ambulando feſſus, in ſpecum quendam ſubierat, & obdormivit, nec experrectus eſt à ſomno, ante exactos annos quadraginta ſeptem.

36. *Matura ſatio ſæpe decipit, ſera ſemper mala eſt.*

Liever te vy / dan t'ontÿ.

Liever wat te vroech / dan te laet.

Admonet adagium in omni negotio maturandum eſſe, neque paulo ſatius eſſe occupare tempus legitimum, quàm ſeriùs aggredi.

37. *Fame Meliâ* }
Λιμῷ μηλίῳ } *premebantur.*
38. *Saguntinâ fame* }

Sy aten malkander van honger op.

De kocks vochten daer.

De fame extrema, deque rebus difficillimis. Eſt enim *Me-*

lus

lus Theſſaliæ oppidum, quod Nicias Athenienſium dux ſame expugnavit magis, quàm machinis bellicis. Sic & *Saguntum* Hiſpaniarum oppidum, longâ Pœnorum obſidione fameque eò redactum eſt, ut cives extructo in foro igni, quicquid erat pretioſarum rerum, in eum conjicerent, ac poſtremo ſeque ſuoſque liberos eodem præcipitarent, ne venirent in hoſtium manus.

39. *Famis campus*

Λιμȣ̃ πεδίον.

't Is daer in Scharparpen / Hongarpen.

In civitates dicitur ingenti fame preſſas. Eſt autem locus quiſpiam hoc nomine, quòd in eo Athenienſes certis piaculis famem aliquando placârint.

40. *Elephantem ex muſca facis.*

Ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς.

Ghy dient van additien.

Ghy doet daer niet af.

Id eſt, res exiguas verbis attollis atque amplificas. Aut ſi quis auditis dimidium affingat, quomodo à Virgilio de fama ſcriptum eſt, quod *vires acquirit eundo*.

41. *Elephantus non capit murem.*

Ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει.

Hy bockt om geen kleyntken.

Generoſus & excelſus animus negligit prædas viles, & lucella minuta. Vir egregiè doctus non inſectatur minutulos iſtos literatorum ſimios. Homo præpotens non offenditur injuriolis tenuium.

42. *Aquila thripas aſpicit.*

Ἀετὸς θρῖπας ὁρᾷ.

't Is hem niet die pijne waert / hem daer tegen te verſetten.

De magnis qui puſilla negligunt. Eſt autem θρὶψ avicula quæpiam minutiſſima, quam viſam aquila non dignatur perſequi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

43. *De pilo pendet.*

Ἐκ τριχὸς κρέμαται.

'**t Hangt aen een hayr.**

De re vehementer periculoſa. Videtur natum ex hiſtoria illa Dionyſii tyranni, propter gladium de pilo in caput impendentem. Perſius:

Et magis auratis pendens laquearibus enſis.
Purpureas ſubter cervices terruit.

Ennius:

Hac noctu filo pendebit Hetruria tota,

Id eſt, verſabitur in ſummo diſcrimine.

44. *Nil intra eſt oleam, nil extra eſt in nuce duri, ait.*

Hy liecht dattet roockt.

Hy liecht datmer ſacken by drooghen ſoude.

Eſt verſus proverbialis apud Horatium in epiſtolis, dicendus in eos, qui ad inſaniam uſque impudentes, non verentur & confeſſa negare, & manifeſto falſa pro certis affirmare.

45. *Jupiter orbus eſt.*

Ζεὺς ἄγονος.

De Zee is ſonder water.

Ubi quis palàm falſa aſſeverat. Conſtat enim Jovi quàm plurimos eſſe liberos, utpote Deo longè mulieroſiſſimo ſalaciſſimoque, qui non una tantum corporis parte gignit, ſed è femore Bacchum, & è cerebro Palladem produxit.

46. *In mari aquam quæris.*

Ἐν θαλάσσῃ ζητεῖς ὕδωρ.

Ghy ſoeckt zandt inde Duynen.

Ibi quæris, perinde quaſi difficile inventu, ubi nihil aliud occurrat. Veluti ſi quis in moribus ſceleſtiſſimi hominis, unum aut alterum admiſſum veſtiget, cum tota vita ſit contaminata: At ſi quis in ſcriptoribus indoctis pauca captet, quæ reprehendat, cum nihil occurrat non reprehendendum. Propertius:

Nunc tu inſanus medio flumine quæris aquam.

47. *Flu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

47. *Fluvius cum mari certas.*

Ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζεις.

Ghy vecht tegen hondert Mans.

Ubi minimi cum maximis certamen ſuſcipiunt.

48. *Balbus balbum rectius intelligit.*

Kinderen verſtaen kinderen / ende den eenen Boef den ander.

Barbarus barbari orationem commodiſſimè intelligit, ut puer puerum. Concinnè dicetur in eos, quibus indoctis indocta magis & nota ſunt, & placent.

49. *Herbam dare.*

Gewonnen geven.

Pro eo quod eſt, victorem agnoſcere, ac ſe victum fateri. Antiquitus enim curſu aut alio quopiam certamine ſuperati, herbam ex eodem ſtatim loco decerptam adverſario porrigebant, victoriæ agnitæ ſymbolum.

50. *Dare manus.*

't Hooft in de ſchoot leggen.

Hocquoque ſe victum agnoſcere eſt. Nam qui ſe victori dedunt, ne interimantur, ultro manus ad vincula porrigunt. Horatius:

Iam jam efficaci do manus ſcientiæ.

51. *Ut canis è Nilo, eam artem deguſtavit.*

Hy verſtaet het hem / als ick't u ſeyde.

Cùm leviter, ac velut obiter artem aliquam à quopiam deguſtatam ſignificamus. Conſtat enim in Ægypto canes raptu crocodilorum exterritos, citiſſimè bibere & fugere.

52. *Haſtam abjicere.*

't Vaentjen laten leggen.

Pro eo quod eſt, cauſæ diffidere, & contentionem relinquere. Tranſlatum è militia. Deſperat enim, quiſquis arma in bello abjicit, & aut fugam ſpectat, aut expectat mortem.

53. *Harenâ cedere.*

Uyt het krijt wijcken.

Pro deſiſtere à certamine, & victoriam ultrò concedere. Tranſlatum à pugna gladiatoria. Sic & Horat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Iam Schytæ laſſo meditantur arcu
Cedere campis.

54. *In harenam deſcendere.*

Te velde komen.

Hoc eſt, *Certamen inire.* A gladiatoria item harena translatum, de qua Flaccus:

Ne populum extrema toties exoret harenâ.

Quæ ſi ad rem animi transferantur, metaphoram habebunt proverbialem.

55. *Auſtrum perculi.*

Ick hebbe den Baers ghegalt.

Hoc eſt, *Luſi operam*; eſt apud Plautum in Epidico. Quo quidem adagio non eſt gravatus uti D. Paulus in epiſtolis ſuis: *Aër enim verberantis ictum cedendo eludit.* Sumptum videtur à gente quadam, quæ cum hoc vento narratur bellum gerere.

56. *De facie notus mihi eſt.*

Ick hebbe hem wel geſien.

De facie noſſe, eſt leniter cognitum habere, quaſi quem ſemel atque iterum videris duntaxat: non qui cum ſis familiariter verſatus. Cicero: *Habet hoc ipſa virtus, quam tu ne de facie quidem noſti.*

57. *Ne umbram quidem ejus novit.*

Hy weet daer groot noch kleyn af.

Cujus nullam planè quis habet notitiam. M. Tullius ad Atticum: *O hominem amentem & miſerum, qui ne umbram quidem* τοῦ καλοῦ *viderit!* Ductum videtur adagium ab antiqua pictura, quæ rem duntaxat umbris ruditer repræſentabat.

58. *Nomine tantum notus.*

Hy heefter wel af hooren ſpreecken.

Simillimum ſuperiori. Horatius in Sermonibus:

Accurrit quidam notus mihi nomine tantum.

Sic enim vulgus tenuem quandam ac vulgarem notitiam ſignificat.

59. *Primâ facie, Primâ fronte.*

Eerſt klaps / Voor hands.

Pro eo quod eſt, primo obtuitu, & priuſquam preſſius ac dili-

ac diligentius conſideres. Fallit enim plerumque primus ille aſpectus, neque raro caligant oculi pudore quodam.

60. *Intus & in cute notus.*

't Vleeſch dat ick ſelfs gheſouten hebbe.

Sic modis omnibus cognitum aliquem ſignificamus, perinde quaſi dicas, foris atque intus notus. Perſius:

Ad populum phaleras, ego te intus & in cute novi.

Aliis fucum facito, mihi planè notus es, neque potes impoſturam facere: Ghy mooght voor my niet manck gaen/ ick heb te langh inde krepel-ſtraet gewoont.

61. *Domeſticè mihi notus eſt.*

Ick ken hem of ick al mijn leven met hem omgegaen hadde.

Plenam hoc atque abſolutam alicujus notitiam ſignificat. Plinius: *Clementem hunc ego in Syria cum adoleſcentulus militarem, penitus & domi inſpexi.*

62. *A limine ſalutavit Theologiam.*

't Is een Theologus als Judas een Apoſtel.
Hy is ſijnen Meeſter te vroegh ontloopen.

Superiori penè diverſum eſt, à limine ſalutare. Plurimum autem venuſtatis obtinebat, ſi ad res incorporeas deflectatur. Seneca: *Nec ego nego proſpicienda iſta, ſed proſpicienda tantum, & à limine ſalutanda.* Agit de dialecticorum argutiis, quas abundè ſatis exiſtimat leniter attigiſſe. Translatum à vulgaribus iſtis amicis, qui non admittuntur inter penetralia, ſed procul atque à limine ſalutant. *A limine ſalutavit Muſas,* Hy heeft de kunſt van veer goeden dach geſeyt.

63. *Primoribus labiis deguſtare.*

Van buyten aen proeven.

Tenuem rei guſtum capere. Ductum ab iis, qui cibum aut potum tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachum tranſmittentes. Quintilianus: *Sed hoc tranſeo, de quo neminem, qui literas vel primis, ut ajunt, labiis deguſtarit, dubitaturum ſcio.*

64. *Summis labiis hoc dicis.*

't Is veer van u hert.

Cum quis verbis duntaxat ſimulat quippiam, non autem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ex animo facit. Hieronymus: *Vt non levi, citatoque ſermone, &, ut ita loquar, ſummis labiis hoſpites invitemus.*

65. *Extremis digitis attingere.*

Naulijck roeren.

Superiori germanum eſt, pro leviter attingere. Quod ita demum adagium videbitur, ſi metaphora acceſſerit. M. Tullius: *Equidem multos in hac civitate, & audivi, non modo qui primoribus labiis guſtâſſent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent.*

66. *Dimidium plus toto.*

Πλέον ἥμισυ παντός.

Liever middelmaet dan hooger ſtaet.

Ænigma proverbiale eſt, quo commendatur aurea mediocritas. Nam in accipiendo toto ſignificatur πλεονεξία: In ſumendo medio ἰσότης. Siquidem qui dimidio contentus eſt, is conſiſtit in medio, contra, quiſquis ad totum uſque progreditur, is mediocritatem prætergreſſus, ad extremum perveniat oportet. Heſiodus:

Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.
Stulti neſcire videntur,
Dimidium quàm ſit toto præſtantius.

67. *Serpentis oculus.*

Ὄφεως ὄμμα.

Hy ſiet door een dubbelde Huyck/ wat een Man in ſijn teſche heeft.

De his dici conſuevit, qui acribus admodumque perſpicacibus ſunt oculis. Ab animante ſumpta metaphora. Flaccus:

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

68. *Ne moveto lineam.*

Μὴ κίνει γραμμήν.

Speelt reyn ſpel. Morſt niet.

Significat non eſſe mutandas leges, neque prætereundos fines rerum præſcriptos. Tranſlatum à more veterum, qui metam ductâ lineâ ſignabant, in qua præmium propoſitum erat, quod auferret victor. Ducebatur autem & altera linea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

nea pro curſoribus, unde curſus erat initium. Theocritus: Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, *Atque à linea lapidem movet:* Hy ſpeelt onreyn ſpel.

69. *Eandem tundo incudem.*

't Is altijt 't oude deuntje.

Rectis as es a / dat ſingen wy voor ende ſingen 't weer na.

De iis, qui indefatigabili aſſiduitate in operis alicujus ſtudio perſeverant. Conveniet in Grammatiſtas & literatores, quibus ſine fine eadem ſunt inculcanda pueris, ut hæreant aliquando.

70. *Lacerat Lacertum Largi Mordax Memmius.*

L. L. L. M. M.

Memmius quidam Romanus, cùm ageret Tarracinæ, mulierculam quandam deperibat, ſed non citra rivalem. Cum hoc igitur cùm aliquando rixa incidiſſet, eò iracundiæ provectus eſt Memmius, ut Largi, nam id rivali nomen, brachium mordicus arriperet. Ea res poſtquam in popularem abiit jocum, faceti quidam & φιλογελοὶ, ſenarium hunc in omnibus urbis parietibus quinque literis notârunt, depictis tribus L L L, & duobus M M, videlicet ut advenis percunctandi præberent occaſionem.

71. *Cicadâ vocalior eſt.*

Τέττιγος εὐφωνότερος.

Hy beſnapt het al datter is.

Sijn mont ſtaet nimmermeer ſtil.

Dicebatur in hominem impendiò garrulum, aut admodum Muſicum, propterea quòd hoc inſectum cantu potiſſimum delectetur.

72. Ἀντιπελαργεῖν δεῖ.

Oude deucht / moet zijn geheucht.

Ἀντιπελαργεῖν, eſt mutuam officii vicem rependere, maximè nutricandi fovendique eos, à quibus aliquando fueris enutritus aut inſtitutus; ut ſi liberi parentes ætate feſſos viciſſim alant, foveantque. A ciconiæ natura ſumptum, quæ Græcè *pelargus* dicitur. Ea inter aves una pietatis ſymbolum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

bolum obtinet, quippe quæ parentes ætate defectos, viciſſim alit, & volandi impotentes, humeris geſtat.

73. *Uno tenore fluit.*

't Loopt alleen ſtrackx door / even ſlecht.

Tenorem rei progreſſum vocant: Unde quæ ſui ſimilia ſunt, ſibique veluti perpetua quadam ſuccedunt ſerie, horum eundem eſſe tenorem dicimus. M. Tullius: *Iſque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit.* Loquitur de æqualitate dictionis, nulla varietate reficientis auditorum aures.

74. *In quadrum redige.*

Alle dinck net op ſijn vierkant ſtellen.

Hoc eſt, in ordinem aptamque ſtructuram concinnare. Sumptum ab iis, qui arbores, aut lapides mathematicis gnomonibus exæquant, ut undequaque congruant inter ſeſe. Proinde quod convenit, *quadrare* dicimus. Virgilius in Georgicis:

Indulge ordinibus, nec ſecius omnis in unguem,
Arboribus poſitis, ſecto via limite quadret.

75. *De fece mihi hauris.*

Ghy geeft my dat ghy quijt wilt zijn.

M. Tullius dixit *de fece haurire*, pro eo, quod eſt, ſordida quæpiam & plebeia, nimiſque humilia perſequi. Uſurpat hoc proverbium Atticus in Ciceronem, qui tempus tereret in commemorandis oratoribus quibuſdam obſcuris, ac nullius penè nominis.

76. *In laqueum inducere.*

Een de wech onderleggen.

Hoc eſt, arte ſic concludere quempiam, ut jam nullum ſit effugium. Qui mos fuit Socrati Platonico, ſuis illis rogatiunculis eò depellere ſophiſtas, ut negarent quæ prius affirmaverant, quæ negaverant, affirmarent. Quintilianus: *Turbantur enim, & à patronis diverſæ partis in laqueum inducuntur.* Nunc in laqueum inductus eſt, **Nu is hy in een ſack.**

77. *Bœotica ſus.*

Een goedt plomp en vierkant gheſel.

Vetuſtiſſimum adagium, olim in ſtolidum & indoctum hominem jaci ſolitum. Attici Bœotis ſtupidi, bardi, inſulſi,

ſi, denique & *ſuis* cognomen indiderunt, potiſſimum ob edacitatem. Sunt autem inter ſe cognata vitia πολυφαγία & ſtoliditas. Atque hinc Herculem edacem faciunt, ſed eundem à literis alieniſſimum, adeò ut præceptorem ſuum trucidârit. Fuit autem & ille Bœotus, nempe Thebis natus.

78. *Impoſſibilia captas.*

Ἀδύνατα θηρεῖς.

Ghy wilt het Ys met de handen breecken.

In eum, qui molitur quod efficere non queat. Sumptum ab aucupio ſeu venatu prædarum, quas conſequendi non ſit facultas. Veluti ſi quis animi tranquillitatem opibus aut voluptatibus iſtis vulgaribus ſibi comparare conetur.

79. *Cribro divinat.*

Κοσκίνῳ μαντεύεται.

Door ſijn duymken ſiet hy 't.

Eſt conjecturâ ſagaci rem deprehendere. Agebantur autem apud veteres vaticinia cribro, lauro, & tripode.

80. *Hydram ſecas.*

Ὕδραν τέμνεις.

Ghy maeckt van een donder twee.

Eſt autem *hydram incidere*, ita unum aliquod incommodum tollere, ut in ejus locum alia plura recipias. Adagium natum eſt ex fabula hydræ Lernææ, cujus uno reciſo capite, plura renaſcebantur. Horatius: *Non hydra ſecto corpore firmior Vinci dolentem crevit in Herculem.* Accommodari poterit in eos, qui litibus involvuntur nunquam finiendis: ſiquidem lis litem parit, & ſæpenumero pro una enecta, tres ſubnaſcuntur.

81. *Ne ramentâ quidem ditior.*

Ne feſtucâ quidem ditior.

Niet een hayr rijcker.

Niet een zier / niet een kruys rijcker.

Hyperbole proverbialis eſt. Plautus in Rudentibus: *Nunquam herclè hinc hodie ramentâ fies fortunatior*, perinde quaſi dicas, ſtupâ ditior. Ariſtophanes ſimili figura dixit:

Ὕπιξ

Ὕπνου δ' ὁρᾷ τις νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην.

Noctu haud videt ſomni ne paſpalam quidem.

Id eſt, nec minutiſſimum quippiam: **Des nachts luyckt hy niet een oogh om te ſlapen.**

82. *Sacrum ſine fumo.*

Ἄκαπνος θυσία.

Banckétje van drye haſen-nooten.

De nimium tenui convivio, & in quo nihil cocti obſonii apponitur. Tranſlatum à pauperculorum ſacris, molas, thuſculum, lac, aut corollas offerentium, cùm Dii illi poëtici nidorem illum expectent, una cum fumo ſubvolantem.

83. *Non eſt curæ Hippoclidi.*

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

Soo goede Rooſkens ſpruytender alſſer uytgaen.
Soo goede Schepen komender aen alſſer afvaren.

Hoc adagio ſignificabant ſe quippiam negligere, neque magnopere laborare. Nam ab Hippoclide Tiſandri filio, qui cum ſponſam ambiens, indecora ſaltatione ſe à nuptiis excidiſſe audiret; *Haud curæ hoc eſt Hippoclidi*, inquit. Quæ vox poſtea in proverbium abiit.

84. *Canis in præſepi.*

Ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ.

Dat hem niet en dient / en dat hy evenwel niet geern een ander leent.

In eos dicitur, qui nec ipſi fruuntur re quapiam, neque reliquos item ſinunt uti. Veluti ſi quis egregios codices incluſos diligenter adſervet, quos nec ipſe unquam evolvat, nec aliis evolvendi faciat copiam. Quemadmodum canis in præſepi, nec ipſe veſcitur hordeo, & equum vetat veſci.

85. *Captantes capti ſumus.*

Αἱροῦντες ᾑρήμεθα.

Soo wy een ander joeghen/ſoo ruſtede wy ſelfs niet.

Cùm res præpoſterè evenit, ut ipſi circumveniamur, dum aliis conamur imponere. Veluti qui dat operam ut invitatiunculis alium reddat ebrium, is nonnunquam ipſe fit ebrius;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

brius: & qui finitimum molitur imperio depellere, fit ut ille ſuum amittat regnum. Sic Horatius:

Græcia capta ferum victorem cepit.

86. *In venatu periit.*

Ὑπὸ τῆς ἄγρας ἀπώλετο.

Hy is ſelfs in de ſtrick ghekomen.

Lucianus: Αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας, *Et ipſa venatu periit*, hoc eſt, dum adoleſcentem venatur, ſtudetque irretire, etiam ipſa ſeſe perdidit.

87. *In laqueos lupus.*

Εἰς πάγας ὁ λύκος.

Nu heeft hy 't daer hy langh om heeft gheloopen.

Cùm improbus quiſpiam tandem in extremum adducitur diſcrimen.

88. *Annoſa vulpes haud capitur laqueo.*

Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.

't Is quaet oude Voſſen te vanghen.

Vulpes anus laqueis capi haud ullis poteſt. Senarius eſt proverbialis, dicendus in eum, qui longa ætate, multaque rerum experientia callidior eſt, quam ut arte, doliſque capi queat.

89. *Vulpes non capitur muneribus.*

Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται.

Hy is met geen ſtuck ſpecks te payen.

De callidis ac verſutis, quos haud facile ſit, objecto munuſculo aut aſſentatiuncula pollicitiſve fallere. Larus enim & aliæ quædam aves, eſca capiuntur, vulpes non item.

90. *Atticus in portum.*

Ἀττικὸς εἰς λιμένα.

Een hardt Man op een weecke kaes.

In eos dicebatur, qui illic virtutem oſtentare ſolent, ubi tutum eſt, atque nihil opus. A nautis Atticis ſumptum, qui portum ingreſſuri oſtentandi ſui gratia magnificè ſeſe gerebant; in ipſa re, hoc eſt, in prælio navali, non ita ſtrenui.

91. Ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

91. *Capra Scyria quantulum prodeſt?*

Wat haet dat de Koe veel Melckx geeft / als ſy die weder om ſtoot.

Convenit in eos, qui beneficium maleficio corrumpunt, aut qui virtutes adjunctis vitiis contaminant atque obſcurant, quive rectè inſtituta, non rectè finiunt. Veluti capra Scyria, quod fera ſit, mulctrum quod lacte impleverat, ipſa rurſus evertit, atque hoc modo beneficium quod dederat, eadem perdidit.

92. *Suſpendio diligenda arbor.*

De pap is heel verſouten.
't Spit is heel in d'aſche ghewendt.
't Is poorts werck. Op de loop gheſtelt.

In re vehementer indigna, neque ullo pacto toleranda. Inde natum, quòd olim in Theophraſtum Philoſophum præcipuum, meretricula quæpiam nomine Leontium auſa ſit ſcribere.

93. *Minervæ felem.*

Ἀθήνα τὸν αἴλουρον.

't Lijckt ſoo veel als een Kat op een Endt-vogel.

Subaudiendum comparat. Cùm multo inferiora cum præſtantioribus comparantur, quod levicula quapiam in re conveniant. Quid enim habet Minerva commune cum ſele, præter glaucorem oculorum?

94. *Vorſuram ſolvere.*

Een Deur op doen/ om een Veynſter te ſtoppen.

Qui ſic è præſentibus malis extricat ſeſe, ut aliis gravioribus impediatur. Nam Donato *Vorſuram facere* eſt, æs alienum ære alieno ſolvere, aut minore fœnore, majorem acceptam pecuniam occupare. Hinc ducta voce, quòd vertant creditorem. Terent. in Phormione: *In eodem luto hæſitas, vorſuram ſolvis, præſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ creſcunt.*

95. *Animam debet.*

Hy is niemant ſchuldich dan alle de Werelt.

De eo, qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quàm omnes

omnes facultates debeat, ac denique ſeipſum. Terentius: *Quid ſi animam debet?* **Of hy meer ſchuldich waer dan hy in de Werelt heeft?** Erat enim antiquitus lex, ut qui ſolvendo non eſſet, is nexus addiceretur creditori, luiturus corpore, id eſt, operâ, quod ære non poſſet.

96. *Summum jus, ſumma injuria.*

Het upterſte recht gaet ſlim genoech toe.

Tum maximè diſcedi ab æquitate ſignificat, cùm maximè ſuperſtitioſè inhæretur legum literis. Id enim ſummum jus appellant, cùm de verbis juris contenditur, neque ſpectatur quid ſenſerit is, qui ſcripſit. Terentius: *Verum illud Chreme dicunt, jus ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.*

97. *Ne ignifer quidem reliquus eſt factus.*

Οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη.

Daer is noch kat noch muys af weder gekomen.

Ubi ſignificamus omnes ad unum interiiſſe, adeò ut ne ei quidem ſit parcitum, qui ignem præfert exercitui. Nam priſcis mos erat, ut vates aciem præcederet, lauro coronatus, ac facem geſtans. Ab hoc, belli vim abſtinebant utrimque, quòd nefas ducerent in virum ſacrum ſtringere gladium.

98 Πανολεθρία.

Daer hutte met de mutte blijft.

Hoc voce ſignificabant internecionem, & ejuſmodi perniciem, ut nihil omnino reliquum fieret. Veluti ſi dicas, libidinem magnam quidem eſſe peſtem Chriſtianæ religionis, verum avaritiam prorſus πανολεθρίαν eſſe pietatis.

99. *Thracium commentum.*

Θρᾴκια παρεύρεσις.

Dat is een treeck.

Torquendum in eos, qui pacta eludunt callido vafroque aliquo commento. Hinc natum, quòd Thraces pactis cum Bœotiis aliquot dierum induciis, nihilo ſegnius incurſiones agebant nocturno tempore. Hos autem cum propulſâſſent

Bœotii,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Bœotii, atque expoſtularent quod violaſſent inducias, Thraces reſponderunt ſe de diebus pactos eſſe, non de noctibus. Et hæc res proverbio locum fecit.

100. *Romanus ſedendo vincit.*

Hy neemt het ſaſkens op / ende laet de hin wel op haer eyeren komen.

In eos qui tranquilli atque otioſi, tamen quæ volunt efficiunt, aut qui non viribus, ſed arte rem gerunt. M. Varro: *Vultis igitur interea vetus proverbium, quod eſt, Romanus ſedendo vincit, uſurpemus, dum iſte venit?* Ex hiſtoria Fabii Cunctatoris natum videtur.

Finis Primæ Chiliadis.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA I.

1. *Scopum attingere.*

Τυγχάνειν τοῦ σκοποῦ.

De ſpijcker op 't hooft ſlaen.

EST conjecturâ rem ipſam aſſequi. Lucianus: καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ εἴκασας, id eſt, *Tuaque conjectura haud procul abeſt à ſcopo.*

2. *Simia non capitur laqueo.*

Ὁ πίθηκος οὐκ ἁλίσκεται βρόχῳ.

Hy weet al te veel raedts.

Weet ghy een gat / hy weet daer een nagel toe.

In callidos tergiverſatores dici ſolitum, qui coargui non queunt. Id olim dictum eſt in Heraclidem, qui per imprudentiam perperam citarat ex Dionyſio, quod erat apud Sophoclem. Deinde tergiverſanti, nec imperitiam agnoſcenti, ſcripſit quiſpiam: *Simiam haud capi laqueo.*

3. *Largitio non habet fundum.*

Men mach het padt niet over al ſtropen.

M. Tullius libro officiorum ſecundo: *Omnino*, inquit, *meminiſſe debemus, id quod à noſtris hominibus ſæpiſſimè uſurpatum, jam in proverbii conſuetudinem venit, largitionem fundum non habere.* Quo dicto ſignificabant ſtulta liberalitate quantaſlibet opes exhauriri, vel effluere potius. Tranſlatum à pertuſo dolio Danaidum.

4. *Inexplebile illorum dolium eſt.*

Ἄπληστος πίθος αὐλῶν.

Haer handen ſtaen altijt open.

Sumptum adagium eſt ex notiſſima fabula Danaidum, quæ ob ſponſos necatos ea pœna apud inferos cruciari dicuntur, ut ſitulis perſtillantibus aquam hauriant, atque in do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

in dolium pertuſum eam infundant, labore gravi & inutili.

5. *Inexplebile dolium eſt.*

't Is een rechte bier-leers.

Hy heeft een vonck in ſyn keel.

Si ad hunc modum uſurpes, competet in hominem bibacem admodum, ut quem nullo vino, nullave, ut vocant, cerevisia expleas.

6. *Inexplebile dolium eſt.*

Hy ſal aerde ghebreck hebben.

In vehementer avaros, quos noſtrate linguâ terræ inopiâ laboraturos dicunt, qua in ſepulchrum depoſiti condantur.

7. *Cum adſit urſus, veſtigia quæris.*

Ἄρκτου παρούσης, τὰ ἴχνη ζητεῖς.

Als ghy aen de man komt / ſoo kruypt ghy in u ſchulp.

De iis dicitur, qui timiditate præſens negotium declinant, atque ad alias nugas dilabuntur. Tranſlatum à formidoloſis venatoribus, qui ſe diſſimulant ſenſiſſe urſum, & veſtigia perſequi fingunt, quo abſint à periculo.

8. *Boni ad bonorum convivia ultrò accedunt.*

Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖ-
τας ἴενται.

Een goet vrient is haeſt genoech genoodt.

Sponte bonis mos eſt convivia adire bonorum.

Hexameter proverbialis eſt, tum uſurpandus, ubi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omnes probos intercedit, ad ſui ſimilem accedit, non expectatis vulgaribus iſtis invitatiunculis.

9. *In puteo cum canibus pugno.*

Ἐν φρέατι κυσὶ μάχομαι.

Ick ben aen den katten dans.

Dici ſolitum, ubi cuipiam negotium incidit cum homine rixoſo & contentioſo, à quo ſe nequeat extricare.

10. *Mihi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

10. *Mihi ipſi balneum miniſtrabo.*

Ἐμαυτῷ βαλανεύσω.

Ick ſal my ſelfs helpen.

Ubi quis ſuis ipſius inſervit commodis: Aut ubi quis non expectato alieno officio, ipſe ſuum agit negotium. Tranſlatum à balneis, in quibus ceſſante balneatore, ipſi qui lavant, aquam hauriunt atque infundunt.

11. *Vir fugiens haud moratur lyræ ſtrepitum.*

Ἀνὴρ ὁ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον.

Als het op een loopen gaet / ſoo looftmen de voeten een nieuw paer ſchoenen.

In eos, qui in rebus periculoſis ac ſeriis properandi ſtudio negligunt leviora. Nam qui fugit in bello, non putat ſibi liberum aut vacuum, ut cantorem auſcultet.

12. *Caninum prandium.*

Een muyſe maeltijt.

Proverbio abſtemium dicebatur, in quo nullum vinum biberetur, propterea quòd peculiari naturæ proprietate canes à vino abhorrent. Noſtrates *prandium murinum* vocant, ubi murium more, aut nihil, aut quàm minimum bibitur.

13. *Vir fugiens denuo pugnabit.*

Ἀνὴρ ὁ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται.

Die onder leyt / mach boven komen.

Al is een gebeten / hy is niet gegeten.

Monemur non protinus abjicere animum, ſi quid parum feliciter ſucceſſerit: nam & victi poſſunt vincere, quando victoria ἑτεραλκὴς eſt, ut Homerus eam vocat, nempe huic, nunc illi favens.

14. *Ex ſtipula rem cognoſcimus.*

Ἐκ τῆς καλάμης γινώσκομεν.

Men ſiet aen die ſcherven wel / hoedanich dat de pot was.

Ex ſtipula judicare dicitur, quoties è veſtigiis quibuſdam in ſenecta reliquis, conjecturam aliquando faciunt, cujuſmodi quis ipſa fuerit adoleſcentia. Tranſlata metaphora à ſegetibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

15. *Eodem cubito metiendi omnes.*

Gelijcke Monicken / gelijcke kappen.

Eodem cubito, hoc eſt, eâdem regula, eâdem menſura. Noſtrates ejuſdem ordinis Monachos, eadem cucullâ, ſimilique planè more conveſtiendos dicunt.

16. *Monſtratur digito.*

Δείκνυται τῷ δακτύλῳ.

't Is een heel hans.

Alle de Werelt hout van hem.

Hoc eſt, inſignis eſt atque egregius. Perſius:

At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier hic eſt.

Horatius:

Quod monſtror digito prætereuntium.

Natum videri poteſt ex eo, quod in vita Diogenis narrat Laërtius: *Cum hoſpites quidam Athenas advenissent, ut Demoſthenem conſpicerent, Diogenes medio porrecto digito, Hic eſt vobis ille Athenienſium, inquit, concionator.* Simul ſignificans Demoſthenem & gloriæ avidum, & moribus contaminatis.

17. *Ne altero quidem pede diſcedas.*

Μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα προέλθῃς.

Gaet niet een voet plaets ver.

Annumerandum hoc iis eſt, quæ alibi dicta ſunt, *Latum digitum, Latum pedem, Latum unguem.*

18. *Ex diametro diſtant.*

Ἐκ διαμέτρου.

't Scheelt tweemael de helft.

De vehementer inter ſe pugnantibus. Sumptum à Geometris, apud quos perfectiſſima oppoſitio perpendicularis eſt. Lucianus: *Noſtra enim & illorum vita perpendiculo, quod ajunt, inter ſe diſtant.* Diametrus enim eſt recta linea, figuram, qua longiſſimè patet, ex æquo ſecans: veluti diametrus orbis eſt, quæ ſic à ſummo ad ſummum tendit circulum, ut per centrum eat.

19. *Amicis ex animo loquendum eſt.*

Met goede vrienden ſalmen waer-ſpot houden.

Seria, quæque citra diſſimulationem dicuntur, ex ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

mo dici dicuntur, eaque ex corde proficiſci ait vulgus. Significat autem hæc ſententia veræ amicitiæ eſſe, ne cum amico ſimulanter atque adulatorio more agamus. Huic contrarium eſt, *A ſummis labris*. Seneca: *Non à ſummis labris iſta veniunt*.

20. ***Aut bibat, aut abeat.***

Ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι.

Laet hy tieren als de luyden.

Hoc adagio monemur, ut aut tempori, locóque nos accommodemus, aut ab hominum conſuetudine nos ſubducamus. Eſtque hæc ex decretis convivialibus.

21. ***Domi conjecturam facito.***

Denckt by u ſelven.

Quod non aliunde petitur, id domi fieri proverbio dicitur. Plautus in Ciſtellaria: *Hanc ego de me conjecturam domi facio*, hoc eſt, meopte experimento comperio.

22. ***Domi habet. Domi naſcitur.***

Hy heeft ſelfs een os geſlagen/hy en behoeft u penſen niet. Item/ Hy heeftet aen hem ſelven.

Quod in nobis ſitum eſt, neque neceſſe eſt ab aliis mutuo ſumere. Quomodo agricolas omnia ferè domi habere dicimus, **Datſe alle dinck aen haer ſelven hebben.** Ut non ſit neceſſe aliunde aut emere aut mutuo accipere. Regum eſt, domi conſilium habere, non ab aliena pendere ſententia.

23. ***Confringere teſſeram.***

Sijn koeck op hebben.

Confregiſſe teſſeram dicitur, qui ſibi reditum in domum aliquam præcluſit. Plautus in Ciſtellaria: *Hic apud nos jam Alceſimarche confregiſti teſſeram*. Eſt autem *teſſera* ſymbolum hoſpitale, quo prolato cognoſcebantur hoſpites, ſi quando rediſſent.

24. ***Frigidam ſuffundere.***

't Vyer onder ſteecken. 't Houtken onder ſteecken.

Plautus uſurpavit pro eo, quod eſt clanculum inſtigare. Sic enim in Ciſtellaria meretrix quæritur de matronis, maritos ſuos in meretricum odium inflammantibus: *Ita noſtro*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ordini palàm blandiuntur, clàm ſi occaſio uſquam eſt, aquam frigidam ſubdolè ſuffundunt. Viris cùm ſuis prædicant nos ſolere, ſuas pellices eſſe ajunt. Tranſlatum ab officinis ærariis, ubi fabri ſubinde frigidam in ignem aſpergunt, quò ignis ſit vehementior.

25. *In ſenem ne quod collocâris beneficium.*

Γέροντι μηδέποτε μηδὲν χρηςὸν ποιεῖν.

Van oude luyden ende jonge kinderen begaetmen luttel danckis.

Quin & hodie vulgo dicitur, neque in ſenem, neque in puerum collocandum eſſe beneficium: propterea quòd alter non refert, & alter non meminit.

26. *Nunc in te cadunt folia, poſt cadent arbores.*

Dit is noch al van 't minſte.

Ab iis, qui arbores præcidunt aut exſtirpant. Competit in eos, quos poſt leve incommodum graviora mala ſubituros ſignificamus, ut quibus minore adhuc menſura mala admetiamur.

27. *Chreſtologus.*

Χρηςόλογος.

Een ſchoon-praet.

De iis qui probè loquuntur, & improbè faciunt. Dictum fuit peculiariter in Pertinacem Imperatorem.

28. *Pulchrè dixti, Bellè narras.*

Καλῶς ἔλεξας.

Wel gepepen. Dat zijn moye boonen/ ſy rollen als erreten.

Ironiæ proverbiales ſunt, de re dictu vehementer abſurda.

29. *Fictiles divitiæ.*

Κεράμειος πλȣ͂τος.

Rijckdommen die aen een kool vyers hangen.

De rebus incertis, fragilibus ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vaſa facilè quolibet caſu comminuuntur.

30. Le-

30. *Lepus dormiens.*

Λαγὼς καθεύδων.

Sy ſlapen niet al die ſnorken of ſnuyven.

Quadrant in eum, qui quod non facit, id ſe facere adſimulat: quod facit, id ſe facere diſſimulat. Tradunt enim leporem patentibus oculis dormire.

31. *Sero Juppiter diphteram inſpexit.*

Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος, εἰς τὰς διφθέρας.

In eos, qui ſerò quidem, ſed aliquando tamen pro maleſactis dant pœnas. Antiquitas enim credidit Jovem omnia in ſua diphthera, hoc eſt, pelle caprina ſcribere, ac multa quidem pro tempore diſſimulare, verum aliquando de improbis pœnas ſumere. Bellè quadrabit in principes, qui diu diſſimulata maleficia tandem puniunt.

32. *Aut mortuus eſt, aut docet literas.*

Ἤτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.

Hy is doot/ of in groote noot.

Hoc adagio ſignificabant olim, cuipiam omnino malè eſſe, tametſi parum liqueret, quid rerum ageret. Hinc natum, quòd Athenienſes duce Nicia parum feliciter aliquando pugnaverunt adverſus Siculos, permultis occiſis, & pleriſque captivis in Siciliam abductis, qui Siculorum filios literas docere coacti ſunt. Proinde pauci, qui fugâ elapſi redierant Athenas rogati quid hic aut ille faceret in Sicilia, modò memorato verſiculo reſpondebant: *Aut periit, aut docet literas.*

33. *Oportet teſtudinis carnes aut edere, aut non edere.*

Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν.

Men moet het Schip aen d'een of d'ander zijde ſtueren.

In eos, qui negotium ſuſceptum frigidè ducunt, neque explicantes neque relinquentes. Ajunt enim teſtudinis carnem ſi modicè edatur, ventris tormina facere, rurſum ſi copioſè, lenire. Perinde eſt, quaſi dicas: Aut ſtudendum, aut non ſtudendum. Nam pleræque res ſunt, quas ſi facias acriter, plurimum conducunt, ſi ignaviter, officiunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

34. *Bonæ leges ex malis moribus procreantur.*

Warender geen Dieven / daer waren geen Galghen.

Sicuti medicorum pharmacis nihil opus foret, niſi morbis laboraretur; ita legibus ferendis nihil opus eſſet, niſi perperàm viveretur.

35. *Bos alienus ſubinde foras proſpectat.*

Βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει.

Op vreemde haert sietmen dickwils t' huysvvaert.

De iis, qui apud alienos non ſatis ex animi ſententia tractantur, eoque ſæpius ſuos deſiderant. Dicetur autem & rectè ἔξω βλέπειν, qui non contentus ſuis, aliunde pendet, **Om hulp ſien.**

36. *Septimus bos.*

Ἕβδομος βοῦς.

Den houten geſel.

In ſtupidos brutoſque dicebatur, nam cum apud veteres ſex animantium genera diis mactari ſolita ſunt, ovis, ſus, capra, bos, gallina, anſer, pauperes non habentes unum animal, quod immolarent, bovis ſimulachrum è farina fingere conſueverunt. Is quoniam ſenſu vitáque careret, in ſtoliditatis abiit proverbium.

37. *Summis naribus olfacere.*

Τῇ ἄκρῃ ῥινὶ ὀσφραίνεσθαι.

Een dinckſt ruycken.

Een dinck door ſijn duymken ſien.

Pro eo quod eſt, levi experimento, conjecturáque qualicunque deprehendere.

38. *Si meus ille ſtilus fuiſſet.*

Hadt ick daer de Admirael af geweeſt.

Pro eo quod eſt, ſi hoc negotii meo arbitrio, meóque artificio commiſſum fuiſſet. Tranſlata metaphora à ſabularum autoribus, quorum ſtilo aut calamo tota fabula conficitur. Cicero: *Sed unam rem vereor ne non probes. Si enim fuiſſem, non ſolum regem, ſed regnum etiam de Rep. ſuſtuliſſem.*

Et ſi

Et ſi meus ille ſtilus fuiſſet, ut dicitur, mihi crede, non ſolum unum actum, ſed totam fabulam confeciſſem.

39. *Indus elephantus haud curat culicem.*

Κώνωπος ἐλέφας ἰνδὸς οὐκ ἀλεγίζει.

Een rijck Haverkooper let op een kleyntje niet.

Adhiberi poterit, quoties ſignificabimus excelſis animis leves & vulgares injurias eſſe contemnendas. Dictum eſt autem ob ſingularem duritiem cutis elephantinæ, qua fertur etjam jacula excutere, tantum abeſt, ut culicis morſu poſſit offendi.

40. *Lutum luto purgare.*

Πηλῷ πηλὸν καθαίρειν.

Quando rem ſordidam ſordibus tollis, hoc eſt, cum ſordes non tollis, ſed aut mutas aut auges etiam. Sic aliquando per ſacerdotes fieri conſuevit, qui cum Deorum oras polluerent, eam expiationem eſſe ducebant.

41. *Quocunque pedes ferent.*

Ἔνθ' ἂν οἱ πόδες φέρωσιν.

Daer de ſtock valt.

Pro eo quod eſt, *quovis.* Quadrabit ubi nihil certum ſpectatur, ad quod noſtri conatus dirigantur. Horatius in Epodis:

Ire pedes quocunque ferunt, quocunque per undas
Notus vocabit, aut protervus Africus. ——

Rurſus in odis:

I, pedes quò te rapiunt & auræ.

Noſtrates ex caſu erecti ſtipitis parœmiam ſumunt, ut qui illuc eundum jocantur, quo delapſus ſtipes commonſtrabit.

42. *Cyclopicam vitam vivit.*

Κυκλώπειον βίον βιοῖ.

Hy leeft of daer Hemel noch Hel waer.
Hy vraecht na den Donder noch ſijn Moer.

Cyclopica vita, pro vita efferâ ac barbara ponitur, quæ neque legibus, neque diſciplina civili conſtet, neque religione Deorum gubernetur. Homerus de Cyclopibus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Οὐ γὰρ κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν,
Οὐ δὲ θεῶν μακάρων.
—— Neque enim Cyclopica turba
Curamus, ſummumve Iovem, divoſve beatos.

43. *Longè latéque diſtant.*
't Scheeldt wijdt ende breedt.

Cum ingens diſcrimen ſignificant, *longè latéque diſtare* dicunt. Apud Ulpianum in Pandectis: *Si uſus fundi ſit relictus, minus utique eſſe quàm uſusfructum, longè latéque diſtare nemo dubitat.*

44. *Similes habent labra lactucas.*
Sy hebben malkanderen gevonden.
Met is aen Truy geraeckt.

Ubi ſimilia ſimilibus contingunt. Veluti præceptori parum docto diſcipulus indocilis, improbo populo magiſtratus improbus, contumelioſo patrono contumelioſus actor, uxori moroſæ maritus moroſus: breviter quoties mala malis, digna dignis eveniunt. Natum adagium ab aſino carduos paſcente, quæ lactuca aſininis labris digna fuit, ſiquidem illa vehementer dura habet & petricoſa.

45. *Dignum patella operculum.*
Daer is een Schotel buyl gemaeckt.
Sy zijn malkander waerdt.

Superiori ſimillimum eſt hoc. Hieronymus in Epiſtola ad Chromatium: *In mea*, inquit, *patria ruſticitas vernacula, Deus venter, & in diem vivitur, & ſanctior eſt ille, qui ditior eſt. Acceſſit huic patellæ, juxta tritum populi ſermone proverbium, dignum operculum.* Significat autem epiſcopum ad improbos populi mores accommodatum.

46. *Si juxta claudum habites, ſubclaudicare diſces.*
Ἀν χωλῷ παροικήσης, ὑποσκάζειν μαθήσης.
Daer een by zit / daer een by leert.

Proverbium admonet, ut devitemus pernicioſam improborum hominum conſuetudinem, propterea quod cùm corporis, tum maximè animi vitia contagio ſerpunt in vicinum. Naſo:

Dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi,
Multáque corporibus tranſitione nocent.

47. *Corrumpunt mores bonos, colloquia prava.*

Φθείρουσιν ἤθη χρήσθ' ὁμιλίαι κακαί.

Quade reden / quade zeeden.

Docet tales nos eſſe aut fieri, qualia ſunt quotidiana noſtra colloquia. Tales nos evadere, qualia frequenter audimus. Jam verò quod de colloquio dicitur, oportet & de ſtudiis intelligere. Qui vitam omnem in ethnicis conterunt literis, gentiles evadunt. Qui præter obſcœnos autores nihil evolvunt, moribus obſcœnis reddantur oportet. Etenim lectio colloquium quoddam eſſe videtur.

48. *Annus clibanum.*

Ἄννος κλίβανον.

Wat een dinck is Moſtaert.

In eos olim dicebatur, qui novæ quippiam rei reperiſſent. Nam Annus quidam Ægyptius, clibanorum uſum in quo panes coquerentur, fertur excogitâſſe. Noſtrates cum ironia admirabundè dicunt: *Quanta res ſinapi eſt!* quoties quis de novo invento, aut novæ rei narratione ſibi placet.

49. *Magiſtratus virum arguit.*

Ἀρχὴ τὸν ἄνδρα δείκνυσιν.

Men ſiet een Man niet eer / dan als hy komt tot eer.

Senſus eſt, in vita privata vix ſatis perſpici poſſe mores & ingenium hominis. Verùm ſi committas imperium, ut quod libet, idem liceat, tum demum apparere, quo ſit animo.

50. *Idem Accii quod Titii.*

De een niet meer voordeels dan d'ander.

Refertur hoc apud Gellium: *Quodſi quis*, inquit, *undecimo menſe* κατ' Ἀριστοτέλην *natus eſt*, *Accio idem quod Titio jus eſto:* nimirum ſignificans eodem ſibi jure futurum, filium decimo menſe natum, quo eum qui undecimo natus ſit. Videtur ſumptum à Jureconſultorum conſuetudine *Titii* & *Accii* vocabulum pro quibuſlibet duobus ſubinde uſurpantium.

51. *Muta*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

51. *Muta perſona.*

Κωφὸν πρόσωπον.

Een die het ſwijgen bewaert.

Quadrabit in eos, qui in conſeſſu deliberantium, aut diſputantium, aut etiam in convitiis, cæteris loquentibus, ſoli tacent. Traductum è lege Comœdiarum, in quibus non temere plures tribus perſonæ ſolent induci in eadem ſcena. Quod ſi quando quarta acceſſerit, ea aut muta eſt, aut perpauca loquitur.

52. *Caput ſine lingua.*

Een volgher / Een Ja-heer.
Hy ſeyt daer amen toe.

Competit in eos, qui in conſultationibus aut diſceptationibus ipſi quidem nihil habent, quod dicant, verùm aliorum ſententiis annuunt. Laberianus trimeter:

Caput ſine lingua, pedaria eſt ſententia.

53. *Corpus ſine pectore.*

Huic leva in parte mamillæ nil ſalit.

Hy heeft van de dertich penningen niet gehadt.

Corpus ſine pectore, eſt quaſi dicas, ſine mente. Nam ſapientiam & ingenium in pectore atque in corde conſtituunt, & *cordatos* appellamus prudentes. Horat.

Non tu corpus eras ſine pectore: Dii tibi formam,
Dii tibi divitias dederant, artemque fruendi. Ovid.
Huccine tu ſperas hominem ſine pectore, dotes
Poſſe ſatis formæ Tyndare noſſe tuæ?

54. *Cerite cerâ dignus.*

Die een ſchenniſſe waerdt is.

Sic olim vocabant notari dignos, improbos, & nequam homines, nimirum *Ceritem ceram* inſignem ignominiam appellantes. Horatius:

Quid deceat, quid non, obliti Cerite cerâ
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſis.

Adagium eſt, quod Romani Ceritibus bello ſubactis, eam dixêre conditionem, ne ſuffragii jus haberent, ne leges ullas aut haberent aut ederent. Quæ ignominia in adagium abiit.

55. Dii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

55. *Dii laneos habent pedes.*

Godt borcht wel/maer daerom ſchelt hy't niet quijt.
In't eyndt komen de Heyligen om haer was.

Ænigma proverbii indicat Deos ad ſcelerum ultionem lentè quidem procedere, ſed tamen aliquando de malefactis pœnam ſumere, vel inopinatò. Huc ſpectat illud Horatii:

Raro antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

56. *Zenone moderatior eſt.*

Ζήνωνος ἐγκρατέστερος.

Hy leeft een Carthuyſers leven.

Zenonem hunc tum in victu, tum in voluptatibus Venereis adeò temperantem fuiſſe legimus, ut crudis duntaxat veſceretur, ac pallio prætenui tegeretur.

57. *Syloſontis chlamys.*

Ἡ Συλοσῶντος χλαμύς.

't Is wilt waer het te pas komt.

Videtur haud abſurdè dici poſſe in eos, quibus munus exiguum in tempore datum, magno cum fœnore rediit: nam Syloſon quidam cùm ſenſiſſet Darium Hyſtaſpis filium, cùm adhuc privatus ageret, chlamyde quadam ſua admodum bella, impenſius fuiſſe delectatum, eam ultrò dono miſit. Cujus tam tempeſtivæ liberalitatis memor Darius, cùm jam rebus eſſet præfectus, totam & urbem & inſulam Samiorum Syloſonti in manus tradidit, unius veſtis munus tam opulento regno compenſans.

58. *Operâ Syloſontis ampla fiet regio.*

Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρία.

Hy maeckt dat hem niemant bedanckt.

Conveniet in acerbè gerentem magiſtratum, aut in principem malum, cujus vitio deſeratur ab incolis regio: nam Syloſon munificentiâ Darii Samiorum adeptus tyrannidem, cùm acerbius exerceret imperium, & ob hanc cauſam inſula deſereretur ab incolis, proverbio dici cœptum eſt, *Syloſontis operâ ampliata eſt regio.*

59. *Pha-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

59. *Phalaridis imperium.*

Φαλάριδος ἀρχή.

60. *Manliana imperia.*

Hans van ongenadens rijck.

Dicetur in eos, qui crudelius exercent imperium, aut poteſtatem ſibi delegatam, ſævientes in eos, in quos jus nacti ſunt, omnis humanitatis & æquitatis obliti. Alterum ortum eſt à Phalaride Agrigentinorum tyranno, quem æneus ille taurus Perilli nobilitavit, in quo ſubjecto igne, mortales vivi ſic exurebantur, ut pro ejulatu humano, mugitum ederent morientes. L. verò Manlius proprium filium ſecuri feriri juſſit, quòd confoſſo hoſte, feliciter quidem, ſed extra ordinem pugnâſſet.

61. *Complurium thriorum ego ſtrepitum audivi.*

Πολλῶν ἐγὼ θρίων ψόφους ἀκήκοα.

Ick heb langh voor de honden geloopen.
't Is een jonge Wolf die noyt gerucht hoorde.
Een oude Wolf.

Hoc adagio nos minas, & inanem clamorem contemnere ſignificamus. Porro *thria* à Græcis dicuntur folia ficulnea, quæ incenſa minacem quendam edunt ſtrepitum, & formidandum iis, qui non aſſueverint, alioqui inanem & contemnendum.

62. *Ne inter apia quidem ſunt.*

Οὐδ' ἐν σελίνοις εἰσίν.

Dit is eerſt om de ſteen gedobbelt.

Pro eo quod eſt, ne ingreſſum quidem aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis, qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitus extremus ille hortorum ambitus apio conſerebatur, quem qui nondum præteriiſſent, in horti limine adhuc eſſe videbantur.

63. *Podex lotionem vincit.*

Πρωκτὸς λουτροῦ περιγίνη.

Daer is geen helpen aen.

Quadrabit, ubi quid fruſtra fieri ſignificabimus. Veluti

ſi quis

ſi quis nocentem è carcere redimat, atque ille mox, iterato commiſſo, ſemet eodem præcipitet. Aut ſi quos reconcilies, mox in priſtinam relapſuros ſimultatem, aut ſi caſtiges incorrigibile ingenium, quod genus eſt mulierum nonnunquam.

64. *Conſcientia mille teſtes.*

't Hert liecht een Man niet.

Quis neſcit conſcientiam rem eſſe unam omnium efficaciſſimam, adeò ut nulla tormenta melius prodant maleficium, quàm conſcientia, nec ullus carnifex ſeverius puniat quàm hæc: Unde & illud Juvenalis, *Et ſurdo verbere cædit.* Hanc ſenſêre Poëtæ, cum de diris & ultricibus furiis fabulantur.

65. *Myſorum præda.*

Μυσῶν λεία.

Alle man valt daer over. Men mach hem over.

In eos olim dicebatur, qui impunè à quibuſlibet læduntur, ac diripiuntur. Ortum adagium à Myſis, quos ajunt quondam finitimorum incurſione malè vexatos fuiſſe, quo tempore Telephus rex peregrè agebat.

66. *Ultra ſepta tranſilire.*

Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν.

Wilt en wepich worden. Buyten de kerf gaen.

Congruit in eos, qui rem quampiam novam & incredibilem deſignant, longéque ſupra vulgarium hominum facultatem. *Vltra ſepta tranſilit*, **'t Is een overvlieger/ hy bedrijft radie.** Vel etiam quadrabit in hos, qui à re propoſita digrediuntur: Aut qui præſcriptos ſibi terminos & poteſtatis mandatæ modum tranſeunt. Natum à Phaylo quodam pentathlo Pontico, qui tum ſaltu, tum diſco mirum in modum valuiſſe legitur. Extat enim inſcriptio ſtatuæ ejus hujuſmodi: QUINQUE SUPRA QUINQUAGINTA PEDES SALIIT, PHAYLUS, DISCUM AUTEM JACIT CENTUM EXCEPTIS QUINQUE.

67. *Pſyricè factum.*

't Is goet noorts.

Pſyra cùm inſula perpuſilla ſit & ignobilis, in contem-

ptus

ptus ac vilitatis proverbium abiit, ut quæ ſordidè parumque magnificè fierent, *Pſyricè facta* dicerentur.

68. *Bos Cyprius.*

Κύπριος βοῦς.

Een broer groobaerdt.

In brutum ac ſtolidum jaci ſolitum: Propterea quod Cyprii boves magis bruti ferantur, quippe qui ſtercore humano paſcantur.

69. *Cyprio bovi merendam.*

Ghy koockt hem ſaus na de mondt.

Convenit, quoties conviva ſordidus ac inſipidus, ſordido atque inſipido accipitur convivio. Sed feſtivius erit, ſi ad res animi transferatur, ut ſi quis apud ſpurcos ſpurcè loquatur, aut apud indoctos indoctè.

70. *Equum habet Sejanum.*

Aurum habet Toloſanum.

Set hy een koe op / het werdt een kalf onder de handt.

Quadrat in calamitoſum, & cui res ad extremam decurrit paupertatem. Allegoria ſumpta ab equo fatali, cui à Cn. Seio domino, nomen inditum eſt Sejani. Fuit autem haud credibili pulchritudine, vigoréque & colore exuperantiſſimo, nempe puniceo. Verum ejuſmodi fato, ut quiſquis ejus equi poſſeſſor eſſet, is cum omni domo ad internecionem uſque deperiret. Aurum autem Toloſanum, ex Toloſa civitate ſacrilegio abreptum fuit, quod pari quoque modo fatale erat, ita ut quiſquis ex ea direptione aurum attigit, miſero cruciabilíque exitu perierit.

71. *Polypi caput.*

Πολύποδος κεφαλή.

Hy is ſoo goet als hy quaet is / hy ſlacht de pis-potte.

Dicetur in hominem varium, in quo pariter vitia quædam & virtutes invenias. Competit & in rem, ex qua non parum commoditatis capere queas, ſed quæ eadem nonnullis incommodis noceat. Allegoria ducta ab ejus piſcis capite, quod

quod eſu quidem ſuaviſſimum & eſculentum eſt, verum ſomnia parit triſtia & prodigioſa.

72. *Æſtate penulam deteris.*

Ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.

Ghy hoyt met u goet al buyten de hoy-tijt.

Rectè dicetur in eum, qui res neceſſarias temere, ac non in tempore profundit, aliquando futuras uſui, ſi ſerventur. Id quod vulgo factitant adoleſcentes, qui facultates patrias ſtultè prodigunt in juventa, quibus ſuſtinenda fuerát imbecillitas ſenectæ.

73. *Feſtina lentè*, **Seylt ſacht.**

Σπεῦδε βραδέως.

Te grooten ſpoet/ is ſelden goet.
Eerſt wel verſint/ Dan kloeckelijck begint.

Elegans imprimis magnæque prudentiæ adagium quadrans in illos etiam, qui præproperè famam aut divitias affectant, maluntque famam paratam ac magnam, quàm ſolidam ac perpetuam; & fraude doloque cito nimis congeſtas divitias, quàm ſenſim atque paulatim operâ juſtâ collatas. Adagium dignum planè quod parietibus inſcriptum ſemper hominum animo obverſetur.

74. *Pedetentim.*

Κατὰ ποδὸς βάσιν.

Met der tijt.

Ubi quis non præcipitanter atque inconſideratè, ſed ſenſim atque cunctanter aggreditur negotium, atque arte rem gerit magis quàm impetu. Noſtrates adagium ducunt à tabernariis, qui ad emungendam ſimplicium pecuniam inſtructiores ſunt. Plenè enim dicimus: **Met der tijt/ ſoo wert den Boer ſijn gelt quijt.**

75. *Placidè bos.*

Ἀτρέμας βοῦς.

De koe wil ſoo over de brugh niet.

Commonefacit placidè & nullo cum impetu rem tractandam. Ita ut bos per pontem agendus (ut noſtratium ſermo

eſt) aut ubi quicquam videt periculi, duci vult potius, quàm propelli.

76. *Tacito pede omnia.*

Ἡσύχῳ ποδὶ ἅπαντα.

Geen dinck met der haeſt.

Idem planè cum ſuperiore eſt, cùm cautim ac pedetentim ad rem accedimus. Noſtrates nihil feſtinandum unquam dicunt, niſi in captandis ſolum pulicibus; **Geen dinck met der haeſt dan vlooyen te vangen.** Ubi non ineptè dixerimus: *Tacita manu omnia.* Nam *Tacito pede* Latinis propriè fieri dicitur, quod furtim fit atque clanculum.

77. *Cumini ſector.*

Κυμινοπρίστης.

Een gorten-telder.

Ita impendiò parcus ac ſordidus vocabatur, ut qui minima etiam pro ſua tenacitate diſſecare malit, quàm tota conſumi. In ejuſmodi, noſtrates quoque dicunt, **Hy kloost een turf aen drijen**/ *Ceſpitem igni admovendum in tria ſecat.*

78. *Ficos dividit vobis.*

Σῦκα μερίζει ὑμῖν. Συκοπρίστης.

Een rechte henne-taſter.

't Gaet hem aen ſijn hert/ dat hy uw een heele vijgh geeſt.

Martialis ſic ſordidum ac parcum ſignificat, etiamſi ditiſſimum. Carmen autem ejus ſic habet:

Quadringenta ſecat, qui dicit σῦκα μερίζει.

Hinc συκοπρίστην vocare licebit, qui ſplendidis in opibus ſordidè tamen agit & parcè, **Een henne-taſter.**

79. *Myconius.*

Μυκόνιος.

De bles.

Elegans adagium eſt, ſi calvos homines, raróque capillitio ſimpliciter *Myconios* appellemus. Et mea quidem ſententia, ſi noſtratium more, etiam probè capillatos ſic voces, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſed qui calliduli ſint, atque confingendis dolis non inidonei. Quod genus homines frequenter apud nos audiunt: **Wat wil deſe bles.**

80. *Cum aqua fauces ſtrangulet, quid opus eſt bibere?*

Ὅταν τὸ ὕδωρ τ̄ φάρυγγα πνίγῃ, τί δεῖ ἐπιπίνειν.

Een openbaere leughen wat wilmen die ſtraffen?
Als een dinck op 't hoochſte is / iſt meer dan tijt te laten.

Quadrat in eos, qui in abſurdiſſima ſententia pertinaciter manent vel in manifeſta negantes, quibuſcum fruſtra diſceptes. Id quod à Philoſophis quoque audimus, cum negant diſceptandum eſſe cum iis, qui prima principia negant. Ariſtoteles autem ait huic proverbio obnoxium eſſe intemperantem.

81. *Dimidio vitæ nihil differunt felices ab infelicibus.*

Τὸ ἥμισυ τ̄ βίου μηδὲν διαφέρουσιν οἱ εὐδαίμονες τ̄ ἄλλων.

Rijckaerdt ende Ermgaerdt zijn half haers levens wel gepaerdt.

Proverbium conſolatur parum fortunatos, divitumque ac potentum inſolentiam retundit. Somnus enim adimit nobis noſtri ſenſum, unde fit ut neque miſeris moleſta ſit ſua calamitas, neque fortunatis jucunda felicitas. Noſtrates hic ludunt in vocibus **Rijckaerdt** & **Ermgaerdt**/ quarum altera à divitiis, & altera à paupertate deducta videtur. Ultimis quidem ſyllabis pari ferè modo deſinentibus.

82. *In eâdem es navi.*

Wat my over gaet / gaet u over.
Wy moeten goet ende quaet t' ſamen dragen.

Sic Cicero dixit, pro eo quod eſt: *In communi periculo:* ſiquidem ad eos, qui eodem vehuntur navigio, periculum naufragii communiter pertinet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

83. *Qui arat olivetum, rogat fructum: qui ſtercorat, exorat: qui cædit, cogit.*

Den aenhouder die wint.

Significat fieri vix poſſe, quin voto potiatur is, qui curam extremam impenderit. Vulgaris enim diligentia quaſi rogat; mediocris impetrat, extrema cogit. Sic Virgilius Georgicorum primo:

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.

84. *Difficilia pulchra.*

Δύσκολα τὰ καλά.

Hoe meerder Vyandt/ hoe meerder Victory.
Aen quaſtich Hout bevechtmen eer.

Docet adagium in difficilibus rebus potiſſimum ſpectar cujuſque virtutem. Natum videtur ex Solone, qui Pittacc Mitylenæo, hoc nomine magiſtratum deponenti, quod admodum arduum eſſet, probrum eſſe iis, qui dignitat præcellunt, reſpondit, χαλεπὰ τὰ καλά, *Difficilia qu pulchra.*

85. *Colophonia ferocitate eſt.*

Κολοφώνεια ὕβρις ἔνεστι αὐτῷ.

Schamele luyden mogen by hem niet bancken.
Hy kent nu ſijn ſchamele vrienden niet.

In inſolentes, qui ferociter deſpiciunt & affligunt hu milioris fortunæ homines. Sumptum ab arrogantia ſuper biaque ejus gentis.

86. *Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumſeris.*

Gheloofſt niemandt of hy zy ruych in de handt.

Significat nemini fidendum facilè, nec hominis inge nium poſſe perſpici, niſi diuturno convictu, longoque com mercio. Alludunt autem huc noſtrates cùm dicunt; **Niemant kent de Weert/ of hy gaet daer mede over den heert.**

87. Le

87. *Leporem non edit.*

Hy is Schoonhoven voor hy ghevaren / ende te Lelikendam aen ghekomen.

Sy heeft de Pleyt gewonnen.

Antiquitus ſuperſtitioſe creditum eſt, eſu leporinæ pulpæ conciliari formam. Unde jocus Martialis in Gelliam, cui, cum miſſo lepore, adderet in muneris commendationem: *Formoſus ſeptem Marce dïebus eris*; reſpondit ille his verſibus, deformitatem in ipſam retorquens:

Si me non fallis, ſi verum lux mea dicis:
Ediſti nunquam, Gellia, tu leporem.

Noſtrates ludunt in vocibus civitatum, quarum altera ab hortorum pulchritudine nomen habet, & altera ab undis turpi aggere inhibitis. Et quod poſteriore loco à pleriſque audimus de actæ litis victoriâ: natum noſtratibus credo, ex trium Dearum litigio, quas inter ſe certantes, judicavit Paris, ſententiâ datâ pro Venere: unde & Germanicum illud Ironiâ non vacat.

88. *Plenâ manu.*

Uyt een ruyme buydel. Uyt een onbekrompen hert. Met een beloocken handt.

Hoc eſt ampliter, copioſè, prolixè, minimeque malignè. Tranſlatum ab iis, qui non minutim & parce, ſed plenâ manu largiuntur. Cicero: *Quàm plenâ manu, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit?* Seneca: *Liberaliter hodie & plenâ manu faciam.* Sic *domum plenâ manu extructam* dicimus. Item *opus plenâ manu abſolutum*, **Een werck dat niet verhongert is.** Quod autem noſtrates dicunt aliquem *clausâ dare manu*, hoc eſt, ſic liberalem eſſe, ut ne inſpicias quidem, quid, aut quantum dones ac largiaris.

89. *Sine rivale hoc diligere licet.*

Niemant ſal u in dat ſtuck de Schoen uyt de voet treden.

Hoc eſt, quod tu ſtultè miraris atque adamas, id nemo alius concupiſcet, neque quiſquam tibi præripiet. Horatius in Arte Poëtica:

Nullum ultra verbum, aut operam ſumebat inanem:
Quin ſine rivali, teque, & tua ſolus amares.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quod autem noſtrates dicunt de calceo pedibus calcatu eximendo, ita ferè fieri conſuevit, dum ad eandem rem obtinendam accurritur ita, ut alter alterum opprimat.

90. *Pedibus trahere aliquem.*

Met een Man leven als de Kat met de Muys.

Pro ſuo planè arbitratu rem verſare, aut hominem exercere eſt. Cicero: *Trahuntur per me pedibus omnes rei.* Metaphora ducta videri poteſt à Vulcano, quem Jupiter *Protractum pedibus ſupero dejecit Olympo.*

91. *Naribus trahere.*

Τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι.

Een diets maken / dat peerden-ſtront vijgen zijn.

Naribus trahi dicitur, qui citra judicium, alieno arbitratu quovis adduci poteſt. Metaphora ſumpta à bubalis animantibus, qui annulo in ſummam narem inſerto circumducuntur, non aliter quàm equi freno.

92. *Barbarus ex trivio huc advenit.*

Βάρβαρος ἐκ τριόδου ὧδε ἦλθεν.

Hy is hier op een ſtroo-wiſch komen drijven.

In hominem dicebatur extremæ humilitatis, ac prorſum nullius pretii, perinde quaſi dicas, externum ac vilem ſervulum aliunde è triviis emptum. Verior videtur lectio, ſi legas βόρβορος ἐκ τριόδου, *Cœnum è trivio*, **Hy is uyt de goot opgenomen.** In triviis enim cœnum profundius eſt, omnibuſque conculcatiſſimum.

93. *Rara avis.*

Een ſeltſaem vogel. Onder duyſent niet een.

De re nova & inventu perrarâ. Perſius:

Si fortè quid aptius exit, quando hæc rara avis eſt.

Juvenal. *Rara avis in terris, nigróque ſimillima cygno.*
Idem: *Corvo quoque rarior albo.*

Ducta allegoria ab avibus peregrinis & inuſitatis, quæ nonnunquam ad nos devolant vel deportantur. Porro illud ſæpius Ariſtophani iteratum, de viro hoſpite & ignoto, τὶς ἔστιν ὄρνις οὑτοσί; Tritiſſimum & noſtratibus eſt, **Wat vogel is dat?** Nonnunquam admirativè tamen in malum hoc rogitant, rapacitatem aut improbitatem alicujus taxantes.

94. *Suc-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

94. *Succiſiva hora.*

Op een uytvlucht. Onder tijden.

Succiſivis operis fieri dicitur, quod horis quibuſdam quaſi ſucciſivis agitur. Ubi jam ordinariis ac legitimis officiis perfuncti ſumus. Metaphora ducta à mercenariis aut ſervis, qui præter pactas operas, ſibi etiam nonnihil operantur. Plinius: *Occupati officiis, ſucciſivis temporibus iſta curamus.*

95. *Compreſſis manibus.*

Met de handen in de mouw.

In otioſos atque inertes competit, ſuáque velut fata deplorantes. Livius: *Compreſſis, quod ajunt, manibus ſedeas.* Extat & in Hebræorum proverbiis, *Paululum conſeres manus,* in ignavum. Sumpta figura à geſtu ſollicitorum quidem, ſed tamen inertium.

96. *Joca ſeriáque cum illo communicat.*

Hy hout voor hem niet achter.

Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus, cum eo joca ſeriaque conferre dicimus. Cicero: *At qui cum joca ſeriaque, ut dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia: Tecum optimè, deinde etiam cum mediocri amico.*

97. *Ea nunc tela texitur.*

Dat yſer is nu in 't vyer.
Dat ſpel wert nu aengedraept.

Pro eo quod eſt, ejuſmodi negotium nunc in manibus eſt, & res tales inceptantur. Tranſlatio Latinis ſumpta à textoribus telam inſtituentibus, ita ut noſtratibus à fabris ferrariis ferrum ſuum incenſo igne mollientibus.

98. *Multas amicitias ſilentium diremit.*

Πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσε.

De vrientſchap en is niet dan ſoo men die hout.

Admonet adagium aſſiduo convictu, ac frequentibus alloquiis neceſſitudines ali, intermiſſione & abſentiâ diſſolvi. Vox autem ἀπροσηγορία non ita commodè Latinè reddi poteſt, neque enim ſimpliciter ſignificat ſilentium, ſed illud ſilentium, cum quis non appellat ac ſalutat amicum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

99. *Ad pileum vocare ſervos.*

Niet mogen lijden dat de wou boven de kuyckens is.

Pro eo, quod eſt, ad libertatem ſervos invitare, aut promiſſis ingentibus ſeditionem commovere. Macrobius in primo Saturnalium: *Dicet aliquis nunc me dominos de faſtigio ſuo dejicere, & quodammodo ad pileum ſervos vocare.* Metaphora ducta à ſervis, qui cùm manumitterentur, capite raſo pileum accipiebant.

100. *Ejuſdem Muſæ æmuli.*

Ὁ μότεχνοι.

Luyden van eender neerinck.

Ejuſdem artis aut diſciplinæ ſtudioſi, ſic apud Aulum Gellium vocantur. Græca ſonant, quaſi dicas, ejuſdem artis opifices. Unde & qui mentiendi, fallendi aut ſimilium artium juxta peritum aliquem ſignificat. Non ineptè quoque *ejuſdem Muſæ æmulum* eum dicet, aut ὁμότεχνον, pro quo noſtrates juſtâ ſocietate tales cohærere ſignificantes, ajunt:

Ghy moocht hem de handt wel geven.

CHILIADIS SECUNDÆ

CENTVRIA II.

I. *Lolio victitant.*

Sy hebben kervel gegeten.

Sy ſien een peerdt voor een windt-meulen.

Dicetur in luſcioſos & cæcutientes, quos Græci *Myopes* vocant. Plautus in Milite: *Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Quid jam? Quia luſcioſus verbero: Ædepol tu quidem cæcus, haud luſcioſus.* Ineſt autem lolio peculiare quoddam malum, ut oculis caliginem inducat. Unde Ovidius:

Vt careant loliis oculos vitiantibus agri.

Noſtra-

Noſtrates cerifolio fieri narrant, ut quis vitiatis oculis pro uno cernat geminos.

2. *Intus canit.*

Ἀσπένδιος κιθαρῳδός ἐστι.

Aſpendius citharœdus eſt.

Hy ſchraeptet al in ſijn pot.

In eos, qui privati commodi ſtudioſi nimis ſunt, aç ferè quicquid rerum agunt, id omne ad ſuam referunt utilitatem. Aſconius Pedianus ad hanc fermè ſententiam de Aſpendio citharœdo ſcribit: *Vulgares citharœdi cùm canunt, utriuſque manus funguntur officio, ita ut dextrâ plectrum teneant, id quod foris canere appellant: ſiniſtrâ digitis chordas carpant, quod quidem intus canere vocant. Aſpendius autem citharœdus, nequaquam utraque utebatur manu, ſed omnia, id eſt, totam cantionem intus, & ſiniſtrâ tantum manu complectebatur, quæ vox ad citharœdum duntaxat, aut proximè aſſiſtentem perveniebat.* Hinc itaque ortum adagium eſt. Eſt autem *Aſpendus* Pamphyliæ civitas, in qua citharœdi hoc artificio præcelluerunt.

3. *In lapicidinas inducere.*

Εἰς λατομίας εἰσάγειν.

Op alle lijden brengen.

Cùm ſignificamus aliquem in ſummum malum aliquo inducendum. Natum à Philoxeno Poëta, qui cum Dionyſii tyranni poëmata non probaret, in lapicidinas ab eo detruſus eſt. Deinde amicorum precibus illinc revocatus, ubi denuo Dionyſium ſua carmina recitantem audiſſet, ſurrexit, & rogatus à Dionyſio quid eſſet rei, reſpondit ſatius & potius eſſe in lapicidinis vitam degere, quàm illius audire poëmata. Plautus: *Inde ibis porro in latomias lapidarias.*

4. *Equi ſenecta aulicam ſequitur juventam.*

Een jonck hovelingh / een out verſchovelingh.

In eos dici ſolitum, qui per juventam ſplendidè atque delicatè habiti, poſteaquam conſenuerint, ad ſordidas curas ſemet abjiciunt, nullam ſcientes artem, ex qua honeſtè vivant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

5. *Si tibi amicum, nec mihi inimicum.*

Εἴ σοι φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐχθρόν.

Is het u goet / het is my niet quaet.

Dunckt het u goet / het dunckt my niet quaet.

Hoc eſt, ſi tibi res bona atque commoda eſt, non eſt mihi mala aut incommoda. Aut ſi tibi placet, mihi non diſplicet. Captata autem eſt figura ex vocum pugnantia, & amphibolo vocum φίλου καὶ ἐχθροῦ, quorum utrumque à perſonis ad res detorquetur.

6. *Nihilo ſapientior ranâ Gyrinâ.*

Daer loopt niet op.

Het is een ongeveert kuycken.

In parum ſapientes ac ſtultè loquaces. Pariunt autem ranæ minimas carnes nigras, quas *garynos* vocant, oculis tantum & cauda inſignes, quos vix deprehendas animalcula eſſe, niſi moverentur.

7. *In puteo nunc conſtrictus eſt.*

Ἐν φρέατι νῦν συσφιγγόμενός ἐστι.

Nu is hy in een ſack.

Quadrabit in eos, qui eas in anguſtias redacti ſunt, ut extricare ſeſe nullo modo poſſint. Noſtrates in ſaccum aliquem inductum dicunt, ubi ſi velit, qui eum habet, concludi atque illigatus teneri poteſt.

8. *In eaſdem anſas veniſti.*

Εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας.

Nu zijdt ghy eeven na.

Quadrat in eum, qui ſic irretitus eſt, ut quocunque ſe vertat, teneatur, neque explicare ſeſe poſſit. Simillimum eſt quod ſcribit Lucianus: οἰόμενος γὰρ ἐκπεφευγέναι, εἰς τὸν αὐτὸν χόρτον ἐμπέπτωκας, id eſt, *Arbitratus quidem es fugiſſe te, ſed in eandem maſſam incidiſti.*

9. *Qui poſſum ab hoc epulo abeſſe?*

Πῶς γὰρ οἷός τε εἴην τοιαύτης θοίνης ἀπέχεσθαι;

Hoe mach ick dat mijn hertteken ontrecken?

De re vehementer ſuavi atque expetenda, quod genus eſt feſtum aliquod convivium. Alluſum opinor ad eam fabulam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

lam, quâ tradunt Dianam iracundè tuliſſe, quòd cùm reliqui dii adhibiti eſſent ab Oeneo ad ſacrum epulum, ſola fuiſſet præterita, ſolaque domi ſederit, ſecum ſtomachans, quòd nihil ex illo nidore ſentiret.

10. *Dulcis cubitus.*

Γλυκὺς ἀγκών.

Abominantis eſt ſermo: aut cùm aliud dicimus, aliud ſentientes.

11. *Bos ad præſepe.*

Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ.

Hy heeft het op ſijn toffelkens gebracht.

In emeritos dici conſuevit, quique jam ob ætatem otio vitæque molliori indulgent. Effertur autem & ad hunc modum:

12. *Bos in ſtabulo.*

Βοῦς ἐν αὐλίῳ.

Een meſt-vercken.

Congruit in eos, qui nullis honeſtis negotiis exercentur, ſed turpi otio, atque abdomini ſerviunt.

13. *Ne genu quidem flexit.*

Οὐδὲ γόνυ ἔκαμψε.

Hy heeft noyt knie gebogen.

Quoties aliquem tam aſſiduo in labore fuiſſe ſignificamus, ut nullam ſibi intermiſſionem laboris, ſive quietem permiſerit. Siquidem qui incipit ſeſe ad quietem componere, primum genu flectit. Noſtratium vulgus, iiſdem planè verbis eadem ſignificat. Quomodo & de iis, qui pervigilando, nullum ſuis oculis ſomnum permittunt, dicimus quoque: **Hy heeft van de gantſche nacht noyt een oogh geloken.** *Tota hac nocte ne umbram quidem ſomni vidit.*

14. *Quo properas? num ad Ephebum?*

Ποῖ τρέχεις; ἢ ἐπὶ τὸν ἔφηβον;

Waer wilt ghy / om meerder hulp uyt?

Sumptum videtur hoc Cilicum adagium, ab Apollinis oraculo,

raculo, ad quod undique feſtinabatur, fingebatur autem imberbis, hoc eſt, ephebus Apollo, ſicut & Bacchus. Huc ſpectat quod noſtrates nonnunquam dicunt, quando ipſa hyeme frigus ſe remittit ac ſolvendæ glaciei ſpem quandam facit. *Hoc cœlum vel frigus ad Ephebum approperat*, **Dit weer beraet hem / ende is om meer hulps uyt.**

15. *Et puero perſpicuum eſt.*

Καὶ παιδὶ δῆλον.

Al de gebuyr-kinderen weten 't wel.
Niet een kint of het ſal't u wel ſeggen.

De re ſupra modum perſpicuâ, confeſſaque. Finitimum illi eſt, quod alio loco dicitur: *Et cæco perſpicuum eſt.*

16. *Vide ne in Melampygem incidas.*

Μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχοις.

Siet dat ghy niet te Cloppenborch komt.

In laſcivos & injurioſos homines quadrat. Eſt autem comminantis, ne quando incidant in eum, qui malefactorum pœnas de eis ſumat. Porro Melampygus Græcis notatus eſt Hercules. Græci fortes ac ſtrenuos Μελαμπύγους vocare conſueverunt. Vide fabulam de fratribus Perperis ſive Cercopibus. Noſtrates ex Weſtphalica quadam civitatula parœmiam ſumunt, cui ab infligendis verberibus nomen eſt.

17. *Noctuinum ovum guſtavit.*

Γλαυκείου ὠοῦ ἐγεύσατο.

Wijn is ſijn vrient niet.

Quadrabit in abſtemios atque à vino abhorrentes, ſiquidem apud Philoſtratum in vita Apollonii, de ovo noctuæ legitur, quod id coctum mediocriter, ſi ante guſtatum vinum infanti detur, ita ut ex eo edat, inſeretur illi vini odium, adeò ut in omnem vitam quàm maximè ſobrius futurus ſit.

18. *Sic laſcivus ut & Amazonum cantilena ſit.*

οὕτως ἀσελγὴς ὡς γλυκέα τῶν ἀμαζό-
νων ᾆσμα.

Soo dartel ende broot-droncken dat hy kerckmaer ende ſtraet-maer is.

In delicatos ac laſcivos & parum viros, qui ſeſe omnibus vitupe-

vituperandos atque improbandos propinant. Videtur autem quòd olim Amazones, quando plus quàm virili virtute viragines fuerunt, ludibrii cauſa in molles viros cantilenas celebrare fuiſſe ſolitas.

19. *Tantali hortos habet.*

Ταντάλου κήπους ἔχει.

Sijn goet is hem quaet. Sijn goet is hem een kruys.

De bonis, quibus tamen frui non liceat, neque avarus auſit. Sumptum ex notiſſima Tantali fabula, nam, ut habet Ovidius:

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Horatius verò mutato nomine hanc de avaro narrari fabulam ſcribit, ſatyra prima.

20. *Res ſacra conſultor.*

Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα.

Goeden raet / is goudt waert.

Senſus adagionis eſt, plurimum utilitatis adferre bene conſulentem. Aut religiosè puréque dandum iis conſilium, quibus eſt opus. Effertur quoque in hunc modum: ἱερὸν ἡ συμβουλή, *Res ſacra conſilium.*

21. *Ante myſteria diſcedere.*

Ἀπιέναι πρὸ τῶν μυστηρίων.

Eſt re nondum abſoluta diſcedere, ac ſeſe ſubducere. Huc autem referri debet, quod & in ebriolos jam jaci frequenter audimus, **Gaet heen t'huys / ghy hebt daer geweeſt.**

22. *Ex uno multa facere.*

Ἐξ ἑνὸς πολλὰ ποιεῖσθαι.

Hy kan ſeven gerechten uyt een ſchouwer maecken.

Quadrabit in eos, qui idem aliis atque aliis modis variant, ut non jam unum, ſed plura videantur. Ita apud Livium legitur caupo quidam, ſuis unius carnes tam vario coctas apparatu propoſuiſſe, ut dux Romanus admiratus eum rogârit, undenam media bruma ſuppeteret tanta venatûs copia? Cui arridens caupo, confeſſus eſt, eas omnes ciborum ſpecies ex uno ſue domeſtico confectas fuiſſe.

23. Jovis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

23. *Jovis Corinthus?*

Ὁ διὸς κόρινθος;

In eos dici ſolitum, qui ſemper eadem aut dicunt aut faciunt. Ortum à Megarenſibus, apud quos quando Corinthiorum legatus quidam, cum alia multa ferociter dicens, indignabundus ac vociferans intonaret: οὐκ ἀνέξεται ὁ διὸς κόρινθος, id eſt, *Non feret Iovis filius Corinthus.* Cumque id ſæpius iteraret, concitatus populus, ſucclamare cœpit: *Feri feri Iovis Corinthum*, ſimulque legatum expulerunt. Accomdari autem poteſt adagium ad rem, ut, jam millies audivi, non poſſum diutius ferre, τὸν διὸς κόρινθον. Aut etiam ad perſonam. Ut ſi quis hominem eadem ſemper inculcantem, τὸν διὸς κόρινθον appellet.

24. *Si non teſtulæ tranſmutatio fiat.*

Gaet de wint niet om.

De rebus facilè aut repentè commutatis. Plato in amatoriis: ὁ πρὶν ἐραστὴς, ὀστράκου μεταπεσόντος ἵεται φυγῇ μεταβαλών. *Qui prius erat amator, teſtula in diverſum verſa, fuga ſe proripit immutatus.* Noſtrates parœmiam trahunt ex inconſtantia ac mutabilitate venti. Latini ſive Græci ex Oſtraciſmo, quòd genus ſuffragiorum fuit, ſumſerunt metaphoram, aut à luſus genere, quod ὀστράκου περιστροφὴν vocabant, noſtro adhuc ſeculo uſitatum. Eſtque is quem Amſterodami vocare ſolemus, **Den Baers jagen.**

25. *Alterum pedem in cymba Charontis habet.*

Μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχει.

Hy gaet met de eene voet in het graf.

Hy is een nachts ys.

In extremæ decrepitæque ſenectæ homines competit. Aut etiam in vehementer ægrotos, quorum vitæ non temerè metuimus. De Charonte autem apud Virgilium ſic habes:

Eſt via tartarei quæ fert Acherontis ad undas,
Turbidus hic cœno, vaſtâque voragine gurges
Æſtuat, atque omnem Cocyto eructat arenam:
Portitor has horrendus aquas, & flumina ſervat
Terribili ſqualore Charon, cui plurima mento
Canicies inculta jacet, ſtant lumina flammâ,

Sordi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Sordidus ex humero nodo dependet amictus:
Ipſe ratem conto ſubigit, veliſque miniſtrat,
Et ferrugineâ ſubvectat corpora cymbâ:
Iam ſenior, ſed cruda Deo, viridiſque ſenecta.

26. *Cavam Arabiam ſerere.*

Τὴν κοίλην ἀραβίην σπείρειν.

Hoonich upt den braem halen.

Pro fruſtra ſudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam ſumere. Cava autem Arabia, paluſtrem ſignificat, ſementi neutiquam idoneam.

27. *Lynceo perſpicacior eſt.*

Ὀξύτερον τοῦ λυγκέως βλέπει.

Hy ſiet door een dubbelde huyck / wat een Man in ſijn teſch heeſt.

Lyncei perſpicacitas in proverbium abiit, quæ teſte Plinio, tanta fuiſſe creditur, ut noviſſimam lunam, primamque eadem die vel nocte conſpicere potuerit. Sunt quoque qui tradant Lynceum primum reperiſſe fodinas metallorum, æris, argenti & auri: & hinc vulgo natam fabulam, quòd ea quoque videret, quæ ſub terra forent. Unde Apollonius in Argonauticis interprete Eraſmo,

At miro viſus pollebat acumine Lynceus,
Si modo vera eſt fama, virum quæ prædicat illum
Perfacile inſpexiſſe ſub altis condita terris.

28. *Quod in animo ſobrii, id in lingua ebrii.*

Τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος.

De wijn in 't lijf / 't hert in de mont.
In de wijn kan geen dinck ſecreet zijn.

Significat quod temulenti ſæpenumero non contineant voces, etiam per jugulum redituras, ſiquidem vinum & timorem diſcutit, & timorem abigit. Non prætereundum autem hic illud Herodoti: οἴνου κατιόντος, ἐπιπλέουσι ἔπεα, id eſt, *Subſidente vino, ſupernatant verba.*

29. *Vir-*

29. *Virgulteâ ſcaphulâ Ægæum tranſmittere.*

Ἐπὶ ῥιπὸς τὸ αἰγαῖον διαπλεῦσαι.

In eos dicitur, qui rem ſupra modum arduam, levi opera conficere tentant. Effertur & ad hunc modum, θεοῦ θέλοντος καὶ ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, *Deo favente naviges vel vimine*, Als het Godt belieft ſoo kalſt oock den Oſſ wel.

30. *Phœnice vivacior eſt.*

Hy leeft tot doomſdagh.

Nota ſatis Phœnicis vivacitas eſt. Lucianus: Ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιῴη, id eſt: *Ni Phœnicis annos vixeris.*

31. *Cum plurimum laboraverimus, eodem in ſtatu ſumus.*

Πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν.

Als wy't wel gepijnt hebben / zijn wy noch al even na.

De fruſtra laborantibus. Quod evenit iis, qui poſt diuturnum ſtudium nihilo reperiuntur eruditiores, aut poſt longam negotiationem nihilo ditiores.

32. *Aquam in mortario tundere.*

Ὕδωρ ὑπέρῳ πλήττειν.

Water dorſchen.

Aquam piſtillo tundere dicitur, qui inaniter laborat, ſiquidem aquam ſiquis vel ætatem contundat, nihil aliud erit quam aqua. Ita quantumvis doceas ὄνον λύρας, quantumlibet admoneas ſtupidum, ſui ſimilis eſſe pergit.

33. *Gnomon hic & regula eſt.*

Ὁ γνώμων καὶ ὁ ὀρθὸς κανών.

Dit gat moeten wy in.

Quod in re quapiam præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur, id regulam & gnomonem proverbio vocamus. Porro ad regulam fabri exæquant ſtructuram, & gnomonibus iidem utuntur. Conſtat autem gnomon è duabus lineis rectis, quas utrimque dimetiens diſſecto quadrangulo conſtituit. Noſtrates à navigantibus parœmiam ſumunt, qui medio mari inerrantes, inſpecta ſua pyxidicula, dum hàc aut illàc curſum inſtituendum ſignificant, dicere ſolent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſolent, **Dit gat moeten wy in.** Aut etiam quoties portus aliquis ſeſe aperit, quem aut petunt, aut non incommodum cenſent.

34 *Caput rei hoc eſt.*

Κεφάλαιον τοῦτο ἐστὶ.

Dit is 't principael.

Præcipuam negotii partem, aut rei alicujus autorem vocamus caput. Sic Plutarchus: *Caput eruditionis cenſuit rectam educationem.* Si verò ad perſonam referas, licebit & hoc, veluti ſi dicas:

35. *Tu hujus rei caput es.*

Gy zijt hier den bel-hamel. Gy zijt die bel-binder.

Ghy hebt die kater de bel aengebonden.

Sic Terentius in Adelphis: *Te eſſe huic rei caput.* Plautus in Aſinaria: *Ego caput huic argento fui hodie reperiundo, Ego pes fui.* **Ick hebbe daer niet al ſtil toegeſtaen.** Noſtrates autem aut ab ariete, qui cum nola ex collo pendente gregem totum ducit, parœmiam ſumunt, aut etiam ab iis, qui cato maſculo ad fugandas mures nolam, ſive campanulam, aliudve tintinabulum alligant.

36. *Somnium.*

Ὄναρ ὑπηνέμιον.

't Is malle praet. 't Is droom.

Rem futilem, inanem, & nihili, *ſomnium* proverbio dicimus. Terentius in Adelphis: *De argento ſomnium.* In eadem fabula: *Ille futilis, ſomnium.* Lucianus: ὑπηνέμια ὀνείρατά φασι id eſt, *Subventanea ſomnia, ſicut ajunt.*

37. *Ne in tonſtrinis quidem auditum.*

Οὔτ᾽ ἐπὶ κουρείων τὰ τοιαῦτ᾽ ἤκουσας.

Ghy quaemt u leven ſoo ver niet dat ghy ſulcks hoorde.

In tonſtrinis enim quidvis otioſi homines effutiunt, atque pergarriunt, ubi, ut Flaccus ait:

—— Gaudent tibi vertice raſo,
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

38. *Nunquid & Saul inter Prophetas?*

הֲגַם שָׁאוּל בַּנְּבִיאִים

Sal de krap mede een vogel zijn?

De re nova, & inopinata ſubitaque. Natum à Saule, qui cum in Prophetarum cœtum incidiſſet, ſubitò & ipſe divino furore correptus, vaticinari cœpit. Quod admirantes qui Saulem antea cognoverant, inter ſe dictitabant: *Quid accidit Sauli? Num & Saul inter Prophetas?* Ea vox deinde verſa eſt Hebræis in Proverbium.

39. *In foribus urceum negligis.*

Ἐπὶ θύραις τὴν ὑδρίαν ὀλιγωρεῖς.

Ghy wilt om een kleyntjen geen dief weſen.

In foribus urceum, rem contemptam ac vilem appellant. Negliguntur enim quæ paſſim ſunt obvia, quæque facilè quibuſvis contingunt. Itaque urceum in foribus nemo ſtudet tollere, proclive enim. Verum uniones in ſcriniis reconditos magis expetunt.

40. *Haud quaquam difficile eſt Athenienſem laudare Athenis.*

Οὐ χαλεπὸν ἀθηναίους ἐν ἀθήναις ἐπαινεῖν.

Der ſijnre prijs hoort elck geern.
Der ſijnre prijs bemint ſot ende wijs.

Dictum hoc eſt propter encomia, orationesque panegyricas, quæ Athenis ex more exhibebantur iis, qui fortiter oppetiiſſent in bello: in quibus quoniam plurima dicebantur in laudem populi Athenienſis, pronis auribus audiebantur, propterea quòd ſuis quiſque laudibus favet.

41. *Exigua res eſt ipſa juſtitia.*

Ἡ δικαιοσύνη μικρόν ἐστι.

Deught onvermaert / is den menigen luttel waert.

Hoc proverbio ſignificabant, non multum adferre momenti, ſi probus ſis, niſi talis etiam habearis, & opinionem longè plus valere, quàm rem ipſam. At quanto melius Æſchylus de Amphiarao:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενος.

Neque

Neque enim videri, at eſſe vir cupit optimus,
Mentis profundæ teſtimonio perfruens.

42. *Occaſione duntaxat opus eſt improbitati.*

Die een hondt ſlaen wil / vindt lichtelijck een ſtock.

Quadrabit in nocendi cupidos, qui ne temere læſiſſe videantur, cauſas prætexunt. Celebratur & hic Mimus Publii, ni fallor, in hanc ſententiam: *Malefacere qui vult, nuſquam non cauſam invenit.*

43. *Vel à mortuo tributum auferret.*

Κ᾽ἂν ἀπὸ νεκρȣ̃ φέρει.

Hy nam't wel van Godts Altaer.

In hominem undecunque per fas nefaſque lucrum captantem. Natum à tyrannis, qui & à ſepulchris aut defunctorum ſtatuis vectigal colligunt.

44. *Pudor in oculis eſt.*

Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς ἐςι.

Hy derft ſijn hooft niet voor ſteken.

Hy derft ſijn aengeſicht niet voor ſteken.

Horum nos pudet, quæ in propatulo ſunt. Aſpectus enim vel incutit, vel renovat etiam pudorem. Unde fit, ut pueri cùm pudeſcunt, oculos tegant. Noſtrates, id quod ipſe quoque Eraſmus adnotavit: *Non audebis*, inquiunt, *faciem oſtendere.*

45. *Conciliant homines mala.*

Συνάγει τȣ̀ς ἀνθρώπȣς κακά.

Quade avontuer maeckt ſomtijdts goede vrienden.

Sententia proverbialis, quæ declarat id quod vulgo fit, ex hoſtibus nonnunquam amicos fieri, propter malum aliquod incidens, utriſque commune.

46. *Ama tamquam oſurus, oderis tanquam amaturus.*

Δεῖ φιλεῖν ὥσπερ μισήσοντα, μισεῖν ἢ ὥσπερ φιλήσοντα.

Lieft op maten / die 't kan het wil hem baten.

Hoc quidem præceptum cujuſque eſt, ad tollendam ami-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

citiam valet. *Illud potius præcipiendum fuit*, inquit Cicero, *ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis parandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.* Huc facit Mimus ille Publianus: *Ita amicum habeas, poſſe ut fieri inimicum putes.* Noſtrates cenſent moderato amore aliquem proſequendum, & non nimis effuſo.

47. *Atticus advena tibi futurus eſt.*

Ἀττικὸς πάροικος σοὶ ἔσται.

Hy ſal u de ſchoen uyt de voet treden.

Quadrabit propriè in eos, qui ita nuper in munus aliquod aſciti ſunt, ut ſuperiores ejiciant. Ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos è ſedibus ſuis exigere conſueverint.

48. *Purpura juxta purpuram dijudicanda eſt.*

Ἡ πορφύρα περὶ τὴν πορφύραν διακριτέα.

Certiſſimum judicium ex collatione naſcitur. Licebit uti, quoties negabimus infantiam aut inſcitiam indoctorum plenè deprehendi, niſi cum eloquentium & eruditorum ſcriptis conferantur. Etenim ſi vel Saluſtium conferas cum Cicerone, jam velut obmuteſcit ille, alioqui per ſe diſertiſſimus.

49. *Saturnias lemas lippis.*

Κρονικὰς λήμας λημᾷς.

Ghy krout de ſtoel voor den aers.

In cæcutientes ac ſtupidos dicitur, præſertim in eos, qui ætatis vitio deſipiſcunt. Eſt autem *lema* humor in oculis concretus, unde lippitudo naſcitur. Dicuntur autem *Saturniæ*, quaſi ſeniles ac veteres. Noſtratium vulgus hìc ajunt, ſenio deſipientem, ipſam ſcabere cui inſidet ſedem, cum ſcalpere ſtudeat nates.

50. *Cucurbitas lippis.*

Κολοκύντας λημᾷς.

51. *Ollas lippis.*

Χύτραις λημᾷς.

Ghy zijt heel verſuſt / ghy dut heel.

Hoc eſt, Tantas habes in oculis lemas, quantæ ſunt cucurbitæ, aut ollæ. Utrumque autem adagium, quoties ad animum refertur, fit elegantius & jucundius. Veluti ſi quis homi-

hominem craſſi judicii, ac vehementer cœcutientis & turpiter errantis, dicat lippire non lemis, ſed ollis, aut cucurbitis.

52. *Odium agreſte.*

Μῖσος ἀγροικόν.

Haet ſonder maet.

Atrox odium veteres ſic appellabant; propterea quòd ruſtici nonnunquam μισάνθρωποι ſunt, & acerbius atque implacabilius oderunt. Porro civilitas morum comitas eſt. Certè Græci quicquid barbarum, immane & crudele volunt intelligi, id ἄγροικον vocant.

53. *Megarenſes neque tertii, neque quarti.*

Μεγαρεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.

Sy mogen niet mede.

In homines ſuprà modum ignavos & contemptos, nulloque honore dignos. Plutarchus in Sympoſiacis: τῶν δ' ἐμῶν πολιτῶν, ὥσπερ μεγαρέων, οὐδεὶς λόγος. *Atqui meorum civium, veluti Megarenſium, nulla ratio.* **'t Zijn by-loopers.**

54. *Lepus pro carnibus currit.*

Ὁ λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει.

't Koſt halſen. Hy loopt of 't halſen koſte.

De iis, qui magno ſuo periculo, aut capitis etiam diſcrimine, atque ob id acriter decertant. Tranſlata metaphora à venatu, in quo lepus, quoniam intelligit ſeſe ad necem peti, perniciſſimo curſu fugit. Agitur de capite aut collo, hîc, inquiunt noſtrates.

55. *Carpathius leporem.*

Ὁ καρπάθιος τὸν λαγών.

Een roey tot ſijn eygen aers.

Dicebatur in eos, qui ſibi rem noxiam accerſerent. Nam cùm Carpathiorum inſula lepores non haberet, illi curârunt aliunde importandos. Verùm ubi ejus animantis magna vis increviſſet, ut eſt mira fœcunditas, fruges inſulæ populari cœperunt.

56. *Ne gry quidem facere audet.*

Οὐδὲ γρύζειν τολμᾷ.

Hy derſt niet eens kicken.

Perinde eſt ac ſi dicas, Ne hiſcere, ne mutire quidem audet. Eſt autem γρύζειν proprie *grunnire*, ac vocem ſuillam emittere. Simili figura dixit Terentius in Adelphis: *Quid gannis?* Ariſtophanes in Pluto:

> γρύζειν δ' ἐτολμᾶτον, ὦ καθάρματε;
> *Audetis & mutire ſceleratiſſimi?*

57. *Nullum animal exitialius.*

Οὐδὲν πέφυκε ζῶον ἐξωλέστερον.

Geen quader beeſt ter werelt.

Sic Ariſtophanes in Pluto, nullum dixit eſſe animal inopiâ exitialius. Et in Nubibus: τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον; *Vſura at ipſa, quaſo, quanam belua eſt?* Nec abludit ab hac figura Plinianum illud: *Regulus bipedum nequiſſimus*, **Soo quaden ſchalck als over twee voeten gaen magh.**

58. *Ne muſcam quidem liberorum habet.*

Hy heeft kindt noch kuycken.

Cùm plenam vereque viduatam orbitatem ſignificamus. Sic Plautus maximam hominum ſolitudinem ſignificans: *Quas tu mulieres mihi narras?* inquit, *ubi muſca nulla fœmina eſt in ædibus.* Huc alluſit Vibius Criſpus, qui rogatus, ecquis eſſet cum Cæſare in conclavi, reſpondit, *Ne muſcam quidem intus eſſe*, **Gantſch ter werelt niemant.** Ancipiti joco Domitiani conſuetudinem notans, cui mos erat quotidie ſibi ſecretum horarium captare, quo nihil aliud ferè agebat, niſi quòd muſcas captas ſtilo configeret.

59. *Communis Mercurius.*

Κοινὸς ὁ Ἑρμῆς.

Vrienden hebben geen verſcheyden goedt.

Lucianus in Votis: Οὐκοῦν τὸ προχειρότατον τοῦτο, κοινὸς Ἑρμῆς φασὶ, καὶ ἐς μέσον κατατίθει φέρων τὸ πλοῦτον, id eſt, *Itaque quod paſſim in ore eſt omnibus, communis, ut ajunt, Mercurius, opeſque in medium allatas depone.* Quidam hinc natam parœmiam arbitrantur, quòd Mercurius, ut eſt furtorum autor & repertor, primus oſtendit, quæ furto parta ſint, ea in medium communiter oportere deponi, unde & ſemilatinum vulgus hîc ait: *Divide cum ſociis, ſi non vis pendere ſolus.*

60. *Alit*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

60. *Alit luporum catulos.*

Sijn eygen broot ſal hem ſlaen op 't hooft.

Proverbium eſt in eos, qui læduntur ab iis, de quibus bene meriti ſunt. Theocritus in Hodœporis:

Θρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι κυνὰς ὥς τύ φάγωντι.
Paſce canes qui te lanient, catuloſque luporum.

Legimus & leones, & dracones nutriciis ſuis gratiam officii retuliſſe. Verum nulla eſt fera tam ingrata, quæ ſit cum hominibus ingratitudine conferenda: nam *Natura haud unquam vertitur officiis.*

61. *E dolio hauris.*

Ἐκ πίθου ἀντλεῖς.

Ghy ſchept met de groote pol-lepel.

Qui abundaret rebus optatis, nihilque parcè illis uteretur, is olim *è dolio haurire* dicebatur. Eſt enim dolium vas vinarium ingens, unde largiter haurire licet, neque facilè ſentitur detrimentum, videlicet in tanta copia. Noſtrates *Tudiculâ rem ſive pultem depromi dicunt.*

62. *Una cum ipſo caniſtro.*

Αὐτῷ κανῷ.

Kap ende kovel. 't Gelt met den buydel.

Quadrat in eos, qui rem intemperanter profundunt, devorantque & abliguriunt. Mos enim erat antiquis, ut cœnæ inferrentur caniſtris. *Ipſo cum caniſtro rapuiſti cuncta ſimul,*

Ghy hebt hem kruys noch munt laten houden.

63. *Prius locuſta bovem pariet.*

't Waer ſoo mogelijck of een peert ſpraeck.

Ennius: *Atque prius pariet locuſta lucam.* Nam *lucas* antiqui boves appellabant ob magnitudinem. Dicitur autem, περὶ τῶν ἀδυνάτων.

64. *Per tenebras quæ apud Quercum.*

Τὸ περὶ δρῦν σκότος.

De ingenti ac fatali calamitate dicebatur. Zenodotus Ariſtotelem citat autorem, in politia Samiorum Prienenſium plurimos à Mileſiis occiſos fuiſſe, juxta locum cui nomen *Quercus.* Unde receptum, ut Prienenſium mulieres, ejus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

calamitatis memores, per tenebras quæ circa Quercum eſſent, jurarent.

65. *Concupivit aſſam farinam.*

Ἤρατο ὀπτῶν ἀλεύρων.

Hy wil al beter dan wel.

In eum dicebatur qui domeſticam tenuitatem pertæſus, apud alios lautiorem vitam quæſiſſet. Dictum eſt autem in Platonem, qui relictis Athenis, ter in Siciliam ad Dionyſium navigavit, quo fortunam ſuam redderet lautiorem. Porro farinam aſſam & novam, lautiorem victus rationem vocat, propterea quod priſcos illos pulte duntaxat victitaſſe legimus, videlicet clibano coquendi panis uſu nondum reperto.

66. *Battologia hoc parturit.*

Dat komt van t'langh preken.

Battologia Græcis multiloquium vocatur, à *Batto* quopiam inepto Poëta, qui hymnos quoſdam conſcripſit prolixos, in quibus eadem crebrius iterabantur. Noſtrates ex muliere quadam parœmiam ſumunt, quæ prolixius durante concione, cùm ſeſe concacâſſet, ex longa concione id natum clamitabat. *Laconiſmus optimus*, **Korte ſermoenen/ de beſte ſermoenen/** ut ajunt.

67. *Non pro Batti Silphio.*

Alwaer daer een goude werelt mede te winnen.

Βάττου σίλφιον Græci vocant novum & rarum quempiam honorem. Battus enim quidam Cyrenen condidit: cui cùm Afri ſummum honorem habere ſtuderent, donarunt illi Silphium, herbam apud illos omnium pulcherrimam, ſimul nomiſma ferientes, in cujus altera parte regnum erat inſculptum, altera Silphium, quo fuerat à civitate donatus. Obtinet autem Silphium inter herbas primam gloriam, cujus & folia, & fructus, & caulis, & ſuccus pretioſiſſimus eſt.

68. *Ne malorum memineris.*

Μὴ μνησικακήσῃς.

Haelt geen oude wrocken op.
Kept geen ongeneught.

Erit uſus proverbii, ſi admonebimus aliquem ne præteri-

torum

orum infortuniorum memoria ſemet affligat, quandoquidem quod factum eſt, infectum fieri non poteſt.

69. *Mentham belli tempore neque ſcrito, neque edito.*

Μίνθην ἐν πολέμῳ μήτ᾽ ἔσθιε μήτε φύτευε.

Mentham nec comedas, nec plantes tempore belli. Poteſt autem in eum ſenſum deflecti parœmia, ut admoneat, ne quid alieno tempore fiat, quod officiat. *Mentha* enim cùm corpori frigus adducat, ſemenque genitale minuat, adverſatur fortitudini atque audaciæ.

70. *Ad corvos.*

Βάλλ᾽ ἐς κόρακας.

Dat u de ravens ſchennen.

Perinde valet quaſi dicas, abi in malam rem, atque in exitium. Zenodotus ſcribit in Theſſalia locum eſſe quendam, cui nomen inditum *Corvus*, in quem nocentes præcipites dabantur.

71. *Mitte in aquam.*

Βάλλ᾽ ἐς ὕδωρ.

Werpt hem in zee / ſpoelt hem de voeten.
In een ſack daer mede.

Hoc eſt, *Aufer è medio.* Dicitur in hominem vel in rem, exitio dignam. Tractum à ſupplicio quorundam, qui in profluentem aut mare præcipitabantur. Noſtrates, quos ſubmerſos volunt, his pedes jubent ablui, aut in ſaccum retrudi, quo colligato, ut nocentibus ſubinde fieri conſuevit, ſubmergantur.

72. *In beatam.* **Dat u de rit ſchenne.**

Βάλλ᾽ ἐς μακαρίαν.

Dat u 't goet-Jaer hale.

Quibuſdam placet hoc dictum κατ᾽ εὐφημισμὸν, ut & noſtrates faciunt, pro eo, quod eſt, in rem malam. Fingunt enim locum eſſe quendam apud inferos, cui nomen μακαρία. Plato in Hippia majore: Βάλλε εἰς μακαρίαν τὸν ἄνθρωπον, **Loopt voor den donder / voor 't vallende euvel met den bloot.**

73. *Alabanda Carûm fortunatiſſima.*

Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη.

Dijn hier / 't Sijn daer / 't Mijn is het beſte.

Alabanda olim inter Cariæ civitates opulentiſſima ac florentiſſima fuit. Quadrabit igitur ubi volemus intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, quanquam à literis & virtutis ſtudio alienum. Veluti ſi dicat aulicus aut negotiator quiſpiam: *Alii ſe litteris macerent, alii cum paupertate philoſophentur,* Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη.

74. *Rubo arefacto præfractior.*

Ἀγναμπτότερος βάτου αὔου.

Ghy mooght hem niet verder krijgen / dan ghy hem werpt. Een man van ſijnen ſin.

Proverbialis eſt comparatio in difficilem, atque inexorabilem ac præfractum, ac ſuorum, ut vulgo vocant, morum hominem. Ductum adagium à rubo exarido, qui rumpi quidem poteſt, ſed flecti nequaquam.

75. *Triſtis ſcytale.*

Ἀχνυμένη σκυτάλη.

Sint Jobs bode.

De re triſti, ſeriaque dicebatur, aut de nuntio qui dolorem adſerret. M. Tullius ad Atticum: *Habes ſcytalem Laconicam.* Quod quidem videtur non abſurdè, vel ad epiſtolam brevem, vel ad obſcuram, & arcanis de rebus conſcriptam, vel ad ſollicitam, ac triſtia nuntiantem, ac mandantem, accommodari poſſe. Quid autem ſit *Scytale Laconica*, vide apud Aulum Gellium lib. XVII. cap. 9.

76. *Hirundinum muſea.*

Χελιδόνων μουσεῖα.

Een hoop kakelaers / die veel ſack raedts te ſluyten hebben.

Proverbium eſt in impendiò loquaces ac garrulos, ſive obſtreperos; ſiquidem hirundines, inepto garritu plus tœdii auditoribus adferunt, quàm voluptatis. Eſt enim hæc avis minimè canora, ſed moleſta quodam ſtridore. Aptè dicetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

in Poëtas indoctos, in oratores loquaces magis quàm eloquentes, aut in cœtum hominum ineptè loquacium.

77. *Luſciniæ nugis inſidentes.*

Α'ηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι.

Trepelaers/die veel muyſe-neſten in't hooft hebben.

Proximum illud ad imperitos, & tamen garrulos convenit: Hoc ad eruditos, qui tamen immodicè ſuo ſtudio delectentur. Quod genus ſunt Poëtæ potiſſimum.

78. *Aſinus portans myſteria.*

Ὄνος ἄγων μυστήρια.

Een ydele vercierde kas. Verheven als een padt op een kluyt.

In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam verſabatur. Veluti ſi quis literarum ignarus, bibliothecæ præfectus eſſet. Inde natum, quod olim, quibus ad peragenda ſacra Eleuſinia opus erat, aſino impoſita deportabántur.

79. *Iterum tranquillitatem video.*

Αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Dat onweer is over. Ick ſie weder een open.

Proverbium eſt, quo nobis ſpem è malis emergendi affulgere ſignificamus, fortuna in melius commutata. A navigantibus ducta metaphora, quibus conquieſcente procella, grata ſolet eſſe tranquillitas.

80. *In tranquillo eſt.*

De hoof is gebergh t. Alle dinck is goet ende ſaligh.

Ad hanc formam pertinet Terentianum illud ex Eunucho: *Tum autem Phedriæ meo fratri gaudeo eſſe amorem in tranquillo.* Item illud: *Qui te in ſcopulum è tranquillo inferat.*

81. *Septennis cùm ſit, nondum edidit dentes.*

Ἑπταέτης ὢν ὀδόντας οὐκ ἔφυσεν.

't Is een oudt hockelinck/ en weet ſich niet te behelpen.

Quadrare videtur in eum, qui natu grandis, tamen adhuc quaſi puerum agit: Aut qui diu commoratus alicubi, nihil adhuc autoritatis, aut honoris ſit aſſecutus. Metaphora mutuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tuo ſumpta videtur ab inſantibus, quibus circiter annum ætatis ſeptimum, omnes dentes ſoleant enaſci.

82. *De pulchro ligno ſtrangulari.*

Ἀπὸ καλοῦ ξύλου ἀπάγξασθαι.

In ſchoon water verdrincken.

Admonet parœmia, calamitatem tolerabiliorem eſſe, ſi cum honeſtate fuerit conjuncta, & dedecore vacaverit.

83. *Non Chius, ſed Cius.*

Οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος.

Geen ſtichts man / maer lichts man.

Vulgato ſcommate notat gentis inconſtantiam, ac volubilitatem, pro temporis ratione commutantis inſtitutum, ac idem ad fortunæ commoditatem accommodantis. Noſtratium ſermo eandem habet alluſionis feſtivitatem.

84. *Extra oleas fertur.*

Ἐκτὸς τῶν ἐλαιῶν φέρεται.

Het gaet uyt de kerf. Hy loopt al te ver van huys.

Ubi quis terminos præſcriptos tranſgreditur, aut aliena, nec ad rem pertinentia, dicit, facitve. Ariſtophanes in Ranis:

> Μή σε ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαιῶν,
> *Ne te correptum ira extra oleas auferat.*

Natum ex ſtadiis, in quibus currendi certamina peragebantur, quæ oleis per ſeriem poſitis utrimque ſepiebantur, quas præterire non licebat.

85. *Coronam quidem geſtans, cæterum ſiti perditus.*

Στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

Hy is dor ende eel.

Natum ex moribus Connæ cujuſdam, qui primum fuit tibicen vinoſus, atque in conviviis aſſiduè coronatus potabat. Nam priſcis mos erat in compotationibus coronas geſtare. Deinde ex tibicine factus eſt Olympionices, atque in olympiis ſæpe victor coronam tulit. Unde Cratinus eum πολυστέφανον vocat, alioqui pauperrimus, neque tantillo ditior factus ſuis victoriis.

86. *Aphya ad ignem.*

Ἀφύα ἐς πῦρ.

't Is met een lick gedaen.
't Sal zijn / ſtrijck ende ſet.

Proverbium in ea, quæ facilè ac ſtatim conficiuntur. Nam *aphya* piſcis genus molle, ac tenerum, quod admotum igni protinus decoquitur.

87. *Boliti pœnam.*

Βολίτου δίκην.

Om een ſcheet/ oft om een ſtront-boor.

Ubi quis de re frivola nihilique plectitur. *Bolitus* enim Græcis ſignificat ſtercus bubulum. Porro Solon legem tulerat, quæ pœnam minabatur etiam iis, qui bubulûm ſtercus furto ſuſtuliſſent.

88. *Haud unquam arcet oſtium.*

Οὐδὲ ποτ' ἴσχει ἡ θύρα.

't Is 't huys van houdt-aen.

De iis, qui impendiò ſunt hoſpitales, quorum fores ſemper patentes neminem excludunt. Eleganter accommodabitur, vel in credulum, qui quodvis mendacium admittat auribus, vel in mulierem nulli negantem.

89. *Semper aliquis in Cydonis domo.*

Ἀεί τις ἐν Κύδωνος.

Hy houdt open-hof.

Cydon Corinthius quiſpiam erat, adeò inſignis hoſpitalitate, ut etiam proverbio locum fecerit. Hæc cùm non careant gratia, quoties ſimpliciter accommodantur ad homines φιλοξένους, tamen pluſculum habebunt Veneris, ſi ad animum deflectantur.

90. *Summis unguibus ingreditur.*

Ἐπ' ἄκρων ὀνύχων βαδίζει.

't Is een rooſen-treder.

In faſtuoſos competit. Alluſit autem huc Ariſtophanes ἐν Ἀχαρνεῦσι: Εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθισθε, *Protinus ob coronas in ſummis natibus ſedetis*, id eſt, Efferi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ferimini, vobiſque placetis, **Ghy weet niet op wat ga ghy ſitten wilt.**

91. *Haud impune vindemiam facies.*

Οὐκ ἐρήμας τρυγήσεις.

't Sal u niet wel bekomen. 't Sal u noch opbreken.

Quibus rem aliquam minitamur non impunitam aut inultam fore: natum ab iis, qui nullo ſervante, impune decerpunt uvas.

92. *Mens eſt in tergoribus.*

Ὁ νοῦς ἐστὶν ἐν τοῖς σκύτεσιν.

My gruwt voor de galgh / voor de roeden.

De ſollicitis dictitari ſolitum, quique malum aliquod imminens timere videntur. Metaphora ſumpta videtur à loris, quibus cæduntur ſervi: nam hæc è bubulis tergoribus ſecantur. Unde Plautinum ænigma: *Vbi vivos homines mortui incurſant boves.* Porro quacunque in re ſumus intenti, in ea dicimur eſſe. Sic in Eunucho; *Iamdudum animus eſt in patinis.*

93. *Tergora tuetur.*

Σκύτη βλέπει.

Hy ſiet als die voor de galgh gruwt.

Confine proximo eſt, quo ſignificabant quempiam præ ſe ferentem vultu, quod mali quippiam inſtare ſuſpicaretur, idque conjecturis aliquibus colligeret. Veluti ſi quis conſpectis boum tergoribus, bellum futurum colligeret, quòd his integantur clypei.

94. *Cochleare creſcet.*

Δοῖδυξ αὔξει.

Hy waſt als de rijpe garſt.

Dici per ironiam ſolet in puſillos homunciones: nam cochleare & puſillum eſt, & contortum. Ariſtophanes:

Σκεύη δύο χρησίμω δοῖδυξ ἤδε τορύνη.

Duo utilia vaſa, cochleare & toryna.

Eſt autem toryna, qua movetur olla.

95. Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

95. *Connæ calculus.*

Κόννου ψῆφος.

Die over 't houwelijck gheroepen wert / na dattet gemaeckt is.

In hominem aut rem nihili nulliuſque momenti. Fuit autem *Connas* quidam extremæ ſortis homuncio, qui devorato patrimonio, pauperrimus fuit. Quod genus homines ad ferendum in re aliqua ſuffragium non vocantur, niſi rebus jam compoſitis atque tranſactis.

96. *Unicum arbuſtum haud alit duos erithacos.*

Μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους.

Videtur non intempeſtiviter dici poſſe in eos, quibus parum convenit, nec in eodem munere concorditer verſari queunt. Eſt autem *erithacus* avis ſolitaria, ut eodem in ſaltu non temere niſi unam invenias. Theodorus Gaza eam nunc *Sylviam*, nunc *Rubeculam* interpretatur.

97. *Pedibus ingredior, nandi imperitus.*

Πεζῇ βαδίζω, νεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι.

Ick behelp my met het ſelfde dat ick kan.

In eum, qui majorum rerum imperitus, minutioribus negotiis ſeſe exercet. Aut qui propter imperitiam, privatus & humilis vivit.

98. *Una domus non alit duos canes.*

Εἷς οἶκος οὐ δύναται τρέφειν τοὺς δύο κύνας.

Daer dienen geen twee hanen op een werf.

In eos, inter quos parum convenit, propter idem lucrum quod communiter expetunt. Sic idem regnum non fert duos tyrannos. Eadem reſpublica non fert duos expilatores.

99. *Vallus vitem decepit.*

Ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον ἐξηπάτησεν.

Daer ick my op verliet / was die my verriet.

Ubi quiſpiam ab eo fallitur aut læditur, à quo pendebat, cujuſque fidei nitebatur. Traductum à vallis, quibus alligatæ fulciuntur vites. Fit autem interdum, ut illi radicibus actis, ramis ac frondibus ſuis vitem ſtrangulent, aut ut proſtrati palmitem ſecum trahant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

100. *Trepidat in morem galli cujuſpiam.*

Πτήσσει ὥς τις ἀλέκτωρ.

Hy beeft als een Joffers hondeken.

In male affectum & commotum, aut etiam pavitantem, oportunè dicetur. πτήσσειν enim Græcis fugitare ſignificat atque expaveſcere. Peculiariter autem de avibus dicitur.

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA III.

1. *Non magis parcemus quàm lupis.*

Οὐ φεισόμεθα μᾶλλον ἢ λύκων.

Wy ſullen daer met vreughden / met hooge ſchoenen op ſitten.

Wy ſullen daer op ſlaen als de Boeren op de Wolven.

ANtiquitus lex ad interficiendos lupos, etiam præmio invitabat, apud Atticos. Etenim qui lupi catulum interemiſſet, huic talentum, qui adultam occidiſſet, duo talenta dabantur.

2. *Niſi ſi qua vidit avis.*

πλὴν εἴτις εἶδεν ὄρνις.

Niemant ter Werelt / ten waer een vogel in de Lucht.

Hyperbole proverbialis de re vehementer occulta Ariſtophanes in avibus:

Οὐδεὶς εἶδε τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴτις ἂν ὄρνις.

Nemo vidit theſaurum meum, niſi ſi qua avis.

3. *Perdicis crura.*

Πέρδικος σκέλος.

Fluyte-maeckers beenen.

Dicebatur in crura gracilia, atque diſtorta. Fuit autem

Perdix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Perdix caupo quiſpiam claudus, tibiíſque gracilibus, quem Ariſtophanes locis aliquot notavit.

4. *Tolle calcar ultorium.*

Αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον.

Laet ſincken u eubele moet.
Laet u quaetheyt niet boven u wijſheyt gaen.

In eum dici ſolitum, qui jam ultionem parat. Mutuo ſumpta metaphora à gallis eſt, quibus pugnam inituris ferrei ſtimuli alligari ſolent, quo ſe tueantur inter certandum.

5. *Minus habes mentis quàm Dithyrambo-rum Poëtæ.*

Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα.

Ghy zijt heel buyten Weſten.

In ſtupidos ac furioſos torquetur. Sumptum à Poëtis Dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant. Unde & Horatius:

Aut inſanit homo, aut verſus facit.

6. *Cercyræa ſcutica.*

Κερκυραία μάστιξ.

Het vercken heeft een huyck op.

De re ſupervacaneo cultu exornata. Quadrabit & in ea, quibus ornatus additur neutiquam decorus aut congruus. Cercyræis autem mos erat flagra geſtare ingentia anſis eburneis exornata, atque hinc nata parœmia eſt.

7. *Larus.*

Κέπφος λάρος.

Een vogel-grijp.

Sic Ariſtophanes in Nebulis, Cleonem *larum* vocat, quod furtis ac rapinis inhiaret.

8. *Cepphus parturit.*

Κέπφος ὠδίνει.

Daer ſal een op ſammen.
Daer ſal wonder te koocken zijn.

Dicebatur in eos, qui pollicerentur ingentia, deinde nihil promiſſis dignum præſtarent. Eſt enim *Larus* multa plu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

marum copia circumtecta, cæterum carnibus exiguis: pariens autem vociferatur. Confine eſt illi: *Parturiunt montes.*

9. *Canis feſtinans cæcos parit catulos.*

Ἡ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκτει.

Men kan geen loopende peerden beſlaen.

De meeſte ſpoet / is niet al goet.

In eos jaciebatur, qui nimio feſtinandi ſtudio, rem parum abſolutam edunt, ut ſi quis operis parum elimati præcipitet editionem. Hinc natum, quòd canis, quia celerius pariat, catulos cæcos, velut adhuc immaturos edit. Noſtrates *currentem equum negant poſſe calceari.*

10. *In canis podicem inſpicere.*

Ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν.

De oogen in de handt nemen ende ſien door de gaten.

Ariſtophanis interpres admonet vulgo dici ſolere, in cæcutientes. Noſtrates jubent ejuſmodi, ut oculos manibus teneant, atque ex ipſis oculorum cavernulis proſpiciant.

11. *Tentantes ad Trojam pervenerunt Græci.*

Ἐς Τροίαν πειρώμενοι ἦλθον Ἀχαιοί.

Al vragende komt men te Romen.

Theocritus in Syracuſiis, tentando atque experiendo quantumlibet etiam ardua perfici ſignificat,

12. *Deum ſequere.*

Ἕπου θεῷ.

Doet niet tegen u hert / oft conſcientie.

Rationi obtemperandum docet. Quaſi cuique debeat oraculum eſſe, quicquid in pectore dictaverit ratio. Ineſt enim ſuus cuique animus, velut Deus, ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς, ut ait Menander.

13. *Lingua quo vadis?*

Γλῶσσα ποῖ πορεύῃ;

Wat klap ſlaet ghy uyt?

Plene ſic legitur: γλῶσσα ποῖ πορεύῃ; πόλιν ὀρθώσουσα καὶ πάλιν ἀνατρέ-

ἀναστρέψουσα, id eſt, *Lingua quo vadis? Erectum civitatem, eandem denuo ſubverſura.* Docet autem linguam plurimum utilitatis adferre mortalibus, & eandem rurſum plurimam adferre perniciem.

14. *Ollas oſtendere.*

Χύτρας ἐπιδείκνυσθαι.

Wonder maecken van een kool-ſtruyck.

Eſt rem per ſe ridiculam ac ſordidam, perinde ut maximam efferre. Plutarchus verò taxat ſophiſtas, quibus mos erat ἀδόξους, id eſt, infames materias, verborum fucis exornare, cùm vomitum, febrim, Buſiridem, atque id genus alia laudant.

15. *Puer glaciem.*

Ὁ παῖς κρύσταλλον.

't Is een duyz-niet. 't Sal u ontſlippen.

Dicebatur in eos, qui cùm retinere quippiam non poſſint, nolunt tamen amittere. Veluti ſi quis magiſtratum recuſet deponere, cui gerendo ſit impar, aut à munere nolit abſolvi, quod tueri tamen non poſſit.

16. *Unum ad unum.*

Ἓν πρὸς ἕν.

Als man by man komt.

Een man is tegen een man op gewaſſen.

Cùm exactius ſingula ſingulis componuntur. Tranſlatum videri poteſt à prælio, quoties acriter res geritur, ſingulis adverſus ſingulos dimicantibus.

17. *In nocte conſilium.*

Ἐν νυκτὶ βουλή.

Te nacht werde ick bedacht.

Ick ſal my daer op beſlapen.

Admonet adagium non eſſe præcipitandum conſilium ſtatim, neque ad primos animi impetus aliquid agendum.

18. *Ubi quis dolet, ibidem & manum habet.*

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρα ἔχει.

Daer 't zeer is / daer is de handt.

Tempeſtiviter utemur, cùm ſignificabimus quempiam

ea tractare, deque iis libenter verba facere, quæ movent animum. Natum eſt proverbium à naturali hominum conſuetudine, quâ fit, ut ei parti corporis quæ dolet frequenter manus admoveamus.

19. *Plus apud Campanos unguenti, quàm apud cæteros olei.*

Hy is rijcker te daegh / dan die te Jaer.

Si cui placebit adagium ad allegoriam trahere, poterit accommodari vel in regionem, vel in hominem, adeò cæteris antecellentem, ut apud hunc major ſit rerum exquiſitarum copia, quàm apud alios mediocrium aut vulgarium.

20. *Ne viâ quidem eâdem cum illo ingrediar.*

Μηδὲ τὴν αὐτὴν ὁδὸν βαδίζομαι.

Hy ſal over my niet vallen.

Quando quis extremo diſſidet cum aliquo odio, adeò ut non ſolùm menſa tectóve communi non ſuſtineat uti, ſed ne via quidem eadem velit ambulare. Noſtratium ſermo eſt, quaſi dicas: Ille per me non impinget, non ero illi lapſus occaſio.

21. *Extra cantionem.*

Παρὰ τὸ μέλος.

't Sluyt niet. 't Is de rechte toon niet.
't Komt niet ter ſnee.

Extra cantum agi dicive dicunt, quod ad rem non pertinet. Sonat autem παρὰ μέλος perinde quaſi dicas, parum modulatè, parum concinnè, parum aptè, parum decorè. Nam quod in muſica eſt *melos*, id in vita *decorum.*

22. *Ignis, mare, mulier, tria mala.*

Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.

De zee / een wijf / een vyer / elck is een quaedt dier.

Incendio enim nihil formidabilius, mare item periculoſiſſimum eſt, & his ſimillimum quiddam eſſe mulierem malam, ſentit parœmia. Euripides: οὐδὲν οὕτω δεινὸν, ὡς γυνὴ κακή. *Nihil ita acerbum & noxium, ut mulier mala.*

23. *Fal-*

23. *Falces poſtulabam.*

Ἄμας ἀπῄτουν.

Ick ſpreecke van Brugge / ende ghy antwoort my van Gent.

In eos, qui reſpondent id, quod ad rem nihil attinet. Apud Suidam & Zenodotum hic ſenarius eſt, ἄμας ἀπῄτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας, *Falces petebam, at hi ligones denegant.*

24. *Alba avis.*

Λευκὸς ὄρνις.

Sulcks zijnder luttel gezaeyt.

Quadrabit in rem admodum raram & inuſitatam, quòd aves perpaucæ ſint hoc colore. M. Tullius: *Cùm enim ſalutationi nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam frequentius quàm ſolebat, quòd quaſi albam avem videntur, bene ſentientem civem videre, abdo me in bibliothecam.*

25. *In alieno choro pedem ponere.*

Ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τίθεσθαι.

Sich al te veel onderwinden.

Eſt ſeſe miſcere negotiis alienis, & aliorum ſibi vendicare partes. Conſtat ſumptam parœmiam à choreis ac ſaltationibus, quibus ſi quis ignotus admiſceat ſeſe, deridetur atque exibilatur ilico.

26. *Ne magna loquaris.*

Μὴ μεγάλα λέγε.

Blaeſt niet in 't hooghſte gat.

Admonet temperandum eſſe à magniloquentia, jactantiaque, qua nihil omnium intolerabilius. Dictum eſt autem propter Nemeſin Deam, quæ grandiloquentiam hujuſmodi non ſinit impunitam. Dicunt & Græci noſtratium more μέγα πνέειν, *magnum ſpirare.* Huc ſpectat Prudentianum illud. *Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum.* Et eleganter ſane hujuſmodi grandiloquentiam Horatius *ampullas* vocat, & *verba ſeſquipedalia*, in Arte Poëtica:

Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

27. *Exercitatio omnia poteſt.*

Μελέτη πάντα δυνατ.

Aenhouden doet verkrijgen.

Significat nihil eſſe tam arduum, quod diligentia curâque non efficiatur. Virgilius in Georgicis:

—— Labor omnia vincit
Improbus, & duris urgens in rebus egeſtas.

Huc alluſit Horatius:

Perrupit Acheronta Herculeus labor.

28. *Quid primum, quid ultimum?*

Τί πρῶτον ἢ τί ὕστατον;

Waer ſalmer hooft of ſteert van vinden?
Waer ſal men 't Wercken beginnen?

Figura proverbialis, qua utimur, quoties aut rerum copiam tantam ſignificamus, ut hæſitemus, unde potiſſimum exordiamur: aut cùm perplexi dubitamus, quid primum agere debeamus. Juvenalis:

Quo te circumagis, quæ prima aut ultima ponas.

29. *Dente Theonino roditur.*

Hy is heel op een quaedt woort.
Heel op der luyden tongh.

Dente Theonino rodi dicuntur, qui convitiis lacerantur. Sumptum à Theonino poëta quodam rabioſæ loquacitatis; petulantiſſimæque maledicentiæ. Horatius in Sermonibus:

Dente Theonino qui circumroditur. ——

30. *Hipponacteo laudatus præconio.*

Seer gepreſen / maer over ſchouder.

Hipponacteum præconium, pro infami nota dixit M. Tullius, nam Hipponax poëta fuit jambographus, amarulentus, ac notæ mordacitatis.

31. *Archilochia edicta.*

Daer 't een op ſijn oogh geſet wert.
Daer niet in achter gehouden wert.

Archilochia edicta vocat M. Tullius, quæ contumelioſa ſunt ac virulenta. Archilochi enim Poëtæ mordacitas vulgo celebratiſſima fuit, ſiquidem is Lycamben ſocerum, à quo fuerat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

fuerat repudiatus, hujuſque filiam, verſibus adeò virulentis inſectatus eſt, ut uterque ſe laqueo præfocaverit. *Archilochiis edictis tecum aget*, Hy ſal't u op u ooge ſetten.

32. *Archilochi patria.*

Ἀρχιλόχȣ πατρίς.

Hy is van ſnap-landt / van klappen-burgh.

Diogenianus teſtatur hoc dici ſolere de mordacibus ac maledicis.

33. *Genuino mordet me.*

Ick ben uyt ſijn hand / maer niet uyt ſijn tandt.

Qui clanculum obtrectant, lacerantque quempiam, eum *genuino mordere* dicuntur. Perſius: *Genuinum fregit in illis.* Dentes autem genuini omnium ſunt reconditiſſimi; ac propemodum operti gingiva, qui homini ſerò emergunt: unde & livoris atque obtrectationis morbo dicati ſunt. Poteſt autem ad canes referri adagium, qui poſtremis dentibus oſſa duriora circumrodunt. Omnis autem obtrectatio *morſus* dicitur.

34. *Aureo piſcari hamo.*

Een onwis ey groot gelt aen te koſt leggen.

Hoc eſt, mediocris commodi cupiditate periculum adire, quò maximarum rerum jacturam facias. Fit enim nonnunquam, ut piſcis etiam hamum ipſum ſecum auferat. Porro metaphoræ pleræque à piſcatione ductæ, proverbii vice ſunt uſurpatæ. Sicut *expiſcari* apud Terentium, 't Gat door-bragen/ pro eo quod eſt diligenter elicere atque exquirere. Item *Vorare hamum.*

35. *Sapientia vino obumbratur.*

Als de wijn in gaet / ſoo gaet de wijſheyt uyt.

In proverbiis eccleſiaſticis quoque duo referuntur, quæ ſapientem etiam dementent, *Vinum & mulieres.*

36. *Homines frugi omnia rectè faciunt.*

Dat is een wijs man / die alle tijdt maet ramen kan.

Docet adagium quoſdam improbos homines, certis in rebus nonnunquam uſui eſſe, ac præclare ſe gerere. Verum ubique ac perpetuò præſtare virum integrum atque incul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

patum, id ejus demum eſſe videtur, qui natura, vereque probus ſit.

37. *Fallacia alia aliam trudit. Dolus dolum trudit.*

Hy hanght met boevery t' ſamen.

Terentianum eſt, quod Donatus admonet proverbiali figurâ dictum eſſe. Sumptum eſt à conſuetudine conantium fallere, ac dolos dolis conſarcinantium, ne deprehendantur. Unde *conſutis dolis* dixit Plautus.

38. *Sera in fundo parſimonia.*

Δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ.

Spaert in tijdt / of het goet dat glijdt.
't Is quaet ſparen als de koeck aen 't eynde is.

Admonet in tempore parcendum eſſe rebus neceſſariis, neque imitandum profuſorum vulgus, qui tum demum parcere incipiunt, poſtquam viderint minimum ſupereſſe. Proverbium ſumptum apparet ex Heſiodo, cujus hi ſunt verſus:

> Ἀρχομένου δὲ πίθου, καὶ λήγοντος κορέσασθαι,
> Μεσσόθι φείδεσθαι, δειλὴ δ' ἐπὶ πυθμένι φειδώ.
> *Plena ubi dolia ſunt, & jam prope inania vini,*
> *Tum ſatiare, ſed in medio fac parcior eſto.*

Abſurdum ſiquidem & grave, *in imo parcere fundo.*

39. *Sybaritica menſa.*

Συβαριτικὴ τράπεζα.

Een uyt de kerf gaende maeltijdt.

De convivio dicebatur nimium apparato. Natum à gentis iſtius moribus, unde & *Sybariſſare*, Sybaritarum more delitiis indulgere ſignificat. Plutarchus autem tradit apud Sybaritas hunc fuiſſe morem, ut mulieres ab uſque anno priore ad convivium vocarentur, quò ſe per otium auro veſtibuſque poſſent exornare.

40. *Sybaritica calamitas.*

Συβαριτικὴ συμφορά.

De welige kinderen van Staveren.

Quadrabit adagium in eos, qui neglectu Deorum, aut ob intemperantem luxum ſubvertuntur. Acceperant Sibaritæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ritæ oraculum tum ſe ſubvertendos, cùm mortalis homo divorum numinibus anteferretur. Noſtrates à Staffria Friſiorum urbe proverbium ſumpſerunt, horum enim petulantia eo proceſſerat, ut advectum navibus triticum faſtidientes juſſerint ejici in aquas, quo facto, cœpit continuò civitas prius florentiſſima minus ac minus pollere, rebuſque omnibus paulatim deperditis, planè ad inopiam recidere.

41. *Sybaritæ per plateas.*

Συβαρῖται διὰ πλατείας.

Sy ſteken haer borſt op als een ſmerigh endt.

Contra faſtuoſius ingredientes per viam, ſeſeque velut oſtentantes. Sumptum adagium à faſtu luxuque Sybaritarum. Venuſtius erit ſi paulo longius detorqueatur. Veluti ſi de homine inſolentius ſe gerente, aut arrogantius de ſe loquente, aut de ſtilo phaleratiore dicas, συβαρίτης διὰ πλατείας.

42. *Syracuſana menſa.*

Συρακουσία τράπεζα.

Een tafelken wel bereyt.

Syracuſana menſa, prælauta atque opipara dicebatur: Syracuſani enim, ut erant olim opibus florentiſſimi, ita voluptatibus ac delitiis addictiſſimi.

43. *Spithama vitæ.*

Σπιθαμὴ τοῦ βίου.

Een handeken vol levens.

Modum vitæ perpuſillum ſignificat. Proverbialis eſt figura à rerum menſoribus ſumpta, apud quos ſpithama, ſeu palmus, duodecim digitos continet, quantum fermè digitorum longiſſimo porrectu complecti licet. Quin hodie puſillum quoque homunculum, noſtrates idiotæ, *palmum hominis* appellant, **het is een handtken vol menſch.**

44. *Temporis punctum eſt omnis vita.*

Στιγμὴ χρόνου πᾶς ἐστιν ὁ βίος.

Des Menſchen leven is niet dan een roock.

Humanæ vitæ modum quàm breviſſimum eſſe ſignificat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Terentius: *Tum temporis ad hoc punctum mihi eſt*, id eſt, ſpatium breviſſimum. Apud Mathematicos enim punctum indiviſibilis pars lineæ, cujus, ut inquit Euclides, pars nulla eſt.

45. *Nova Hymetia, falerna vetera.*

Hoc adagium non video ubi nobis poſſit uſui eſſe: ſed tamen adſcripſimus, ne nihil omnino de popinis mutuari videremur, niſi fortè placeat eò torqueri, ut dicamus è diverſis rebus quædam optimè conflari.

46. *In ſimpulo fluctus excitare.*

De bal eerſt op geven.

In ſimpulo fieri dicebant, quod vel clanculum, vel in re minuta atque humili fieret. Eſt enim *ſimpulum*, autore Feſto, vas parvum, non diſſimile cyatho, unde mulieres divinis rebus deditæ, *ſimpulatrices* vocantur. M. Tullius: *Et avus quidem noſter*, inquit, *ſingulari virtute in hoc municipio, quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cujus in matrimonio ſororem, aviam noſtram habebat, ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in ſimpulo, ut dicitur, Gratidius, quos poſt, filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari.*

47. *Protea mutabilior eſt.*

Πρωτέως ποικιλώτερος.

Als gy met hem meent op het naeſte te zijn / ſoo ſult ghy op het verſte weſen.

In eos competit qui facilè vertunt ſententiam. Horatius:

Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Et alibi:

Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.

Porro de ſic inconſtantibus rectè quoque dixerimus:

48. *Vertumno inconſtantior eſt.*

Empuſa mutabilior eſt.

Εὐμεταβολώτερος ἐμπούσης.

Hy ſlacht de weerhaen.

Daer is geen touw aen te beleggen.

Vertumnus Deus in omnigenam ſpeciem ſe variat. Unde & nomen reperit apud Latinos. Eſt & *Empuſa* ſpectrum quod-

quoddam, quod miſeris ac calamitoſis ſubinde ſe aliis atque aliis formis videndum exhibere conſuevit. Narrant autem meridie apparere, idque uno pede, unde & nomen inditum. Noſtrates à lamina ærea, ventorum indice, parœmiam ſumunt.

49. *Amicus magis neceſſarius quàm ignis & aqua.*

Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος.

Liever geldeloos dan vriendeloos.

Hyperbole proverbialis, admonens neminem eſſe tam divitem aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Quemadmodum enim citra ignem & aquam non conſtat hominum vita, ita nec ſine conſuetudine atque opera familiarium, quos ob id ipſum Latini *neceſſarios* vocant, ut amicitiam *neceſſitudinem*. Unde rectè ſcriptum ab Horatio eſt:

Nil ego contulerim jucundo ſanus amico.

50. *Lupus circum puteum choream agit.*

Λύκος περὶ τὸ φρέαρ χορεύει.

Hy rept vaſt met een doode ſwaluw.

Hy praet daer vaſt om als de lodder om dep.

In eos dicetur, qui re aliqua potiri gauderent, qua tamen fruſtrantur. Ajunt enim lupo morem eſſe, ut, ſi quando ſitiat, nec tuto ſe poſſit demittere, circum puteum oberret, fruſtra inhians aquæ, quam non poſſit contingere.

51. *Juxta Lydium currum curris.*

Παρὰ λύδιον ἅρμα θέεις.

Ghy zijt al tegen u meeſter vergaert.

Hoc ſcommate notabantur, qui in certamine quopiam longè inferiores eſſent cæteris. Quidam Adagium referunt ad Pelopen Lydum, qui ſuo curru vicit Oenomaum.

52. *Cinclus eſt.*

Κίγκλος ἐστί.

Als hy op ſprinckt ſoo waechtet al.

Cincli ruſticano proverbio dicebantur, præter modum pauperes, quibus neque domus eſſet, neque quicquam quod ſuum poſſent dicere. *Cinclus* enim avis quædam imbecillis eſt, atque invalida, ita ut non poſſit ipſa ſibi nidum pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

proprium parare, proinde ova ſupponit nidis alienis. Unde & ruſtici verterunt in adagionem, ut mendicos & errones *cinclos* vocent.

53. *Quæ ſub alis fiunt, in his nihil recuſat.*

Ἐν ταῖς ὑπὸ μάλης πράξεσιν ἀπερφάστιστός ἐστι.

Hy ontſiet hem niet / dat tot ondeucht onder het huycxken geſchiet.

Sic de adulatore locutus Plutarchus eſt, qui ad honeſta officia tum piger tum inutilis, ad voluptuaria miniſteria promptus eſt, videlicet ad ſcortum cum fide adducendum, ad comparanda obſonia, aut ad inſtruendum convivium.

54. *Simul ſorbere & flare difficile.*

Men kan niet billen ende bout houden.
Het is quaet dobbelen ende ſchaepen te hoeden.

Commodè utemur hoc adagio, ſi quando ſignificabimus negotia quæpiam id genus eſſe, ut pariter ab iiſdem tractari non queant. Veluti ſi quis conetur ſimul & literis & voluptatibus vacare, ſimul amoribus & parſimoniæ indulgere, ſimul uxori ſtudiiſque ſatisfacere. Mundo ſimul ſervire & Chriſto, Deo & Mammonæ.

55. *Manum admoventi fortuna eſt imploranda.*

Τὰν χεῖρα ποτιφέροντα δεῖ τὰν τύχαν ἐπικαλεῖν.

Men moet de handt aen de ploech ſlaen.

Admonet adagium ita fidendum eſſe divino auxilio, ut nihilo ſegnius quantum in nobis eſt, etiam ipſi noſtra adnitamur induſtriâ, alioqui non audituros ſuperos inertium ac deſidioſorum vota.

56. *Quam quiſque norit artem, in hac ſe exerceat.*

Elck geneer hem ſijnder konſt.
Elck geneer hem op ſijn vaer-water.
Niemant hem vermeet / daer hy niet van weet.

Senarius Jambicus eſt, admonens ut quarum rerum ſumus periti, in his duntaxat diſputandis, tractandiſque verſemur, quarum verò ſumus rudes, eas doctioribus conceda-

cedamus, neque profeſſionem alienam nobis vindicemus, & ne ſutores ultra crepidam judicemus.

57. *Dedi malum, & accepi*

Ick ben hem niet ſchuldigh gebleven.

Beticum adagium eſt, quo utuntur quidam, quoties ejuſmodi permutatio videbitur facta, ut malum pro malo ſit redditum, & par pari relatum: veluti ſi quis improbum generum dediſſet, ac nurum item improbam recepiſſet. Plinius Junior in epiſtolis: *Cecilius*, inquit, *Claſſicus, homo fœdus, & apertè malus, conſulatum in ea parte non minus violenter, quàm ſordide geſſerat, eodem anno, quo in Africa Marius Priſcus.* Erat autem Priſcus ex Betica, ex Africa Claſſicus, inde dictum Beticorum (ut plerumque etiam dolor venuſtos facit) non illepidum ferebatur: *Dedi malum, & accepi.*

58. *Carpet citius aliquis quàm imitabitur.*

Μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Het is beter te laecken / dan nae te maecken.

Senarius hic operibus Apollodori pictoris inſcribi conſuevit, qui primus umbrarum imitationem invenit. Aptè dicetur de re quapiam artis abſolutæ atque inimitabili. Porro res egregias multo proclivius eſt carpere, quam æmulari.

59. *In foribus adeſt.*

Περὶ τὰς θύρας πάρεστι.

Het ſtaet voor de deur.

Quando quid inſtat atque in proximo eſt, tunc *in foribus eſſe* dicitur: *Mors homini in ipſis erat foribus.* **De doot ſtondt hem op ſijn lippen.**

60. *Alia Lacon, alia aſinus illius portat.*

Ἄλλα μὲν Λάκων λέγει, ἄλλα δ' ὁ Λάκωνος ὄνος φέρει.

In eos dicebatur, quorum oratio diſſentiret à factis, natum ajunt ab agricola quodam, qui ſolitus erat utres melle plenos ſtoreis obvolvere. Rogatus autem ab exactoribus vectigalium, quidnam portaret, hordeum ſe portare dicebat, videlicet, quo minus pecuniæ perſolveret. Sed cùm veniſſet aliquando, ut lapſus in terram aſinus, onus effudiſſet, accur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

accurrerunt exactores, in reponendis ſarcinis auxilio futuri. Verùm ubi cognoverunt interim mel in utribus eſſe, non hordeum, ridentes conclamârunt: *Alia Leucon*, (ſic enim nonnulli legunt) *alia portat aſinus*.

61. *Corpore effugere.*

Corpore effugere, eſt periculum imminens ac penè premens arte quadam declinare. Tranſlatum à gladiatoribus, ictum modico flexu corporis fallentibus. Quoties ergo aliquem diſcrimine quàm minimo à periculo abſuiſſe ſignificabimus, corpore declinatum malum dicemus. Minus enim periclitantur, qui mœnibus aut alio quopiam objecto defenduntur: Verùm qui nudi telis objecti, nihil habent quo ſe tueantur, niſi commodo corporis deflexu, ii demum in extremo periculo verſari videntur.

62. *De alieno ludis corio.*

Ghy hebt daer goet mallen mede.
Het koſt u de wagen-huyr.
Uyt een ander mans leer / ſnijtmen brede riemen.

De alieno corio ludere dicuntur, qui ſecurius agunt, ſed alieno periculo. Significat quoque nonnullos minus eſſe parcos in alieno, quàm in ſuo.

63. *Ea res adhuc in herba eſt.*

Dat is noch verre van lacchen.

Ubi ſpem immaturam ſignificamus, ac longius adhuc abeſſe ut rem conſequaris. Sumpta metaphora à ſegetibus adhuc teneris, & herbeſcentibus. Ovidius in epiſtola Helenes ad Paridem:

Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt:
Hæc mora ſit voto forſan amica tuo. Perſius:
E mole, quid metuis? occa, & ſeges altera in herba eſt.

64. *In alieno foro litigare.*

Op een vreemt dack kaetſen.

Pro eo quod eſt, in re nova, cuique nondum aſſueveris, verſari. Habent enim diverſa fora, diverſas litium formulas, variaſque tractandarum cauſarum rationes. Noſtrates è ſphæræ ludo parœmiam ſumunt, ubi & non parvi refert, cui quis tecto aſſueverit.

65. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

65. *In ſeditione vel Androclides belli ducem agit.*

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ἀνδροκλείδης πολεμαρχεῖ.

Als het ſpul op ſtelten is/ maeckt men wel een koninck van een ſtroo-wiſch.

Carmen heroicum, proverbio celebratum in homines contemptos & humiles, qui per occaſionem aliquam incidentem dignitatem ſortiuntur. Detorqueri poteſt in malos Principes, qui rebus pacatis minus valent in republica, atque ob id aliquoties data opera rerum motus excitant arte tyrannica, quò commodius populum ſuo commodo compilent.

66. *Inter indoctos etiam Corydus ſonat.*

Ἐν ἀμούσοις καὶ κόρυδος φθέγγεται.

De Scheele is een Koningh onder de Blinde. In 't Landt der Blinden/ is Koppen een-oogh Koningh.

Quadrabit in quoſdam, qui apud idiotas audent ſeſe velut eruditos venditare, inter doctos alioqui prorſus elingues. Eſt autem *Corydus* viliſſimum aviculæ genus minimeque canorum, ſtrepit tamen utcunque inter aves mutas. Apud Luſciniam autem canens, neutiquam ferri poſſet.

67. *Quavis terra patria.*

Πᾶσα γῆ πατρίς.

Men backt op een ander ſoo goet broot als hier.

Admonet adagium virum ſapientem ac bonum, ubicunque gentium vixerit, felicem eſſe. Unde & Socrates interrogatus, cujatis eſſet: *Mundanum ſe eſſe reſpondit.* Fertur hic quoque verſiculus proverbialis:

Τοῖς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς.

Solum omne Patria, proſperè quicunque agit.

68. *Odio Vatiniano me proſequitur.*

69. *Odio in me novercali eſt.*

Hy vermach my in 't wit noch in 't ſwert.

Odium Vatinianum pro capitali ac vehementer acerbo ponitur: nam Vatinius, in quem acerbè M. Tullius invectus eſt, in ſummum odium populi Romani pervenerat, detectis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

jam ipſius flagitiis. Catullus: *Odiſſem te odio Vatiniano.* De novercis verò conſtat. Euripides:

Ἐχθρὰ γὰρ ἥπις οὖσα μητρυιὰ τέκνοις,
Τοῖς πρόσθ' ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιωτέρα.
Hoſtis noverca eſt ante natis liberis,
Nihiloque mitior nocente vipera.

70. *Perdidiſti vinum infuſa aqua.*

Ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

Ghy hebt hem het hooft te ſeer geſpoelt.

Dicetur in eos, qui initio quædam rectè faciunt: Deinde quamvis levi de cauſa, benefacta malefactis ſubvertunt.

71. *Abjecit haſtam Rhipſaſpis.*

Ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα Ῥιψάσπις.

Hy heeft het vaentjen laten leggen.
Hy heeft alle ſijn ſpillen in de aſſche geworpen.

Qui cauſæ ſuæ diffiſus abjicit animum, ac deſinit contrà conari. Cicero pro L. Murena: *Videſne tu illum triſtem demiſſum? Iacet, diffidit, abjecit haſtam.* Græcis item proverbiali figura dicuntur Ῥιψάσπιδες, ignavi ac timidi, quique in acie locum deſerunt, ac clypeum abjiciunt. Uſque adeo verò probroſum habebatur antiquitus clypeum abjicere, ut Lacedæmonii, Archilochum finibus ſuis juſſerint excedere, quòd ſcripſiſſet ſatius eſſe clypeum abjicere, quàm interire.

72. *Multa mentiuntur cantores.*

Πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.

Hy laet om een leugen geen goede reden achter.

In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus ſerviunt. Inde ductum, quod cantores hoc modo ſpectantes, ut delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falſa. Nihil enim veritate gravius, nihil aſſentatione ſuavius.

73. *Acciſat.*

Ἀκκίζει.

Sijn neen is ſijn jae.

Acciſare Græco proverbio dicebantur, qui cum maximè cuperent recipere quippiam, tamen fictè recuſabant, qui mos hodie

hodie quoque multis durat. Scribunt autem Acco mulierem fuiſſe quampiam notæ ſtultitiæ, iiſque eam fuiſſe moribus, ut recuſaret, quæ tamen cupiebat, unde & *Acciſmus* ficta hujuſmodi recuſatio vocata eſt.

74. *Scytha acciſans aſinum.*

Ἀκκιζόμενος σκύθης τὸν ὄνον.

Adverſus eos, qui verbis averſantur, quod re cupiunt. Id ad hujuſmodi fabulam referunt: Quidam conſpecto aſini cadavere, Scytham quendam, qui fortè aderat, admonuit, ut cœnaret. Ille primum aſpernatus, atque abominatus poſtea tamen apparavit, cœnavitque.

75. *Aut quinque bibe, aut treis, aut ne quatuor.*

Ἢ πέντε πίνειν, ἢ μὴ τρία, ἢ μὴ τέτταρα.

De wijn / die wil getempert zijn.
De wijn / wil matelijck gedroncken zijn.

Adagium hoc præſcribit modum diluendi vini. Hæc autem temperatura maximè placebat antiquis, ut quinque vini cyathis, duo adderentur aquæ, aut duobus unus. Nicochares in Amymone: χαῖρε πέντε καὶ δύο, id eſt, *Salve quinque & duobus.* Quod autem Græca cantio vetat bibere quatuor, ad veterum ſuperſtitionem pertinet, qua creditum eſt, impares numeros ad omnia efficaciores eſſe. Auſonius:

Ter bibe, vel toties ternos, ſic myſtica lex eſt,

Id eſt, aut tres cyathos, ad numerum Gratiarum, aut novem ad numerum Muſarum.

76. *Siculus mare.*

Σικελὸς θάλασσαν.

Sijn voeten jeucken hem weder.
Hy is het ſpul noch niet moede.

Siculus mare, ſubaudi, *proſpectat.* De his qui denuo ſollicitantur ad ſubeundum periculum. Natum à Siculo quodam ajunt, qui cum ficos navi portans, naufragium feciſſet, ac deinde ſedens in littore, mare placidum videret ac tranquillum, velut invitans ad iterandam navigationem, dixiſſe fertur: Οἶδ᾽ ὃ θέλεις, σῦκα θέλεις, *Novi quid velis, ficos vis.*

77. *Nunc rurſum ficum petit.*

Νυῶ αὖθις σῦκον αἰτεῖ.

Nu komt hy weder om ſijn huyck.

In eum dicebatur, qui commoditatis alicujus gratia blandius loquebatur. Inde natum, quòd olim Athenienſes agricolis blandiri ſolebant, ut ab illis ficos præcoquos acciperent, bene ominantes ac precantes, ut fici in annum ſequentem feliciter provenirent. Ruſtici verò poſteaquam ſenſerunt civium blandiloquentiam eò ſpectare, ut ficos acciperent, in proverbium verterunt, ut commodi ſpe adulantem *ficos petere* dicerent.

78. *Longum valere juſſit literas.*

Hy heeft het ſtuderen goede nacht geſeyt.

Rem à qua nos abdicamus, ei renuntiare dicimur, ac longum valere jubere. Sumpta metaphora ab iis, qui diſcedunt, diutius abfuturi, aut nunquam redituri. M. Tullius pro μακρὰν χαίρειν, dixit nuntium remittere: *Virtuti*, inquit, *nuntium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis. Nunc eſt unde bonam felicitatem diu valere jubeas*, **Nu moocht ghy wel ſeggen adjeu goede dagen.** Quando ſignificamus eum eſſe rerum ſtatum, ut de bona felicitate ſpes nulla maneat reliqua.

79. *Ficus ficus, ligonem ligonem vocat.*

Τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγει.

Hy wint daer geen doecxkens om.

Quadrat in eum, qui ſimplici & ruſticanâ utens veritate, rem, ut eſt, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obvolvens.

80. *Domeſticus teſtis.*

Οἴκοθεν ὁ μάρτυς.

Eygen mont liechter niet om.

In eos, qui prius mentiti, poſtea verum confitentur, veluti adacti conſcientiâ, quæ pectoris teſtis eſt. Sic Plutarchus: τὴν οἴκοθεν κρίσιν vocat animi judicium, quod non corrumpitur.

81. *Bœoticum ingenium eſt.*

Βοιωτικὸς νοῦς ἐστί.

Hy is uyt Plomperdyen.

Bœotii apud antiquos malè audierunt ſtoliditatis nomine. Unde quicquid inſulſum eſſet & ſtultum, id Bœoticum dicebant. Horatius: *Bœotûm in craſſo jurares aëre natum.* Plutarchus ipſe Bœotus, ſcribit ab Atticis notatos Bœotos, tanquam brutos & ſtupidos, ac pingues, idque propter edacitatem.

82. *Bœoticam cantilenam parum noſti.*

Bœotica cantio dicebatur, ſi quibus initia rerum tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſteriora turbulenta ac triſtia: nam Bœotii primum liberam ac tranquillam agebant vitam, deinde mortuo Lajo, in varias calamitates inciderunt, ut illorum cantilena à læto initio in luctum deſiiſſe videatur.

83. *Bœotica ænigmata loquitur.*

Βοιώτια αἰνίγματα λαλεῖ.

Hy is al te dubbelt in ſijn woorden.

Bœotia ænigmata dicebantur obliquè atque obſcure dicta, quæque perdifficilè percipi poſſent. Sumptum à fabula Sphingis, monſtri Thebani.

84. *Bovem in faucibus portat.*

Βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει.

Hy ſoude wel een ham van dat been ſchellen.
Hy mach ſijn droochjen wel / ende ſijn natjen niet qualijck.

In edacem olim dicebatur, natum vel à Theagene athleta Thaſio, vel à Milone Crotoniata, quorum alter bovem ſolidum ſolus comedit: alter taurum quadrimum humeris ſuſtulit, ac ſtadii ſpatio geſtavit, eumque eodem die ſolus comedit.

85. *Bœotis vaticinare.*

Βοιωτοῖς μαντεύσομαι.

Abominantis eſt ſermo, perinde ut dicimus, *hoſtibus iſta vaticinare.* Aptius autem dicetur in eum, qui triſtia vaticinatur, ſi quando precabimur, ut ea in ipſius caput recidant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Sunt qui narrent Bombum divinum quendam, Thebanis de belli ſucceſſu ſciſcitantibus, reſpondiſſe futurum, ut quàm plurimos vincerent, ſi prius quempiam de ducibus immolâſſent. At illos Bombum ipſum interemptum immolaſſe, atque hinc ortum proverbium.

86. *Arietem emittit.*

Ἄρνα προβάλλει.

Hy werpt een ſtock in 't wiel.

In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum ſuſcepturi fœcialem mittebant, qui arietem adductum in hoſtium fines immitteret: hoc ſignificans pacto, civitatem & illorum agros hoſtibus compaſcuos fore.

87. *Argenti fontes loquuntur.*

Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν.

Zijn woorden klincken van gelt.
Hy ſpreeckt goude reden.

Quadrabit in eos, quorum oratio propter opum fiduciam plus ſatis libera atque audax videbitur. Qui ſtolidè quidem, atque indoctè, ſed arroganter tamen & confidenter loquuntur, opibus videlicet ſuis freti. Vulgus enim divitum dulci, ut ait Horatius, fortuna ebrium, hoc quoque putat ſuis divitiis deberi, ut quicquid dixerint, id protinus velut eruditum omnes ſuſpiciant & approbent. Quod notans Flaccus: *Mea*, inquit, *contendere noli, Stultitiam patiuntur opes.*

88. *Terram pro terra ſectatur.*

Γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνει.

Het is een looper / hy blijft niet langh op een.

In hominem exulem, erronem, & incertis vagantem ſedibus. M. Tullius: *Hæc & alia ferre non poſſum, itaque* γῆν πρὸ γῆς *cogito*, **Ick denck men backt op een ander ſoo goedt broot als hier.**

89. *Ne ad aures quidem ſcalpendas otium eſt.*

Hy mach niet een maeltijt met vrede eeten.

Cùm ne minimum quidem otii ſupereſſe ſignificamus, dicimus nec tantillum vacui temporis eſſe, quod ad ſcalpendas aures ſit ſatis.

90. Citius

90. *Citius in navi cadens à ligno exciderit.*

Θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου.

Men ſoude eer de zee ſonder water vinden.

Hyperbole proverbialis, qua tantam ubique copiam ſignificamus, ut quocunque te vertas, occurrat quod quæris. Etenim cum navis ipſa undique ſit lignea, non poteſt non in lignum incidere, quiſquis in ea cadit.

91. *Epiſcythizare.*

Ἐπισκυθίζειν.

Heyl in 't ſeyl drincken.

Pro eo quod eſt, vinum merum intemperantius bibere. Commodè autem deflectas ad cujuſvis rei intemperantem & immodicum uſum.

92. *Vinum caret clavo.*

Οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλια.

Een droncken mont is het ſtuyr quijt.
De volle kan loopt over.

Significat ebrietatem nihil conſultè neque moderatè nec dicere, nec facere. Obruitur enim ratio, quæ clavi vice ſobrios moderatur, ac gubernat. Huc pertinet Ovidianum illud:

Nox & amor, vinumque nihil moderabile ſuadet:
Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.

93. *Vinum ſenem etiam vel nolentem ſaltare compellit.*

Οἶνος ἄνωγε γέροντα καὶ ἐθέλοντα χορεύειν.

Admonet nihil eſſe tam ineptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas, nam Οἶνος καὶ φρονέοντας ἐς ἀφροσύνην ἀναβάλλει, *Inſanire facit ſanos quoque copia vini.*

94. *Ranis vinum præminiſtrare te decet.*

Ghy ſoudt wel brouwen ſonder boſtel.

Proverbium in hos convenit, qui vinum immodica diluunt aqua, ita ut aquam non vinum bibere videantur, ranarum ritu.

95. *Ovo prognatus eodem eſt.*

Sy ſchoenen al op een leeſt.

Ad fabulam reſpicit Ledæ, quæ gravida ex Jove in cy-

gnum converſo, ovum peperit, unde gemini prognati Caſtor & Pollux. Si quis autem hoc dictum deflectat, ut de iiſdem feratur parentibus prognatis, aut ab eodem præceptore eruditis, aut ita conſimilibus ingeniis, ut eodem ovo nati videri poſſint, nihil æquè fuerit proverbiale.

96. *De curru delapſus.*

Ἐξημαξόμενος.

Hy iſſer heel uyt/heel af. Hy is het ſchaep heel quijt.

In eum, qui oblitus propoſiti, aliò ſe transfert, aut qui in ſententia labaſcit. Natum apparet à fabula Phaëtontis, quem ferunt curru excuſſum.

97. *Nos numerus ſumus.*

Wy vermeerderen den hoop.
Wy helpen het broot uyt de ſchimmel eeten.

Homines nullius bonæ rei, *numerus* proverbio dicuntur, etiam idiotis horum temporum **Syphers.** Horatius:

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

Tranſlatum videri poteſt, à calculis ad nihil aliud utilibus, niſi ad numerum.

98. *Summis uti velis.*

Ἄκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις.

Sijn uyterſte beſt doen.

De iis, qui maximo conatu adnituntur atque incumbunt: aut qui omnem captant occaſionem. Mutuo ſumptum à nautis, quibus mos eſt, velum in altum tollere, quò currant celerius.

99. *Summum cape, & medium habebis.*

Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις.

Staet nae een gouden wagen / ghy krijght een as of een nagel.

Docet ad res ſummas & egregias enitendum. Sic enim futurum, ut ad mediocritatem perveniamus. Summum animo deſtinandum, ut ſaltem modicis potiamur.

100. *Iniquum petendum, ut æquum feras.*

Om te krijgen gelijck/eyſcht een dickmael ongelijck.
Men komt altijt vroech genoech tot een afſlach.

A nego-

A negotiatoribus quibuſdam ductum videtur, qui callidè merces longè minoris licentur, & multo pluris indicant, quàm pro dignitate; quò pretium ſaltem æquum accipiant. Affine ſuperiori eſt. Quintilianus: *Nec omnino ſine ratione eſt, quod vulgo dicitur: Iniquum petendum, ut æquum feras.*

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA IV.

1. *Ad ambas uſque aures.*

Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων.

Ten ooren toe. Tot de keel toe.

USque ad ambas aures impleri dicuntur, qui ſupra modum ingurgitant ſeſe. Sumpta metaphora à vaſculis ad anſas uſque impletis.

2. *Servilis capillus.*

't Is het beſte hertken niet.

Ἀνδραποδώδη τρίχα ἐπιδεικνύειν, id eſt, *Servilem capillum præ ſe ferre* dicuntur, qui agreſtibus & inelegantibus moribus ſunt. Inde ductum, quod Athenis ſervi manumittendi capitis pilos deradebant.

3. *Amyris inſanit.*

Ἄμυρις μαίνεται.

Hy is ſoo mal niet als hy wel lanck zevert.

Allegoria proverbialis, qua rectè utemur, ubi quis ſub inſaniæ prætextu rebus ſuis conſulit. Aut ubi quis ſolus periculum proſpiciens, in tempore ſibi cavet, creditus interim vulgo deſipere. Deinde rerum eventus docet, illum unum ſapuiſſe. Sybaritis oraculo reſponſum erat, evertendam ipſorum fortunam, ubi plus honoris habere cœpiſſent hominibus, quàm Diis. Evenit deinde ut ſervus à domino vapulans, nequicquam ad Deorum aras confugiſſet, poſt ad heri monumentum confugiens, liberaretur à plagis. Quod ſimulatque conſpexit Amyris, collectis rebus ſuis in Pelopon-

 neſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

neſum demigravit, reliquis interim Sybaritis hominem velut inſanum ridentibus. Poſtea idem ob fictam inſaniam miraculo fuit, & proverbio locum fecit.

4. *Sophocles Laudicenus.*

Hoe wel wil hy het weten.

Qui ad oſtentationem dicebant aut recitabant, vulgato convitio, Sophocles & Laudiceni dicebantur, ut qui gauderent ſe σοφοὺς καλεῖσθαι, & laudibus attolli. In altero alluſio eſt ad Poëtæ Tragici nomen, in Laudiceni vocabulo ad gentes nomen.

5. *Quot ſervos habemus, totidem habemus hoſtes.*

Geen knecht in huys ſoo goet /
Daermen ſich niet voor myden moet.

Admonet adagium, ne quid fidamus ſervis, néve ex animo nobis amicos arbitremur, qui nos metu colunt.

6. *Vocatus atque non vocatus Deus aderit.*

Καλούμενός τε κἄκλητος θεὸς παρέσται.

Men derſt daer geen peert om doen ryden.

Uſus erit, ubi quid ſignificabimus etiam non accerſitum neque curatum, tamen eventurum, velimus nolimus, puta ſenectam, mortem, maleſactorum pœnam. Horatius: *Vocatus atque non vocatus audit.*

7. *Influit quod exhauritur.*

Ἐπιρρεῖ τὸ ἐξαντλούμενον.

d'Een weeck gedaen / d'ander komt daer in gaen.

Ubi quis fruſtra ſumit operam in re quapiam, veluti cùm labor laborem ſerit, neque unquam deeſt quod te laboribus exerceat. Sumptum à nautis nave pertuſa fruſtra ſentinam exhaurientibus.

8. *Tibicinis vitam vivis.*

Αὐλητοῦ βίον ζῇς.

Het gelt u ſoo lief drie als een / ghy hebt daer goet mallen mede.

In eum jaciebatur, qui lautè quidem, ſed alieno viveret ſumptu. Tibicines enim quoniam in ſacris olim adhibebantur, adeſſe ſolent & cœnis illis pontificalibus, idque immunes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

munes. Plautus dixit *Muſicè vivere*, pro eo quod eſt, voluptariam & otioſam agere vitam.

9. *Scytharum oratio.*

Σκυθῶν ῥῆσις.

Daer men 't leſt eerſt ſeyt.
Daer elck d' ander 't haer van het hooft ſpreeckt.

Scytharum feritas in proverbium ceſſit, ut quicquid agreſte, quicquid barbarum ac ſævum intelligi velimus, id appellemus Sçythicum.

10. *Accipit & glebam erro.*

Δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης.

Hy neemt al dat mede wil.

Dici ſolitum in eos, qui nihil gravantur aut aſpernantur, ſed quicquid datur, quantumlibet puſillum, id boni conſulunt.

11. *Stentore clamoſior eſt.*

Hy ſteeckt ſijn brandt-klocke op.

Juvenalis: *Vt Stentora vincere poſſit.* Sumptum à fabula Stentoris, cujus meminit Homerus in Iliadibus:

Στέντορι εἰσαμένη μεγαλήτορι χαλκεοφώνῳ,
Ὃς τόσον αὐδήσας χ' ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα.
Stentoris in ſpecie validi, cui ferrea vox, qui
Quinquaginta alios æquans clamore, ſonoque.

12. *Omnes in orbem circumiens.*

Ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθών.

Omnes alte gaer / Ick ſoo wel als een aer.

Pro eo quod eſt, Uſque ad unum omnes, nemine præterito. *Gall. tout enſemble.*

13. *Optimum aliena inſania frui.*

Hy ſpiegelt hem wel / die hem aen een ander ſpiegelt.

Admonet adagium, ut ex aliorum erratis, ipſi cautiores efficiamur, & alienis periculis reddamur prudentiores. Vulgo jactatus verſus eſt in eandem ſententiam:

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Sic Plautus:

Feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit.

14. *Ingens telum neceſſitas.*

De noot is een bitter kruydt. Noodt breeckt eedt.

De re inevitabili. Livius: *Neceſſitate, quæ ultimum ac maximum telum eſt, ſuperiores eſtis.*

15. *Adverſum neceſſitatem ne Dii quidem reſiſtunt.*

Ἀνάγκῃ ȣ̓δὲ θεοὶ μάχονται.

De noodt is den bitteren doodt.

Titus Livius: *Pareatur neceſſitati, quam ne Dii quidem ſuperant.* Poëtæ neceſſitatem Deam faciunt Parcarum matrem, quæ & ipſæ ineluctabiles atque inexorabiles vocantur. Hanc neceſſitatem Philoſophi *Fatum* appellant, quæ eſt æterna rerum ſeries neceſſariò cohærentium, cui veluti cedens Jupiter apud Maronem: *Fata*, inquit, *viam invenient.*

16. *Squillas à ſepulchro vellas.*

Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν.

Loopt ſchijten / Loopt kacken / ghy zijt al mal.

Squillas à ſepulchro vellere jubebantur, qui parum ſanæ mentis eſſe viderentur. Hâc enim herbâ malum hoc expiabatur antiquitùs.

17. *Jucundi acti labores.*

Op gedaen werck is goet ruſten.

Ex ipſa hominum natura ſumptum adagium eſt. Hoc enim omnibus inſitum eſt, ut jucunda cuique ſit anteactorum malorum aut periculorum ſecura recordatio. Seneca in Tragœdiis: *Quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt.*

18. *Aulœdus ſit, qui citharœdus eſſe non poſſit.*

Begeeft hem de Wal / laet hem houden aen het Vlot-gras.

Rectè dicetur in eos, qui malunt in multo inferiore ordine alicujus haberi momenti, quàm inter excellentes negligi. Nec malè quadrabit in eos, qui deſperatione meliorum, ad humiliora ſeſe conferunt.

19. Ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

9. *Colophonem addidit.*

Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκεν.

Hy heeft hem ſijn leſte gerechten gegeven.

Dici conſuevit, cum ſumma manus rei cuipiam imponi-
ur. Aut cum accedit id, ſine quo negotium confici non
oteſt. Legitur Colophonios olim cum navalibus copiis a-
undaſſe, tum equeſtribus uſque adeo præcelluiſſe, ut ubi-
unque gentium bellum gereretur, quod confici non poſſet,
Colophoniorum equitum auxilio profligaretur. Atque hinc
natum proverbium ajunt Latinis, item dictum eſt, *Apicem
mponere.* Cicero: *Apex ſenectutis eſt autoritas.*

20. *Nullum otium ſervis.*

Οὐ σχολὴ δούλοις.

Die verhuyrt is / die is verkoſt.

Sumptum à ſervorum conditione, quibus heri nullum
concedunt otium, imò paulo plus etiam imponunt operæ,
quàm illi præſtare poſſint: ut quàm ſunt in dimenſo parci,
tam ſint in operarum penſis liberales.

21. *Titanas implorat.*

Τιτᾶνας καλεῖ.

Nu roept hy al de werelt te hulp.

Ubi quis ſuis diffiſus viribus, alienum implorat auxilium.
Sumptum à gigantum fabula, in qua Jupiter ſuo timens O-
lympo, Titanas in auxilium accerſivit. Lepidior fiet allegoria,
ſi longius à ſimplici figura recedat.

22. *Homo bulla.*

Πομφόλυξ ὁ ἄνθρωπος.

Een menſch is niet dan een glas.

Proverbium hoc admonet, humanâ vita nihil eſſe fragi-
lius, nihil fugacius, nihil inanius. Eſt enim bulla tumor il-
le inanis, qui viſitur in aquis, momento temporis enaſcens
ſimul & evaneſcens. Homerus:

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.
Nil homine enutrit tellus infirmius alma. Sophocles:
Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.
Nil aliud ac umbra atque flatus eſt homo.

Home-

Homerus Iliados 6.

Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει, ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη.

Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum,
Quorum hæc ventus humi fundit, rurſum illa vireſcens
Profert ſylva, ſimul veris jam afflaverit aura.

23. *Optimum non naſci.*

Τὸ μὴ γενέσθαι κράτιστον.

Auſonius:

Optima Grajorum ſententia, quippe homini ajunt
Non naſci eſſe bonum, aut natum citò morte perire.

Eſt autem Sileni apophthegma, quo dicere ille ſolitus eſt; *Optimum non naſci, proximum quàm citiſſimè aboleri.*

Extant in hanc ſententiam Poſidippi, ſive ut aliis placet, Cratetis Cynici, & hinc è diverſo reſpondens Metrodori, quæ quoniam elegantiſſima ſunt, non gravabor ea Latinitate donata adſcribere. Cratetis ſic habet:

Quodnam iter humanæ cupias inſiſtere vitæ,
Quoquò te vertas, omnia plena malis.
Litigiis, cauſiſque forum ſtrepit uſque moleſtis,
Perpetua cruciat ſollicitudo domi.
Enecat aſſiduis rus triſte laboribus, undas
Et freta ſi ſulces, mille pericla premunt.
Viventi peregre, ſi res tibi ſuppetit ampla,
Cuncta miſer metues, nec bene tutus ages.
Rurſum ſi vacuæ pendebunt ære crumenæ,
Vt durum ac miſerum eſt hoſpitem egere virum?
Conjugium ſequeris? quanta hîc te cura ſequetur?
Deſolatus eris, ſi ſine conjuge eris.
Si tollis ſobolem, multo educanda labore eſt.
Non tolles, orbi lumine vita vacat.
Si juvenis fueris, vaga, & inconſulta juventa eſt;
Viribus effœta eſt cana ſenecta ſuis.
Ergo quid reliquum eſt, quæſo, niſi ſanus ut optes,
Alterutrum, aut nunquam triſtibus è finibus
Materni prodiſſe uteri, aut ubi protinus illinc
Exieris, ſtygias abdier in latebras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

letrodori verò epigramma ſic habet:

Quamlibet immò viam vitæ ingrediare licebit,
Vndique blanditur plurima commoditas.
Concio ſi placet, atque forum, hinc uberrima famæ
Materia, hinc ingens gloria colligitur.
Hic bene tractandis prudentia callida rebus
Exeritur, rurſum vita quieta domi eſt.
Rura petis, vario illic oblectamine mentem
Naturæ facies paſcet amœna tuam.
Dulcia prædives lucra ſuppeditaverit æquor,
Si peregre vivis, reſque tibi ſupereſt.
Multus honos comitatur, habes nihil, ergo pudoris
Eſt minus, ipſe tibi conſcius unus eris.
Vxor ducta tibi eſt, domus optima proinde futura eſt;
Non ducta eſt, curis exoneratus ages.
Si tibi dulce patris cognomen, pignora natæ
Donant, & quod ames, unde & ameris, erit.
Orbus ages, orbi eſt ſine ſollicitudine vita,
Quam patribus ſoboles ferre alitura ſolet.
Vt conſtant viridi, roburque vigorque juventæ,
Commendat pietas ſic ſua caniciem.
Nil igitur video cauſæ cur alterutrum optes
Aut naſci nunquam, aut interiiſſe ſtatim.
Quandoquidem humanæ quæ tandem eſt portio vitæ,
Non optanda bonis, atque adamanda ſuis?

4. *Tanquam in ſpeculo. Tanquam in tabula.*

Καθάπερ ἐκ κατόπτρῳ, ὥσπερ ἐν γραφῇ.

Of ghy't voor u oogen ſaeght. Oft leeſde.

De re vehementer evidente atque perſpicua. Propterea quòd inter multa quæ rerum referunt imagines, velut aqua, es politum, gemmæ quædam nihil æquè perſpicuè reddit ſimulachra, ut vitrum plumbo ſublitum. Quin & ars picturæ eô ſubtilitatis excrevit, ut non oculis hominum, ſed & avibus impoſuerit, effeceritque ut res eſſe veras crederent, quæ coloribus erant fucata.

25. *Salſitudo non ineſt illi.*

Ἅλμη οὐκ ἔνεσ' αὐτῷ.

Daer loopt niet op.

Het is een natte ſack. Daer en ſteeckt niet in hem.

In infacetos, & fatuos, ac ſtupidos. *Sal* enim primum maximéque commune condimentum videtur. Hinc *inſulſus homo* dicitur, qui moribus inelegantibus eſt. Et ſales feſtiviter & argutè dicta, non ſine illecebra quadam mordacitatis Catullus:

Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.

26. *Acetum habet in pectore.*

Hy heeft wel wat in de borſt.

Huic germanum eſt Plautinum illud in Bacchidibus: *Nunc experiar, ſitne acetum, tibi cor acre in pectore.* Legitur & alias apud hunc ipſum: *Ecquid habet acetum in pectore?* Pro eo quod eſt. Num ſapit? num quid habet aſtutiæ? Nam ut ſalſa, ità & acida palatum juvant, acuuntque & irritant ſtomachum.

27. *Solus ſapit.*

Hy is 't altemael / hy is de man alleen.

Narrat Diogenes Laërtius, Chryſippum philoſophum uſque adeo ſibi placuiſſe, ut conſultus à quodam cui potiſſimum filium ſuum Philoſophiæ præceptis inſtituendum traderet: ſibi committendum reſponderit. *Nam ſi quem*, inquit, *alium me præſtantiorem arbitrarer, ipſe apud hunc Philoſophiæ traderem operam.* Unde & illud Homericum de eo vulgo jactatum fuiſſe, quòd ſolus ſaperet, reliqui verò umbræ ferrentur. Eſt autem apud Homerum in Odyſſeis, de vate Tireſia, cui uni Proſerpina dederit, ut etiam vita defunctus ſaperet:

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια,
Οἴῳ πεπνύσθαι, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν.
Huic etiam extincto dederat Proſerpina mentem,
Solus uti ſaperet, reliquis volitantibus umbris.

Aptè dicetur de iis, qui tanto intervallo reliquos omnes poſt ſe relinquunt, ut illi nihil niſi umbræ præ his eſſe videantur.

28. *Ca-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

8. *Canem excoriatam excorias.*

Κύνα δέρεις δεδαρμένην.

De room iſſer al af. Ghy zijt al te laet op.
Het vet is al van den ketel.

Diogenianus ait convenire in eos, qui fruſtra ſumunt peram.

9. *Perque enſes, perque ignem oportet irrumpere.*

Διὰ τῶν μαχαιρῶν καὶ πυρὸς ῥιπτεῖν δεῖ.

Men moet daer aen of men noch een lijf in de kiſt hadde.

Cùm ſignificamus quidvis periculi ſubeundum. Horatius:

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.
Impiger extremos currit mercator ad Indos.

M. Tullius:

Quæ flamma eſt, per quam non cucurrerint?

0. *Non impetam linguâ.*

Οὐκ ἐπιγλωττήσομαι.

Ick wil ſpelen mondt toe.

Uti licebit, cùm ſignificabimus nos de re quapiam periculoſa nolle verba facere, veluti de rebus divinis, de rebus principum ac potentum.

31. *Harena ſine calce.*

Wanbacken reden. Slappe reden.

Caligulæ Cæſari uſque adeo placebat ardor ac vis in dicendo, ut Senecæ orationem *ſine calce arenam* ſit ſolitus appellare, tanquam diſſolutam ac nervis carentem.

32. *Lupus hiat.*

Λύκος ἔχανεν.

Daer taſter vijf mis.

Si quis re multum ſperata, multumque appetitâ fruſtratus diſcederet. Ajunt enim lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto accurrere, quâ ſi fruſtretur, obambulare hiantem. *Lupus hians diſcedet*, **Ghy haelt daer niet.**

33. Por-

33. *Porcellus Acarnanius.*

Χοιρίσκος ἀκαρνάνιος.

Een meſt-Vercken.

In mollem, & amabilem, atque in delitiis habitum dicebatur.

34. *Megaricum machinamentum.*

Μεγαρικὴ μηχανή.

Een blauwe gloos.

Cùm dolo & aſtu res agitur, non ſyncera fide. Olim enim Megarenſes male audiebant, tanquam fraudulenti ac ficti, quòd aliud ſentire ſoleant, & aliud loqui.

35. *Servus ſervo præſtat, Dominus Domino.*

Δοῦλος πρὸ δούλου, δεσπότης πρὸ δεσπότου.

Heer ende Heer is twee / Knecht ende Knecht is twee.

Admonet in eodem hominum genere, non ſtatim omnes æquales eſſe, verum hominum habendam eſſe rationem, non tantum conditionis. Veluti generoſus antecellit ſuopte genere plebejum. Verum eſt non mediocre diſcrimen inter generoſum & generoſum, itidem inter plebejum & plebejum.

36. *Dædalea opera.*

Δαιδάλεια ποιήματα.

Werck van de kunſt.

Quæ novo artificio fabricata ſunt, & admirando. Hinc natum, quod cùm veteres illi plaſtæ, formas animalium cæcas fingerent, & immobiles. Dædalus inſolito artificio, primus & oculos induxit, & nervis quibuſdam additis effecit, ut huc atque illuc moverentur, adeo ſcitè, ut ſpectantibus vivere atque ingredi viderentur. Hinc Homerus artificioſa *Dædala* vocat.

37. *Furemque fur cognoſcit, & lupum lupus.*

Ἔγνω ἢ φῶρ τε φῶρα, καὶ λύκος λύκον.

De een hoef weet hoe d' ander om ſijn hert is.
Twee quade honden bijten malkanderen niet.

Amant vulgo ſe mutuo, qui ſimilibus vitiis laborant,

præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

præcipuè fures. Et lupi latronum inſtar collecti graſſantur.

38. *Terra amat imbrem.*

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα.

Sÿn hertken haeckt daer na als een Viſch na het water.

Ubi quis deſiderat ea, quæ ſibi novit eſſe accommoda, conducibiliaque. Nam terra, cum ſuapte natura ſit ſicca, amat imbrem.

39. *Herculanis balneis opus habet.*

Men behoeſt hem wel met een warme ſteen te bedde te helpen.

Proverbium rectè dici poteſt, quoties ætate aut labore quopiam fatigatis, miniſterium paulo diligentius, ad recreandas vires, adhibendum ſignificabimus. Tiſandrus enim tradit Minervam aliquando Herculi feſſo calidum balneum ſuppeditâſſe.

40. *Aut ter ſex, aut tres teſſeræ.*

Ἢ τρὶς ἕξ, ἢ τρεῖς κύβοι.

Ick ſal daer kupt of harinck af hebben.

Si quando ſignificabimus aliquem extrema periclitari velle, & aut planè vincere, aut prorſum vinci. Sumptum à vetuſto teſſerarum luſu, in quo qui novem jeciſſet, is modis omnibus ſuperabat: qui tres, is longiſſimè aberat à victoria.

41. *Quanta mus apud Piſam.*

Ὅσα μῦς ἐν πίσῃ.

Al dattet winter koren op 't velt lÿdt.

Subaudi tulit, aut ſimile quippiam. De iis, qui vincunt & optatis potiuntur, ſed non ſine ſummo negotio, neque citra magnum incommodum ſuum. Natum ab athleta quodam Tarentino, qui in Olympiacis certaminibus, apud Piſam ſemel duntaxat victor diſceſſit, idque plurimis acceptis plagis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

42. *Mus picem guſtavit.*

Μῦς ἄρτι πίσσης γευόμενος.

Het gedenckt hem noch / hy heeſter eens qua-lijck geweeſt.

Dici ſolitum in eos, qui cùm antea fuerint audaculi & confidentes, poſtea periculo deguſtato, planè timidi videntur. Fortaſſis à mure in pice deprehenſo tranſlata eſt allegoria.

43. *Delphicus gladius.*

Δελφικὸν ξίφος.

De re dicebatur ad diverſos uſus accommodabili: nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, ut eodem ſimul & ſacras mactarent victimas, & nocentes afficerent ſupplicio. Quadrabit igitur vel in pauperes, qui ob penuriam eandem veſtem, aut aliam rem quampiam ad varios uſus accommodant.

44. *Antequam incipias conſulto, ubi conſulueris, maturè facto opus eſt.*

Verſint / eer ghy begint.

Sententia Salluſtiana eſt, quam Ariſtoteles, ut proverbialem refert.

45. *Margites.*

Een mal-loerig.

Margiten pro ſtupido dixit Lucianus: Ἀλλ᾽ οἴει μαργείτῃ τινὶ διαλέγεσθαι, *Exiſtimas te cum Margite quopiam loqui,* **Meent ghy malle-luyden / of kinderen voor handen te hebben.**

46. *Quod factum eſt, infectum fieri non poteſt.*

Οὐ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.

Als een dinck is gedaen.
Moet men 't inde beſte vouw ſlaen.

Nihil hac ſententia vulgarius, quæ extat apud Terentium in Phormione. Nec inſcitum Phocylidis carmen eſt:

Μηδὲ παρεργομένοισι κακοῖς τεύχου τεὸν ἦτορ,
Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.

Neve malis jam præteritis animum excruciâris,
Quod ſemel eſt factum, fieri infectum haud queat unquam.

47. *Juſtitia in ſe virtutem complectitur omnem.*

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετ᾽ ἐστίν.

Rechtelijck gedaen magh in allen beſtaen/
De oprechte ſneeſt nergens.

Extat verſus hic in Elegiis Theognidis: Chæremon bonorum omnium ſummam prudentiæ tribuit.

48. *Mendacem memorem eſſe oportet.*

Is 't leugen / is het waer / memory behoeft een leugenaer.

Satis liquet adagii ſenſus, nempe perdifficile eſſe, ut qui mentitur, ſemper ſibi conſtet, niſi ſumma ſit memoria.

49. *Malus cum malo colliqueſcit voluptate.*

Κακὸς κακῷ γὰρ συντέτηκεν ἡδονῇ.

De eene hoef is met den anderen beholpen.

Malus malo jucundus eſt ob vitiorum commercium & ſocietatem. Juvenalis: *Magna inter molles concordia.*

50. *Felicitas ſuâ ſorte contentorum eſt.*

Ἡ εὐδαιμονία τῶν αὐταρκῶν.

Het genoegen is 't al.

Significat hominis felicitatem non in facultatibus eſſe ſitam, quæ cupiditatem animi non explent, ſed irritant; verum in hoc, ut ſuam quiſpiam fortunam boni conſulat. **Geen rijcker man in dorpe of ſtede / dan die met het ſijn kan weſen te vrede.**

51. *Leonis catulum ne alas in republica.*

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

Maeckt geen roede tot u ſelfs aers.

Admonet ænigma, non eſſe fovendam potentiam, quæ leges poſſit opprimere, quod ſi fortè talis quiſpiam extiterit, non eſſe è repub. decertare cum illo, quem nequeas, niſi magno reipublicæ malo, devincere. Tyrannus enim aut ferendus eſt, aut non recipiendus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

52. *Qui bene conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum.*

Ὁ μὲν εἰκάζων καλῶς, μάντις ἄριστός ἐστι.

Die uyt ſijn duymken een dinck kan voormercken/ Is die meeſte Aſtrologus boven alle klercken.

Admonet adagium futurorum præſcientiam, non è ſortibus aut auguriis petendam eſſe, ſed à prudentia. Siquidem qui prudentiâ ſit præditus, is ex præteritorum præſentiumque conjecturis facilè proſpiciet, quid ſit eventurum.

53. *Pannus lacer.*

Ῥάκος πολυσχιδές.

Een arme voet-veegh / een arme ſlaef.

Sic hominem jam faſtiditum ac rejectum appellant Græci. Sumpta metaphora à veſte longo uſu detrita, atque ob id rejecta, cùm nova fuerit in pretio.

54. *Metum inanem metuiſti.*

Ἀδεὲς δέδιας δέος.

Ghy zijt met een veeſt voort te jagen.

Ubi quis formidat in re tuta. Virgilius: *Omnia tuta timens.*

55. *Sycophanta.*

Συκοφάντης.

Een kraper / een ſtoevert.

Convitium proverbiale in calumniatores, & quavis puſilla de cauſa litem moventes. Inde natum, quod olim apud Atticos fici eſſent in pretio, multarenturque ii, qui eos furto tollerent. Hos qui obſervabant aut deferebant, *Sycophantæ* vocari cœpti, ludibrii cauſa.

56. *Multis paraſangis præcurrere.*

Πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν.

Vert voor-by zeylen / te boven gaen.

Qui longo intervallo præcedit, multiſque partibus ſuperior eſt. *Paraſangan* autem Perſæ triginta ſtadiorum ſpacium vocant.

57. *Putre ſalſamentum amat origanum.*

Σαπρὸς τάριχος τὴν ὀρίγανον φιλεῖ.

Stinckende luyden hebben geern ruyckend kruytken.

Aptè dicetur de re per ſe parum honeſta aut jucunda, atque ob id exoticis condimentis & honeſtamentis egente. Veritas per ſe placet, honeſta per ſe decent. Falſa fucis, turpia phaleris indigent, hoc eſt, putre ſalſamentum origano.

58. *Voracior purpura.*

Λιχνότερος τῆς πορφύρας.

Hy heeft een koſtel gat onder ſijn naſe.
't Is een rapiamus / een hael in Klaes Louw.

Convenit in edaces, aut in eos, qui omnia in ſuum compendium vertunt: nam lingua purpuræ longitudine digitali, qua paſcitur, devorando reliqua conchilia: tanta duritia aculeo eſt, ut omnia quibus admota fuerit, ad ſe rapiat, retineat ac devoret.

59. *Tarichus aſſus eſt ſimulatque viderit ignem.*

Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ.

Het is met een veegh gedaen.

Eſt autem *tarichus* piſcis ſalſus. Opinor idem eſſe cum illo, Ἀφύα ἐς τὸ πῦρ.

60. *Non ſunt amici, amici quid degunt procul.*

Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι.

Liever een goet gebuyr / dan een ver na maegh.
De uyt de oogen is / is uyt der herten.

Vulgo fit, ut ſimulatque è conſpectu neceſſariorum ſejuncti ſumus, neſcio quo modo obrepat oblivio quædam familiarium, ut id jam omnibus in ore ſit, qui ſemotus ſit ab oculis, eundem ab animo quoque ſemotum eſſe. Hinc fatentur & Hebræorum proverbia, potius eſſe amicum habere vicinum, quàm fratrem qui procul abſit.

61. *Perſæpe ſacra haud ſacrificata devorat.*

Ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει.

Hy is dick al te haeſtigh in ſijn Warm-moes.

Concinnè dicetur in eos, qui ventris impulſu, ſtatim ad devo-

devorandas epulas irrumpunt, non expectatis cæremoniis & elegantiolis illis, quibus civiles utuntur inituri convivium. Neque intempeſtiviter in eos dicetur, qui non expectata juris ratione, hæreditatem invadunt, & aliena per vim occupant. **Hy wil al te vroegh met de handt in 't Meel zijn.**

62. *Chius dominum emit.*

Χῖος δεσπότην ὠνήσατο.

Hy heeft een roede tot ſijn eygen aers geſtocht.

In eos quadrabit, qui ſibi ipſi malum accerſunt. Inde natum, quòd cum Chii primi ſervis mercenariis ſtatuiſſent uti, poſtea ſubacti à Mithridate Cappadoce, propriis ſervis vincti ſunt traditi, ut in Colchorum regionem deportarentur.

63. *Anima & vita.*

Ζωὴ καὶ ψυχή.

Sijn hertende ſin.

De re ſupra modum ſuavi, nihil enim eſt vita ſuavius neque jucundius. Proverbium natum è cubilibus, atque inde deductum in communem ſermonem. Juvenalis: Ζωὴ καὶ ψυχὴ *modò ſub lodice relictis.*

64. *Qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingunt.*

Sy droomen van Schollen / want ſy eten geern Plat-viſch.

Virgilius in Pharmaceutria: *Credimus, an qui amant, ipſi ſibi ſomnia fingant?* Servius admonet proverbialiter à Poëta dictum: nam quod quiſque ſperat, id facilè credit. Et tardè, quæ credita, lædunt, credimus.

65. *Polypi.*

Vogel-grijps. Sy zijn van Cleven / om te hebben / en niet om te geven.

Adſcribitur *polypo* rapacitas tenacitaſque, quòd quicquid brachiorum flagellis nactus fuerit, ſuctu attrahat ac retineat. Plautus in Aulularia: *Novi ego iſtos polypos, qui ubi quicquid tetigerint, tenent.*

66. *Nul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

66. *Nullus malus magnus piſcis.*

Οὐδεὶς κακὸς μέγας ἰχθύς.

Groote luy / leuye luy.

Ænigma proverbiale dici ſolitum, in homines prægrandi quidem corpore, ſed ingenio nullo, ut qui ignavi fere ſunt, ac nihil ſtrenui.

67. *E ſquilla non naſcitur roſa.*

Ἐκ σκίλλης ȣ̓ φύεται ῥόδα.

Uylen broeyen Uylen.

Admonet adagium è probis parentibus naſci liberos probos, ex improbis improbos. Simili forma dixit Horatius in Odis: *Neque imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.*

68. *Non omnia poſſumus omnes.*

Alle neeringe is alle man even na / maer niet even nut.

Virgilianum eſt ex Pharmaceutria. Qua quidem ſententia vix tritiorem invenies aliam.

69. *Multæ manus onus levius reddunt.*

Veel handen maecken licht werck / maer 't is de Donder in een ſchotel.

Significat etiam difficilia facilè confici, ſi quis non ipſe ſolus negotium aggrediatur, ſed in plures adjutores & auxiliatores partiatur. Heſiodus: πλείων καὶ πλεόνων μελέτη, *Plus poteſt & plurium induſtria.*

70. *Proprii nominis oblitus eſt.*

Hy weet voor niet dat hy achter leeft.

Proverbialis hyperbole, in hominem vehementer obliviosum. Ovidius:

Nominis ante mei venient oblivia nobis,
Quàm noſtro illius labatur pectore virtus.

71. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Als de ruyſ-pyp niet vol is / ſoo gaet die niet wel.

Terentius in Eunucho: *Verbum hercle hoc verum eſt, Sine Cerere & Libero friget Venus.* Dicuntur hæc ſub perſona Chremetis adoleſcentis ruſtici, qui ſobrius oderat meretri-

ces, poſt idem potus non abhorret. Cibus enim & potus irritamenta ſunt libidinis.

72. *Naviges in Maſſiliam.*

Πλεύσειας εἰς τ̃ Μασσιλίαν.

In molles, & moribus cultuque parum virili torqueri debet. Natum à Maſſilienſibus Libyam incolentibus, cujus Virgilius meminit Æneidos quarto:

Hîc mihi Maſſiliæ gentis monſtrata ſacerdos.

Scribit autem Athenæus Maſſilienſes deliciis admodum fuiſſe effœminatos.

73. *Naviges Trœzenem.*

Πλεύσειας Τροιζῆνα.

Dici ſolitum in eos, qui cum mento imberbi eſſent, tamen appoſitiis pilis barbam virilem mentirentur. Inde natum, quòd Trœzenis portus quiſpiam vulgo celebratus ſit, nomine *Barba.* Noſtratium adagium in eos dicetur, qui imberbes cum ſint, tamen præbent ſe tonſori radendos, veluti qui probè ſunt barbati.

74. *Attica bellaria.*

Πέμματ' ἀττικά.

Een bancket voor een Koningh.

De lautitiis & cupediis. Transferri poteſt ad rem quamcunque majorem in modum ſuavem & jucundam.

75. *Nemo benemerito bovem immolavit præter Pyrrhiam.*

Οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν ἀλλ' ἢ Πυῤῥίας.

Danckbaerheyt is dun gezaeyt.

Hoc proverbio quondam utebantur, ſi quando quis extitiſſet homo inſigniter gratus, qui beneficium acceptum ampliter repenſaret. Veteres enim regale ſacrum & magnificum opiparumque convivium βουθυσίαν appellabant. Accommodabitur & rectè in vulgatam mortalium ingratitudinem, adeo ut vix unum reperias, qui meminerit officii.

76. *Fumi*

76. *Fumi umbra.*

Καπνοῦ σκιά.

Min dan niet weerdigh.

Pro re qualibet vili. Cùm enim omnis umbra res quædam inanis eſt, tum verò fumi umbram penè dixeris umbram umbræ.

77. *Vivum cadaver. Vivum ſepulchrum.*

Ἔμψυχος νεκρός.

Al levende doot.

In eos dicetur, qui ſic vivunt, ut nihil vita dignum agant. Lucianus ſenem quendam decrepitum ἔμψυχόν τινα τάφον, id eſt, *Vivum quoddam ſepulchrum vocat.*

78. *Ex fronte perſpicio.*

Ick ſie het aen u neus / aen u aenſicht.

Ex fronte perſpicere dicimus, quod ſtatim & ipſo protinus occurſu percipimus. Sumptum à Phyſiognomicis, qui ſe profitentur ex oris lineamentis, reliquaque corporis ſpecie, ingenium hominis poſſe deprehendere.

79. *Spem pretio emere.*

Het wis voor het onwis geven.

Eſt lucrum incertum & in eventu ſitum, certo affectare damno. Terentius in Adelphis: *Ego ſpem pretio non emo.* Hanc ſententiam leno refert illi: *Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum.*

80. *Cœlum territat.*

Hy wil de wild vernen. Hy ſal den baers gallen.

Proverbialis hyperbole apud Virgilium in Æneide:

—— *Et cœlum territat armis.*

Convenit in minaces & feroces, Thraſonéſque magniloquos. Sumptum videtur è bello Giganteo.

81. *Subere levior eſt.*

Φελλοῦ κουφότερος.

Soo licht als de wint.

Daer is geen touw aen te beleggen.

Proverbialis hyperbole in homines inconſtantes, & lubrica fide. *Suberis* enim lignum cavernoſum eſt, quod in aqua non ſidit. Horatius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quamquam ſydere pulchrior
Ille eſt, tu levior cortice, & improbo
Iracundior Adria. ——

82. *Cubito emungit.*

Ἀγκῶνι ἀπομύσση.

Hy mach noch wel om ſijn deuve-kater gaen.

Proverbialis ironia in hominem ſordidi quæſtûs, & conditionis abjectæ. A ſalſamentariis ducta, quibus mos eſt, narium mucum cubito abſtergere, nimirum manibus muria & ſalſugine oppletis. Noſtrates ferunt pueros quantiſper mucum narium ſuis manicis abſtergunt, idoneos eſſe adferendo ab amicis pane natalitio, qualis pueris ad Chriſti natalem dari conſuevit, ſed non ita magnis.

83. *Hiberæ naniæ.*

84. *Siculæ nugæ. Gerræ. Perſolæ nugæ.*

Mal kallingh/ beuſelingh/ heremans droomen.

Hiberas nanias D. Hieronymus *nugas* appellat, propter prodigioſas maleficiorum fabulas vulgo de eis jactatas. Nam Hiberos maleficiorum infamiâ laboraſſe teſtis eſt in Odis Horatius: *Siculæ* autem *nugæ* res leviculæ dicuntur. Auſonius: *Miſi itaque ad te frivola gerris Siculis vaniora.* Porro *gerras* Græci *crates vimineas* appellant. Quæ vox poſtea pro nugamentis, rebuſque frivolis uſurpata eſt. Apud Plautum & *Perſolas nugas* legimus, ob montes opinor aureos, qui apud Perſas eſſe perhibentur.

85. *Qui ſemel ſcurra, nunquam paterfamilias.*

Die eens ſteelt is al ſijn leven een dief.

Schaemt quijt/ eer quijt.

Senſus eſt, eum qui ſemel depuduerit, quique contempta fama ſcurram agere cœperit, non facile ad bonam frugem redire.

86. *Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt.*

Godt geeſt lijf daer geen is.

Soo lange als men leeſt/ſoo lange heeſt men hoop.

Sententia proverbialis, admonens, ne in afflictiſſimis quidem rebus abjiciendam eſſe ſpem. Sumptum videtur adagium ex Theocriti Batto:

Θαρσεῖν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
Χ' ὡ ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

Hos verſus non ineleganter in hunc modum vertit Philelphus:

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebit.
Sperandum eſt vivis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere ſurgit.

87. *Ad vivum reſecare.*

Een dinck op den uytterſten draet ondertaſten.

Pro eo quod eſt, rem exactius atque moroſius quàm ſat eſt, excutere. Mutuo ſumpta metaphora à tonſoribus, capillos aut ungues reſecantibus. M. Tullius: *Sed hoc primùm ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Neque id ad vivum reſeco, ut illi qui hæc ſubtilius diſſerunt.* Plautus in Bacchidibus: *Tondebo auro uſque ad vivam cutem*, **Ick ſal hem ſcheeren tot het been toe.**

88. *Hoſtimentum eſt opera pro pecunia.*

Het is hopen om weer hopen.

Hoc adagium monet nihil gratuitum eſſe debere, ſed officium beneficio penſandum. *Hoſtimentum* autem, autore Pompeio Feſto, beneficii penſatio eſt, à priſco verbo *hoſtire*, & *redhoſtire*, quod eſt, paria referre. Sic lena apud Plautum in Aſinaria, adoleſcenti reſpondet ſua beneficia exprobranti: *Hoſtimentum eſt opera pro pecunia*, hoc eſt, Neuter habet, quod alteri imputet. Tu mulierem amabas, miſſa eſt. Ego pecuniam, dediſti.

89. *Utramque paginam facit.*

Hy is de wervel-draper. Hy is doen ende laten.

Proverbii faciem habet illud: Utramque paginam facit, ſumpta metaphora à codicillis rationalibus, duas habentibus paginas: Alteram, quæ indicat quid ſit datum: Alteram quæ quid, ſit acceptum oſtendit. Itaque in rebus humanis fortuna utramque dicitur facere paginam, id eſt, ſive quid obtingit boni, ea laudatur, quaſi dederit, ſive mali quid accidit, eadem inceſſitur, ceu malorum autor.

90. *Non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

90. *Non omnia, nec paſſim, nec ab omnibus.*

Οὔτε πάντα, οὔτε παντῇ, οὔτε παρὰ πάντων.

Alle dingh heeft een omſien.

Admonet adagium in muneribus accipiendis, non ſolùm verecundiam adhibendam eſſe, verum etiam delectum. Sunt enim quædam, quæ neutiquam decorum eſt accipere. Eſt item locus, eſt tempus, quo pulchrum ſit recuſare munus oblatum. Sunt quidam à quibus inhoneſtum ſit admittere donum. Inhumanum autem eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum eſt, & omnia avariſſimum.

91. *Tempus omnia revelat.*

Πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Het komt al uyt / dat onder de ſnee is verborgen.
Moort blijft geen ſeven jaer verholen.

Admonet Gellius quendam veterum Poëtarum, *Veritatem temporis filiam* vocaſſe, quod licet aliquando lateat, tamen temporis progreſſu emergat. Fertur in hanc ſententiam hic quoque ſenarius proverbialis:

Ἀλλ' ἡ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
At veritatem tempus in lucem eruit.

92. *Alpha Coryphæus.*

De bel-hamel. De bel-binder.
Die de kat de bel aen bint.

Martialis *Alpha* vocavit præcipuum & quaſi primatem, proverbiali nimirum figura. Carmen ejus ſic habet:

Quem non lacernis Publius meus vincit,
Non ipſe Codrus, Alpha penulatorum.

Idem aliàs jocatur in quendam offenſum, quod eum dixiſſet *Alpha*, monetque ut hujus injuriæ talionem faciat, ſeque viciſſim *Beta*, ſi velit, appellet.

93. *A vetere ſaliva abduci non poteſt.*

Men mach hem van den ouden tret niet krijgen.

D. Hieronymus eleganter profectò, proverbialique figura dixit: *A ſaliva quam ſemel imbibit*, id eſt, ab illo guſtu, quo puer imbutus eſt. Sumpta metaphora ab infantibus, quibus præmanſum cibum nutrices in os ingerunt non ſine ſaliva.

94. *Quo-*

94. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem*
Teſta diu.

Dat heeft geleert die jonger man /
Hanght oock geern den ouden an.

Proinde rectè monet Fabius, ut ſtatim optima diſcantur, propterea quòd nihil hæret tenacius, quàm id, quod rudibus annis perceperimus. Virgilius in Georgicis:

Adeo à teneris conſueſcere multum eſt.

95. *Augiæ ſtabulum eſt.*

Αὐγείου βουστασία ἐστί.

Modde leyt daer te degen t' huys.

In hominen, aut in rem majorem in modum inquinatam. Oſtendit autem Lucianus hujus ſtabula tantum habuiſſe congeſti fimi, quantum ter mille boves, pluribus annis reddere potuerint.

96. *Periculoſum eſt canem inteſtina guſtâſſe.*

Χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι.

Lichtelijck verleckert men op een krengh.

Admonet adagium haud facilè temperare à peccando, qui ſemel illecebram illam, velut autoramentum vitiorum deguſtarit. Quemadmodum qui ſemel ſcortum attigerit, qui ſemel perjurio rem auxerit, qui ſemel aulicam vitam expertus ſit.

97. *Dubia cœna erat.*

Daer was hertken wat luſt u.

Dubiam cœnam opiparam, variíſque inſtructam ferculis appellabant. Phormio apud Terentium: *Cœnâ dubia apponitur. Quid iſthuc verbi eſt? Vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimum.*

98. *Canis circum inteſtina.*

Κύων παρ' ἐντέροις.

Hy ſiet ſijn hertſeer.
Sijn tanden wateren.

Dicebatur, ubi quis res eas quarum eſſet cupidiſſimus, propoſitas conſpicit, quibus tamen frui non liceret. Canes enim oberrant circum inteſtina, devoraturi ea, niſi fuſtem timerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

99. *Aureis compedibus vinctus.*

Χρυσαῖς πέδαις δεδεμένος.

Aen gouden veters gevangen.

In aulicos convenit, ut quorum ſervitus ſplendida ſit & a-
mabilis. Seneca: *Stulti eſt*, inquit, *compedes ſuas, quamvi*
aureas, amare. Loquitur de uxore formoſa. Horatius item
de amica formoſa:

Tenetque grata compede vinctum.

100. *Herculanus morbus.*

Ἡράκλειος νόσος.

In het ſterven ſal het wel beteren.

Equidem non video, quamobrem hoc debeat inter adagi
referri, niſi *ſacrum* aut *Herculanum morbum* appellemus tu
morem animi, aut aliud aliquid vitium ferè inſanabile, quo
genus eſt in ſenibus quibuſdam avaritia, in mulieribus ali
quibus loquacitas.

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA V

1. *Herculana ſcabies.*

Ἡράκλειος ψώρα.

Een ſoete ſieckte.

De ſcabie jucunda, faciléque ſanabili, aut quæ deſidere
Herculana, hoc eſt, calida balnea. Equidem opino
dici poſſe, vel in eos, qui multo ſtudio, alióve labore va-
letudinem offenderunt, ut quibus aliquo laxamento ſit opus;
vel in eos, qui blandis adulationibus deliniti, veluti jucunda
quadam ſcabie pruriunt.

2. *Iô pæan.*
Ἰὴ παιάν.
Βάλλ' οὕτως.
Macte virtute.

Eer hebbe de handt.

Acclamatio proverbialis, qua conſuevimus uti, re gnavi-
ter

ter & feliciter peractâ. Ovidius in opere de arte amandi:

Dicite Iô Pæan, & Iô bis dicite Pæan,
Decidit in caſſes præda petita meos.

Et in triumphis acclamabatur *Iô triumphe!* Horatius in Odis: *Non ſemel dicemus Iô triumphe.*

3. *Nemo mortalium omnibus horis ſapit.*

Men kan de geck niet altijdt binnen houden.

Senſus vel citra interpretem liquet, nempe neminem eſſe, qui non aliqua parte vitæ deſipiat ac peccet. Extat apud Ariſtophanem in ranis & hic ſenarius:

Οὐκ ἔϛιν ὅϛις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Haud vivit ullus omnibus felix modis.

4. *Sui cuique mores fingunt fortunam.*

Argh raeckt argh. Godt kent ſtaet.

E medio videtur ſumpta ſententia. Nam plerumque videmus mala malis evenire, digna dignis, ídque vulgo dictitant: Malus malum reperit, ſed viro bono Deus ſuppeditat bona.

5. *Inſana laurus eſt.*

Deſe heeft liever wer / dan gereedt.

Quadrabit in hominem rixarum autorem, ut ſunt nonnulli, qui quocunque ſe vertunt jurgia ſuſcitant. Plinius: *In eodem*, inquit, *tractu portus Amyci eſt, Bebryce rege interfecto clarus. Ejus tumulus à ſupremo die lauro tegitur, quam inſanam vocant, quoniam ſi quid ex ea decerptum inferatur manibus, jurgia fiant, donec abjiciatur.* Inſana laurus adeſt,

Dit is de rumoer-meeſter / Hans kijf geern.

6. *Apologus Alcinoi.*

Ἀπόλογος Ἀλκινόου.

Het oude kousjes jaer-getijt.
Het ſpreucrken van 't roode kouſken.

De longis & anilibus fabulamentis. Sumptum ex Odyſſea, ubi Ulyſſes in convivio Alcinoi Phæacum regis prodigioſas ac deridiculas fabulas, & portentoſa mendacia commemorat de Lotophagis, Leſtrigonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inſcitia, barbariéque. Plato de Republ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ἀλλ' οὐ μέν τοι σοι ἐγὼ δ' ἐγὼ Ἀλκινόου γε ἀπόλογον ἐρῶ.

Haud tibi ſum narraturus Alcinoi apologum.

7. *Andabatarum more pugnare.*

Van boven neer in 't hondert ſlaen / raeckt wel / heb wel. Scherm-ſlagen.

Conveniet in eos, qui temere, nulloque judicio inſectantur quippiam, aut alicui repugnant. Hieronymus: *More Andabatarum gladium in tenebris ventilans.* Idem: *Melius eſt tamen clauſis, quod dicitur, oculis, Andabatarum more pugnare, quàm directa ſpicula clypeo non repellere veritatis.*

8. *Canina facundia eſt.*

Hy ſal 't wel ſeggen daer 't op ſtaet.

In quoſdam, qui tantum ad maledicendum eloquentiæ ſtudium exercerent, à rixa canum, & oblatratu ſumpto epitheto.

9. *Ilienſis tragœdos conduxit.*

Ὁ ἰλιεὺς τραγῳδοὺς ἐμισθώσατο.

Hy ſal ſijn onwil hooren / ſijn hertſeer.

Ubi quis ultro provocat quempiam, unde ſua audiat probra: veluti ſi Trojani accerſant hiſtrionem, qui ipſis calamitates, quas ſemel pertulêre, denuo quaſi renovet.

10. *Tribus minis inſumptis, duodecim imputat.*

Sijn dienſt loopt al hooch op de ſtock.

Hy weet wel dat vijf en drie ruym ſeven is.

Quadrabit in eos, qui non niſi compendii ſui gratia colunt amicos, & pro quamvis exiguo officio, multum beneficiorum expectant. Noſtrates hoc genus hominum pulchrè tenere graphiariam dicunt.

11. *Oculus dexter mihi ſalit.*

Ἅλλεται ὀφθαλμός μου ὁ δεξιός.

't Speelt my in 't oogh dat ick mijn wil ſal ſien.

Ubi ſpes eſt nos viſuros lætum quippiam & exoptandum. Ductum à muliercularum ſuperſtitione, quæ ex membri pruritu divinare ſolent, quid ſit eventurum. Sic noſtrates ad pruritum brachii divinare ſolent ſe amica potituros. Apud Plautum autem non ſemel obvia illa ſunt: *Prurit mihi tergum, pruriunt dentes, pruriunt pedes, ardentque fugam.*

12. An

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

12. *An nunquam vidiſti nebulam pictam in pariete?*

Hebt ghy noyt een Duyf ſien over de kerck vliegen?

Auſonius *nebulas in pariete* dixit, pro re nihili ſomniíque ſimillima. Nebula enim res eſt inanior, quàm ut coloribus exprimi poſſit.

13. *Patrua tibi lingua dicet.*

Hy ſal 't u ſeggen daer 't op ſtaet.

Patruorum in nepotes, ceu peculiaris genuinaque ſeveritas, proverbio locum fecit. Horatius in Odis: *Metuentis patruæ verbera linguæ. Patruam linguam* ſeveram vocat atque objurgatricem. Ad hanc formam pertinet illud Perſianum: *Cùm ſapimus patruos*, id eſt, cùm poſitis puerilibus nugamentis, ſeveros mores induimus.

14. *Satis diu hoc jam ſaxum volvi.*

Ick hebbe deſen tol al lange genoegh gedreven.

Ex Eunucho Terentianâ ſumptum. Tractum autem ex Siſyphi notiſſima fabula. Competit autem in eos, qui inexhauſto quopiam atque inutili labore fatigantur.

15. *Capere provinciam duram.*

Sich in een quaet gat ſteecken.

Capere provinciam dicuntur, qui negotium aliquod curandum ſuſcipiunt. Metaphora ſumpta eſt à conſuetudine Romanorum, apud quos, qui magiſtratum gerebant, provincias alii alias ſortiebantur. In Heautontimor. *Huic noſtræ tradita eſt provincia.* Idem in Phormione: *O Geta, provinciam cepiſti duram.* Plautus: *Abi rus, abi directus in tuam provinciam*, hoc eſt, in officium tibi delegatum.

16. *Corinthus & collibus ſurgit, & vallibus deprimitur.*

Κόρινθος ὀφρύεταί τε καὶ κοιλαίνεται.

Geen baet / of daer is een ſchaede tegen.

Al buldert hy hooch / hy ſal noch beter koop geven.

Id adagium, ubinam poſſit eſſe uſui, non ſatis video, niſi ſi quis detorqueat in hominem intractabilem, aſpero ingenio, & ſibi ipſi inæqualem, parumque ſecum conſtantem. Cælius Rhodoginus etiam atque etiam contendit

 adhiben-

adhibendum, ubi ſignificabimus felicitatem aliquo incommodo vitiatam, ut eſt ferè rerum humanarum conditio.

17. *Crotone ſalubrius.*

Κρότωνος ὑγιέστερον.

Ter Werelt geen geſonder Lucht.

Quod Crotoniatarum locus longè ſaluberrimus olim fuerit judicatus. Strabo autem tradit Myſcellum & Archytam pariter Delphos adiiſſe, ut de urbe condenda conſulerent oraculum, & alterutrum pollicente Deo, Architam opes delegiſſe, Myſcellum loci ſalubritatem. Illum itaque Syracuſas condidiſſe, hunc Crotonem, quarum urbium altera ceſſit in proverbium opulentiæ, altera ſalubritatis.

18. *Crotoniatarum poſtremus, reliquorum Græcorum primus eſt.*

Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων.

Adagioni locus erit, ubi genus aliquod tanto intervallo præcedere dicemus, ut qui in hoc ſit vel infimus, in illo poſſit primus videri. Veluti ſi quis dicat in re militari, vel ignaviſſimum Græcorum præſtantiorem eſſe fortiſſimo Trojanorum.

19. *Ne decimam quidem Syracuſanorum partem obtinet.*

Οὐδὲ τὴν δεκάτην τῶν Συρακουσίων ἔχει.

Het komt op het thiende deel niet by.

Significabant hoc adagio aliorum opes, quantumvis amplas, nihil eſſe ad Syracuſanas divitias. Nonnihil Veneris acceſſerit proverbio, ſi paulo longius detorqueatur, ut ſi quis prælocutus Ciceronem longo intervallo reliquos omnes poſt ſe relinquere, dicat opulentam quidem & uberem eſſe Quintiliani dictionem, verum hanc vix eſſe τὴν Συρακουσίων δεκάτην.

20. *Maleam legens, quæ ſunt domi obliviſcere.*

Μαλέαδε κάμψας ἐπιλάθου τῶν οἴκαδε.

Denck Adieu wijf ende kinderen.

Videbimur non intempeſtiviter uti hâc parœmiâ, ſi quando

quando diſcrimen negotii ſuſcipiendi volemus oſtendere, aut non eſſe ſuſcipiendum, aut negligendam vitam. Eſt autem *Malea* promontorium Laconiæ, ubi propter reflantes inde ventos periculoſiſſima navigatio eſt.

21. *Omnia ſub unam Myconum.*

Πάνθ' ὑπὸ μίαν μύκωνον.

Hy ſlaet alle den hutſpot in een.

Hy maeckt geen ſoort onder Chriſten menſchen.

In eos, qui res naturâ diverſas eodem titulo complectuntur. Itaque qui eodem in libro Grammatica pariter & Theologica, item dialectica & Juriſconſultorum literas tradat, in eum non inconcinnè dicetur: *Omnia ſub eandem Myconum.* Uſus eſt eleganter Plutarchus primo συμποσιακῶν libro: Μίαν μύκωνον ἀποφλώας τὸ συμπόσιον, id eſt, *Vnam Myconum faciens convivium*, ſignificans indiſtinctos adhuc convivas. Unde & de indiſcretis dictum apparet.

22. *Lerii mali.*

Λέριοι κακοί.

Iſſer een goet / Godt haeltſe al.

In eos rectè dicetur, qui pariter omnes gentis vitio ſunt improbi. *Leriorum* enim populus ob inſignem morum improbitatem in proverbium abiit.

23. *Ad Phaſin uſque.*

Εἰς Φᾶσιν.

Al die werelt achter.

Dicetur de iis, qui longinquas orbis regiones peragrârint. Eſt autem *Phaſis* Euxini ſinus, & extrema navigationis meta. Sumptum videtur à Jaſonis fabula.

24. *Myſorum & Phrygum termini diſcreti ſunt.*

Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα.

Een Burger ende Burgermeeſter / dat is twee.

Adagio licebit uti, de rebus toto genere inter ſe diſſidentibus. Veluti ſi quis ſentiens, longè aliud ſpectare Philoſophum, aliud oratorem, dicat: Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν, ut apud Euripidem: χωρὶς τἀμὰ κ' Ἀγαμέμνονος, *Separatæ ſunt meæ res à bonis Agamemnonis.*

25. *Quod index auro, id aurum homini.*

Als een rijck wordt / laet hy hem ſien gelijck dat Goudt op den Toet-ſteen.

In ſaxeis coticulis aurum exploratur, evidens præbens ſpecimen. In auro verò proborum & improborum ingenium deprehenditur. Antiphanes:

Πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων.
Opes, ut index, hominis ingenium arguunt.

26. *Cave thoracem.*

Φύλαττε τὸν θώρακα.

Halt u mondt niet mis. Wacht u voor de Galgh.

Hoc velut ænigmate proverbiali feſtiviter admonebimus frænandam eſſe linguam, ne voces petulanter emiſſæ per jugulum aliquando redeant. *Thorax* enim mons eſt, in quo fama eſt Daphicam Grammaticum cruci ſuffixum fuiſſe, quòd maledico carmine reges inceſſiviſſet.

27. *Abdera pulchra Teïorum colonia.*

Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία.

Men backt op een ander ſoo goet broot als hier.

Hoc ænigmate proverbiali ſignificamus non deeſſe, quò confugiamus, ſi quis præter modum pergat eſſe moleſtus. Strabo autem tradit Teïos, cum Perſarum contumelias ferre non poſſent, urbe relicta Abdera, Thracum urbem demigrâſſe.

28. *Magna civitas magna ſolitudo.*

Ἐρημία μεγάλ' ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις.

Een blint Peerdt ſouw daer geen ſchade doen.

Quadrabit in urbes aut domos, agros, aut hortos, aut id genus quippiam amplum quidem & ſpacioſum, ſed parum excultum. Aut in librum ingentem quidem, verùm impolitum & illimatum.

29. *Ad Scolon nec proficiſceris ipſe, nec alterum comitaberis.*

Εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν, μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

Laet hem backen en brouwen/moept u niet met hem. komt N. hier niet / ick kom daer niet.

Si quando ſignificabimus modis omnibus abſtinendum à

convictu cujuſpiam, aut à loco, ubi nihil ſit ſperandum, quod vel ad voluptatem faciat, vel ad emolumentum. *Scolon* enim vicus quidam fuit ſub monte Citherone, inamœnus, incultus, aſper & infrugifer.

30. *Oenoë charadram.*

Οἰνόη τ̀ χαράδραν.

Een roede tot haer eygen aers.

Charadra eam ſignificat terræ fiſſuram, quam aqua, pluvia, aut torrens nonnunquam terræmotu efficit. Dici ſolitum in eos, qui ſibi malum accerſerent, unde commoditatem ſperarant. Eſt autem *Oenoë* vicus quidam Atticæ, cujus incolæ alveum quendam torrentis vicinum ſuis finibus incluſerunt. Deinde ingruente immodicâ vi aquarum, ob id corruptis agris, agricolationem perdiderunt.

31. *Nihil ad Bacchum.*

Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον.

Het komt niet ten propooſt.

Ubi quis ea nugatur, quæ ad rem præſentem nihil attinent. Sic ferunt quendam guſtatâ cereviſiâ dixiſſe: *Nihil ad Bacchum.* Originem adagii vide in chiliadibus D. Eraſmi. Sunt enim qui dicant Poëtas quondam de Baccho fabularum argumenta conſuêſſe tractare, eaque demum actitari ſolita. Deinde paulatim ad tragœdias ſcribendas converſos, alias fabulas & hiſtorias ſcripſiſſe, prætermiſſâ Bacchi mentione. Spectatores igitur acclamâſſe, *Nihil ad Bacchum.*

32. *Farcire centones.*

Een kaproen met hop bullen.
Brillen verkoopen.

Periphanes in Epidico Plautina, militi jam pugnas ſuas, militari more narrare paranti. *Quin tu*, inquit, *alium quæras, cui centones farcias*, id eſt, quem tu glorioſis mendaciis & conſarcinatis ſabulamentis expleas. Solent enim glorioſi homines mendacium aliud ex alio connectere. *Centones* autem dicuntur veſtes è variis panniculis, ac diverſis etiam interdum coloribus conſarcinatæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

33 *Quod dedi, datum nollem.*

Veel berouwsſ is my gekomen.

Lena Milenis in Ciſtellaria Plautina: *Inter novam rem*, inquit, *verbum uſurpabo vetus: Quod dedi, non datum vellem, quod reliquum eſt, non dabo.* Uſus verò adagii fiet venuſtior, ſi paulo longius à ſimplici figura detorqueatur. Veluti ſi quis indicans ſe ſuperioris operæ, quam in Poëtices ſtudium inſumpſerit, pœnitere, dicat: *Quod dedi, datum nollem, quod reliquum eſt, non dabo.*

34. *Crocodili lachrymas flet.*

Κροκόδιλος δάκρυα δακρύει.

Hy leeſt met u als de kat met de muys.

De iis, qui ſeſe ſimulant graviter angi incommodo cujuſpiam, cui perniciem attulerint ipſi, cuive magnum aliquod malum moliantur. Sunt qui ſcribant crocodilum conſpecto procul homine, lachrymas emittere, atque eundem mox devorare.

35. *Bona eſt etiam offa poſt panem.*

Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον.

Men eet ſoo lange het beſt/ datter 't archſt' oock niet blijft.

De iis dici ſolitum, qui penuria meliorum, amplectuntur deteriora. Nam *maza* quiddam eſt pane cocto deterius, ex lacte & farina, quo ruſtici vice panis uti conſueverunt.

36. *Si non adſunt carnes, taricho contentos eſſe oportet.*

Ἂν μὴ παρῇ κρέα, στερκτέον τῷ ταρίχῳ.

Sunt qui dicant τάριχον accipi pro piſce, ſed vili putrique. Fortaſſis hic pro jure accipiendum *tarichus*. Senſus autem hic eſt, ubi non eſt copia meliorum, boni conſulere oportet, quæcunque contingunt.

37. *Agathoniam canit cantionem.*

Ἀγαθώνειον αὔλησιν αὐλεῖ.

De Exter heeft een ſchoone tael/
Maer u geldeken namſe wel altemael.

Rectè dicetur in eos, quorum oratio blanda eſt magis

quàm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

quàm frugifera. Sumptum ab Agathone tibicine quopiam, qui cantilenarum ſuavitate majorem in modum aures delinire conſuevit.

38. *Edax currus.*

Ἀδδηφάγον ἅρμα.

Een Henghſt op ſtal.

In glutones & voraces dicebatur, propterea quòd currus multum abſumat unguinis ſive ceromatis. Sive quòd ſumptuoſa res ſit, equos & currus alere.

39. *Sanguine flere.*

Αἵματι κλαίειν.

Bloedighe Brieven ſchrijven.
Bloedighe tranen ſchreyen.

Proverbialis hyperbole, ſignificans nihil non fieri, quo flectatur aliquis, ſic enim antiquitus loquebantur: *Haud flectes illum, non ſi ſanguine quidem fleveris.*

40. *Pardi mortem adſimulat.*

Θάνατον παρδάλεως ὑποκρίνεται.

Hy leyt op ſijn luymen.

Dicebatur, ubi quis aſtu perniciem alicui moliretur. Veluti cum Brutus ſtupidum ac dementem ageret, ut in poſterum potiretur imperio. Vide fabulam de Pardale & Simiis apud D. Eraſmum.

41. *Mandat illi laqueum.*

Hy ſedt hem in ſijn deer.

Mandare laqueum dicimus iis, quos uſque adeo negligi à nobis ſignificamus, ut ſi vel ſuſpendant ſeſe, nihil ad nos attinere putemus. Juvenalis de Democrito:

—— *Cum fortuna ipſe minaci*
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

42. *Medium oſtendo illi digitum.*

Ick ſet hem in mijn deer.

Hoc quoque contemnentis eſt. Porro medio digito porrecto contemptus olim fiebat maximus. Utrumque verò adagium elegantius fiet, ſi longius detorqueatur. Ut ſi Philoſophi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

loſophicis præceptis laqueum quis mandet, volens ſuo vivere more.

43. *Barbam tibi vellent.*

Sy ſullen u op het hooft ſchijten.

Eſt illud quoque ſumptum à geſtu, quo ſummum contemptum ac ludibrium ſignificamus. Horatius:

Barbam tibi vellunt Laſcivi pueri.

44. *Malis ferire.*

Μήλοις βάλλειν.

Een Appelken uyt werpen.

Een kluytken in 't riet werpen.

Malis petere dicuntur, qui muneribus aſſequi ſtudent, quod optant. Aut qui donis provocant ad amorem mutuum. Eſt autem malum amoris ſymbolum, propterea quòd Veneri ſit ſacrum. Maro:

Malo me Galatea petit, laſciva puella. Et:

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

45. *Mare prius vitem tulerit.*

Τὸ πέλαγος πρότερον οἴσει ἄμπελον.

Men ſoude eer koeyen van kerſſe-boomen ſchudden.

De iis, quæ nullo pacto fieri poſſunt. Nam ſalſitudo vitibus inimiciſſima eſt.

46. *Betizare, Lachanizare.*

Boeven. De geck uyt laten kijcken.

Lachanizare vulgo dicebant *languere*, pro quo Auguſtus novavit *betizare*. Quadrat autem in inſulſos & inſipidos. Martialis:

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm ſæpe petet, vina piperque coquus!

47. *Promus magis eſt quàm condus.*

Hy ſoude eer een Hulck verteeren / eer hy een Boot ſoude winnen.

Hadde hy veel Eyeren / hy maeckte veel doppen.

In homines profuſos, qui parta prodigere norunt: quærere, aut quæſita ſervare non norunt. Sumpta metaphora à rei familiaris diſpenſatoribus, maximè penuariæ. Noſtrates de navibus ducta metaphora dicunt, *Citius holcada inſum-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſumpſerit, quàm ſcaphulam lucrifecerit. Eſt autem holcas navis oneraria, à trahendo nomen habens. Opinor autem hinc Germanicam vocem deductam, quâ navem onerariam vocamus een Hulck.

48. *Indulgere genio.*

Sijn hertken op halen.

Pro eo, quod eſt, animo obſequi. Perſius: *Indulge genio, carpamus dulcia.* Unde & *genialem diem* appellant lætum & voluptarium. Et *genialiter vivere,* molliter ac lautè.

49. *Defraudat genium.*

Mocht hy dreck eeten/ hy kocht geen broodt.

Defraudare genium, pro eo, quod eſt, negare naturæ, quod appetit. Terentius: *Suum defraudans genium.* Plautus in Truculento: *Sed iſtos, qui cum geniis ſuis belligerant, parce promi.* Sordidos ac parcos ſignificans. Idem in Aulularia: *Egomet fraudavi meum genium.*

50. *Curare cuticulam.*

Goet Chier maken.

De iis, qui voluptati ſtudent magis quàm famæ, unum hoc curantes, ut cutis ſumma niteat, eaque gratia lautioribus epulis, balneis, unguentis, ſomno, conviviis, aliiſque id genus deliciis utuntur.

51. *Nodum in ſcirpo quæris.*

Ghy maeckt ſwarigheyt daer geen en is.

In anxium dicebatur, nimiſque diligentem, aut meticuloſum, qui illic ſcrupulum moveret, ubi nihil eſſet addubitandum.

52. *Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum.*

Het is jaegh in jaegh over/ daer voer een Man om Moſſelen.

Hy houdt geenen ſul.

Horatius in arte poëtica proverbiali ſchemate ſic dixit, indocti poëtæ ſtultitiam taxans, qui multa non ſuo loco, nec tempeſtiviter deſcribit, perinde quaſi pictor Delphinum piſcem in nemoribus pingeret, rurſus aprum in undis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

53. *Cancer leporem capit.*

Καρκῖνος λαγωὸν αἱρεῖ.

De Haes heeft den hondt gevangen.

De re nequaquam veriſimili, dictuque abſurda. Veluti ſi quis dicat ab indoctiſſimo ſuperari doctum.

54. *Ne caprea contra leonem.*

Μὴ πρὸς λέοντα δορκάς.

Verſet u tegen u overhooft niet.

Hoc eſt: Ne longè inferior cum potentiore decertes. Dorcas enim ſylveſtris eſt capreolus. Homerus in Odyſſeis:

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθελήσω,
Cum potiore viro nolim certamen inire.

55. *Pellem caninam rodere.*

Een aen ſijn quaden beck / waer weder daer aen geven.

Proverbiali metaphora ſic dixiſſe videtur Martialis, pro eo quod eſt, hominem maledicum & improbum conviciis inſectari. Sic enim ſcribit in obtrectatorem quendam & oblatratorem:

Non deerunt tamen hac in urbe forſan,
Vnus vel duo, treſve, quatuorve,
Pellem rodere qui velint caninam.

56. *Echino aſperior eſt.*

Ἐχίνου τραχύτερος.

Men mach daer mede eeren noch egghen.

In hominem intractabilem & inſuavibus moribus. Metaphora ſumpta ab animante pinnatâ undique teſtudine, ac ſpinis obducta, quibus ſe pedum vice volvit, autore Plinio.

57. *Echinus partum differt.*

Ἐχῖνος τὸν τόκον ἀναβάλλει.

Hy kruypt weder in ſijn ſchulp.

Hy haelt ſijn melck op / die nu ſoo veel niet gelden ſal.

De iis dici ſuëtum, qui prorogarent quippiam ſuo malo: veluti creditam pecuniam comperendinant, tamen aliquando reddendam vel majore cum fœnore. Ajunt autem echi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

echinum terreſtrem ſtimulata alvo remorari partum, deinde jam aſperiore ac duriore facto fœtu, majore cruciatu parere.

58. *Prius duo echini amicitiam ineant.*

Πρὶν ἢ δύο ἐχῖνοι ἐς φιλίαν ἔλθοιεν.

De Wolf ende het Schaep ſouden eer vrienden werden.

De iis, qui moribus ac ſtudiis ſunt inter ſe diſcrepantiores, quàm ut ſpes ſit aliquando neceſſitudinem inter eos coituram.

59. *Non miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.*

Hy ontſeyt geen vracht eer ſijn Schuytken vol is.

Quadrabit in homines numium ſedulos, & quibuſvis in rebus immodicos. Nemo neſcit hirudinem, ubi ſemel hæſerit corpori, nulla ratione poſſe revelli, donec ſuctu ſanguinis expleta decidat.

60. *Mea eſt pila.*

Nu iſt mijn ſpul. Nu iſt mijn beurt.

Perinde eſt, ac ſi dicas: Vici & voti ſum compos, aut res mihi in manu eſt. Plautinum eſt ex Truculento. Sumptum à notiſſimo pilæ ludo, cum multis inſequentibus unus aliquis præſtantior occupat: *Cujus pila eſt, is eam ludit.* **Die de Corde waghen heeſt / die kruytſe.**

61. *Ab ovo uſque ad mala.*

Van voren tot achter. Van de grondt aen.

Proverbiali figura ſic dixit Horatius, pro eo quod eſt, ab initio convivii uſque ad finem. Antiquitus enim cœnam ab ovis auſpicabantur, & malis finiebant. Erit autem venuſtius ſi longius trahatur. *Ab ovo uſque ad mala*, id eſt, toto colloquio, tota navigatione, aut toto opere.

62. *Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines.*

Τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι.

De gierichheyt bedrieght de wijſheyt.

Eſt autem hoc velut ænigma, innuens pecuniam plus apud quoſdam poſſe, quam aut virtutem aut ſapientiam. Antiquitus enim Peloponneſiorum nomiſma χελώνη, id eſt, *teſtudo*, dicebatur, propter inſculptam in eo teſtudinis figuram.

63. *Sa-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

63. *Sacra hæc non aliter conſtant.*

Dit is het ſpuls recht.

Hoc adagio licebit uti, ſi quando fatebimur culpam, ſed quæ rei locove conveniat. Veluti ſi quis in balneis agat impudentius, aut ruſticius in navi, aut in compotationibus ebriorum intemperantius: aut inter mulierculas ineptius, aut inter aulicos diſſimulantius, aut inter ſophiſtas loquacius, aut apud populum adulantius. Sumptum à ſacris, quæ certis quibuſdam ceremoniis peraguntur, de quibus ſi quid demutes, piaculum admiſſum putetur.

64. *Sequitur ver hyemem.*

Na deſen een beter.

Hoc adagio rerum vices ſignificamus ſibi ſuccedentium, ut ſi quis ſuadens in rebus afflictis animum fulciendum ſpe meliorum, dicat: *Sequetur ver hyemem.*

65. *Venereum jusjurandum.*

Ἀφροδίσιος ὅρκος.

Die eedt is met botter bezegelt/ Daer hebt ghy geen brieven af.

Naſo: *Iuppiter ex alto perjuria ridet amantum,*
Et jubet Æolios in freta ferre notos.

Et Horatius: *Ridet hoc*, inquam, *Venus ipſa, rident ſimplices Nymphæ.* Deflecti poteſt ad quodvis promiſſum, cujus fides præſtanda non videatur.

66. *Tanquam meum nomen.*

Als mijn Naem.

Tanquam digitos.

Als mijn Pater Noſter.

Proverbiales hyperbolæ ſunt, ſi quando promptam, certamque memoriam ſignificare volumus. Martialis:

Totis diebus Afer hæc mihi narras,
Et teneo melius iſta, quàm meum nomen. Juvenal.
Tanquam ungues, digitoſque ſuos.

67. *Bonorum glomi.*

Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

Goet ſonder eyndt.

De opibus extructis, & affatim cumulatis. Sumpta metapho-

metaphora à glomere textorio, cui fila ſunt obvoluta.

68. *Rem acu tetigiſti.*

Ghy hebt de nagel op 't hooft geſlagen.

Eſt in Plauti Rudente, pro eo quod eſt, rem ipſam divinâſti, nihil aberras. *Acu* autem *tangere*, perinde eſt, quaſi dicas ipſiſſimum punctum contingere.

69. *Purgatis auribus auſcultare.*

Met neus en mont toehooren.

Hoc eſt, attentis & vacuis auribus: nam ſordes in auribus collectæ auditum hebetant, exemptæ reddunt acriorem. Plautus in Milite:

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

70. *Purior clavo.*

Ἁγνότερ☉ πηδαλίȣ.

Soo ſuyver als Silver. Silver ſchoon.

Comparatio proverbialis de re vehementer inculpata, & moribus undequaque integris & incontaminatis. Clavus enim nauticus aſſiduis fluctibus abluitur, ut nihil ſordium poſſit adhærere.

71. *De calcaria in carbonariam.*

Van het een op 't ander.

Quoties fit, ut à re propoſita ad aliud quippiam longè diverſum digrediamur, *de calcaria in carbonariam decurrere* dicimur. Sive cùm ex uno malo in aliud diverſum incidimus. **Van Annas tot Cayphas.** Tertullianus libro de carne Chriſti: *Igitur*, inquit, *de calcaria quod dici ſolet, in carbonariam, à Marcione ad Apellem.*

72. *Datyli dies.*

Δατύλȣ ἡμέρα.

Ubi res feliciter ſucceſſerunt. Sumptum à Datylo quodam, qui apud Athenienſes ſummos honores eſt conſecutus.

73. *Aliquid monſtri alunt.*

Daer is een muys in 't Meel.

Quando quid occulti vitii latere ſignificamus. Haud ſcio, an inde ſumptum, quod monſtra ob pudorem clanculum aluntur & occultantur. Terentianus Pamphilus, *Repudiatus*, inquit, *repetor. Quamobrem? niſi id eſt, quod ſuſpicor,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

cor, aliquid monſtri alunt, Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me.

74. *Non curat numerum lupus.*

Getelde Schapen dolen wel.

De Wolf eet wel getelde Schapen

Proverbium ſapit Virgilianum illud in Bucolicis:

Hic tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Rectè dicetur in hominem impudenter furacem: nam fures paulo timidiores, conſueverunt à rebus numeratis abſtinere manum, metu videlicet, ne deprehendantur.

75. *Ipſis placet.*

Αὐτοῖς ἀρέσκει.

Sy prijſen het ſpel.

Het dunckt haer goet te zijn.

Ubi rem parum nobis probari, aut cauſam nihil ad nos pertinere ſignificamus. Terentius: *Mihi non fit veriſimile: Atqui ipſis commentum placet.*

76. *Spartam nactus es, hanc orna.*

Ἣν ἔλαχες σπάρταν κόσμει.

Ghy hebt wel wat om de handt aen te houden / beſtelt dat.

Aliquam ſortiatur Spartam oportet.

Hy moet wat hebben om de handt aen te houden.

Laet elck tobben ende teeſen /
Schickt ghy mettet u te vreden te weſen.

Huc alludit, **Luttel onderwings maeckt veel ruſts.**

Admonet adagium, ut quamcunque provinciam erimus ſorte nacti, ei nos accommodemus, proque hujus dignitate nos geramus. Epiſcopus es, ne ſatrapam agas, ſed Epiſcopum: maritus es, cura quæ mariti ſunt officia. Principatus tibi contigit, principis officio fungere. Privatus es, privatum te gere.

77. *Contingit & malis venatio.*

Δέδοται καὶ κακοῖς ἄγρα.

Een blint Man ſchiet ſomtijts wel een kraey.

Ubi quid feliciter obtigit immerenti, quodque fortunæ

magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

nagis quam illius induſtriæ ſit acceptum ferendum. Allego-ia ſumpta à venatu, ubi vel maximè dominatur fortuna, irtus minimum adfert momenti.

78. *Ire per extentum funem.*

Over een gekloofſt rietken gaen.

Proverbiali figura dixit hoc Horatius, pro eo quod eſt, em factu perquàm difficilem præſtare, neque vel tantillum berrare. Sumptum à funambulis, qui non ſine ſumma ar-e, ſummoque uſu per funem protenſum ingrediuntur.

79. *Annus eſt. Seculum eſt.*

't Is hondert jaer.

Men ſoude eer een Koninck ſaelen.

Terentius in Seipſum excruciante: *Et noſti mores mulierum, Dum comuntur, dum moliuntur, annus eſt.* **Men ſoude eer een Koninck toe ruſten.** *Sæculum eſt, quod nihil mihi abs te redditur literarum.*

80. *Dies adimit ægritudinem.*

Met der tijt / werdt een Man de rouw quijt.

Hertſeer ſlijt met der tijt.

Huc ſpectaſſe videtur Sophocles in Ajace flagellifero:

Χρόνος γὰρ εὐμαρὴς θεός,

Tempus enim facilis Deus.

Videlicet, quòd omnia leniat molliatque. Ovidius:

Quod malè fers, aſſueſce, feres, bene multa vetuſtas
Leniet. ——

81. *Lucernam adhibes in meridie.*

Λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις.

82. *Soli lumen infers.*

Τῷ ἡλίῳ τὸ φῶς δανείζεις.

Men behoeft hier geen gloſſen / de text is klaer.

't Is klaerder dan de Son.

Convenit in eum, qui explicare ſtudet, quæ per ſe cla-riſſima ſunt: aut qui argumentationibus probare conabitur rem per ſe evidentiſſimam.

83. *Zoïli.*

De wan-gunſtige. De benijders.

Zoïlus ſophiſta quiſpiam fuit, hoc facinore potiſſimum nobi-

nobilitatus, quod Homerum poëtarum omnium principem auſus eſt libris aliquot in eum conſcriptis inceſſere, quos ipſos Ptolomæo tyranno Ægyptiorum obtulit, ingens videlicet præmiun à rege expectans. Verùm cùm nihil mitteretur, & ille penuria coactus mitteret, qui peterent; ibi Ptolomæus ait ſe mirari, cum Homerus tot annos defunctus, tot hominum millia paſceret, Zoïlum egere Homero doctiorem. Per occaſionem autem ſupplicio affectus eſt.

84. *Bona omnia, ut inquit Cillicon.*

Πάντ' ἀγαθά, ὡς ἔφη Κιλλικών.

Al goet dinck / ſoo ick u ſeyde.

Convenit, ubi quis malefactis ac fœdis artibus ſibi paravit opes. Adagio locum fecit Cillicon Mileſius quidam, qui cum patriæ proditionem moliens rogaretur, quidnam eſſet facturus, reſpondit πάντ' ἀγαθά.

85. *Plumbeo jugulare gladio.*

Met blaeuw of kranck beſcheyt een verwinnen.
Een lubben met een beene meſje.

Eſt futili levíque argumento convincere quempiam. M. Tullius: *Cùm illum plumbeo gladio jugulatum iri diceret.* Alibi argumentum frigidum *pugionem plumbeum* vocavit.

86. *Leonem radere.*

Λέοντα ξυρεῖν.

't Is quaet met Groote Heeren kerſſen te eeten.

Leonem radere dicuntur, qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt, magno ſuo periculo. Uſurpavit hoc adagium Socrates apud Platonem, negans ſe uſque adeo dementem eſſe, ut leonem auſit tondere, & Thraſymacho homini præferoci illudere. *Leonem radere periculoſum eſt*, **Groote Honden iſt quaet ſarren.**

87. *Nimium tibi Suffenus es.*

Hoc eſt, Nimium tibi ipſi blandiris, ac ſtultè teipſum admiraris. Suffenus enim poëta erat longè ineptiſſimus, in aliorum vitia dicax, in propria cæcus. *Suffenus eſt*, **Hy is al te glorieus.** Suffeni ſimillimum Mevium facit Horatius, ſuis ignoſcentem vitiis, aliena mordaciſſimè inſectantem:

Egomet mi ignoſco Mevius inquit.

88. *Si-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

88. *Siculus omphacizat.*

Σικελὸς ὀμφακίζει.

Hy neemt al dat mede wil.

In eos, qui quantumlibet vilia tollerent furto. Græci e-nim uvam acerbam & immaturam *omphaca* vocant. Ductum eſt à furacitate Siculorum.

89. *Anus ſimia ſerò quidem capitur.*

Γέρων πίθηκος μετὰ χρόνον μὲν ἁλίσκεται.

De kruyck gaet ſo langhe te water tot datſe breeckt.
Altijt komt danckaert in't eynde t'huys.

Ubi verſutus aliquis, qui diu eluſerit, tandem dat pœnas.

90. *Secundo æſtu procedere.*

Κατὰ ῥοῦν προχωρεῖν.

Voor ſtroom/ voor wint ſeylen.

Secundo æſtu, hoc eſt, fœliciter ac proſperè. *Omnia ſe-cundo æſtu illi procedunt*, **Alle dinck gaet hem voorwaert.**

91. *Secundis ventis navigare.*

Ἐξ οὐρίας φέρεσθαι.

Voor de wint ſeylen. 't Geluck mede hebben.

De eo cui res ex ſententia ſuccedunt. Cicero: *Quid ſi e-tiam Cæſarem, cujus nunc venti valde ſecundi ſunt, reddo me-liorem?* Horatius in Sermonibus:

Non agimur tumidis velis aquilone ſecundo:
Non tamen adverſis ætatem ducimus auſtris.

Venti nunc tibi ſecundi ſunt, **Nu waeyt het in u ſeyl.**

92. *Parni ſcaphula.*

Τοῦ πάρνου σκαφίδιον.

Van een kleyne vonck rijſt wel grooten brant.

Convenit in eos, qui ob res minutulas multum litium & querelarum movent. Sumptum à Parno quopiam, qui ob naviculam ereptam, populo moleſtiſſimus fuiſſe legitur.

93. *Ne puero gladium.*

Μὴ παιδὶ τὴν μάχαιραν.

Ten is geen kinder werck.

Admonet non eſſe mandandam poteſtatem vel adoleſcen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tibus, vel imperitis ac ſtultis, quâ tum in ſuam, tum in aliorum perniciem ſint uſuri. Ne juveni commiſeris adminiſtrationem pecuniæ. Ne puero gladium. Ne regnum impuberi. Ne ſtulto concionandi apud populum partes delegaveris.

94. *Lindii ſacrum faciunt.*

Λίνδιοι τὴν θυσίαν.

't Sal daer Boeren kermiſſe zijn / en op kijven uyt komen.

Adagium ad multos uſus accommodari poteſt. Vel ad rixoſum convivium, vel ad rem quampiam malis ominibus inſtitutam. Originem vide apud Eraſmum.

95. *Megarenſium lachrymæ.*

Μεγαρέων δάκρυα.

Vercken traenen.

Megarenſium lachrymæ dicebantur vel ficta, nec ex vero dolore provenientes, vel vi adactæ. Bacchius enim quidam Corinthius Clytii Megarenſium regis filiam duxerat uxorem, qua defuncta complures virgines & adoleſcentes Corinthum miſit, qui in funeralibus pompis puellam deplorarent, lachrymis utique fictis: *Vt qui conducti plorant in funere dicunt, Et faciunt propè plura dolentibus ex animo.* Sed, *Ploratur lachrymis, amiſſa pecunia, veris*, autore Juvenale.

96. *Ventus neque manere ſinit, neque navigare.*

Ἄνεμος οὔτε μένειν ἐᾷ, οὔτε πλεῖν.

Ick ben daer mede geſcheept / ende moet daer mede over.

Uſus erit, ubi quis in eas rerum anguſtias inciderit, ut nec relinquere negotium ſit integrum, nec abſolvendi ſit facultas. Mutuo ſumpta metaphora à ſæviſſima ventorum tempeſtate, cùm nautis & periculoſiſſima eſt navigatio, neque tutum tamen ancoram jacere.

97. *Vulpes non iterum capitur laqueo.*

Ἀλλ' οὐκ αὖθις ἀλώπηξ πάγαις.

Die daer eens qualijck geweeſt heeft / komt niet lichtelijck weder.

Een verſlagen vogel komt niet lichtelijck weder.

Signi-

Significat ſtupidi eſſe hominis, in malum guſtatum iterum incidere.

98. *Abydena illatio.*

Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα.

Die al het geſelſchap ſtoort.

Hy valt daer plomp met ſijn kloet in.

Dici ſolitum, ubi quis obſtrepit aut convivantibus, aut aliud quippiam agentibus, & tumultu moleſtiam aufert. Originem adagii vide apud D. Eraſmum.

99. *Mendici pera non impletur.*

Πτωχοῦ πήρα οὐ πίμπλαται.

Der Bedelaeren handt / is een bodemlooſe mandt.

Senſus per ſe liquet, nempè inexplebilem eſſe mendicitatem. Nam quò plura iis dederis, qui animo mendico ſunt, hoc plura petunt. Deflecti poteſt vel ad improbos, qui ſemper aliquid flagitant ab amicis: vel in divites, quibus nihil eſt ſatis.

100. *Laconicas lunas.*

Λακωνικὰς σελήνας.

't Is van 't hou-mes. 't Liedeken van verlangen.

Subaudiendum cauſaris, aut ſimile quippiam. De promiſſis aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam ut ajunt, Lacones, ſi quando pactum auxilium poſceretur, lunas cauſabantur, atque hoc prætextu ſuffugiebant; quòd legem tuliſſet Lycurgus, ne prælium inirent, niſi plenilunio. In cæteris item negotiis auſpicandis, lunæ rationes ſuperſtitioſius obſervabant.

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA VI.

1. *Lucerna pinguior.*

Λιπαρώτερος λύχνου.

Modder vet. Al ſijn ſmeer is vet.

Lecytho pinguior.

Λιπαρώτερος ληκύθου.

Soo vet als een Ancker-ſtock.

VIdetur ironia eſſe proverbialis in eos, qui cùm ſint edaces, nihilo tamen inde fiunt habitiores: quemadmodum lucerna plurimum abſumit olei, neque tamen fit unquam ſaginatior.

2. *Ad menſuram aquam bibunt, citra menſuram offam comedentes.*

Μέτρῳ μὲν ὕδωρ πίνοντες, ἀμετρὶ δὲ μάζαν ἔδοντες.

Sy ſien na het Binnen ey/ ende het Ganſen ey laten ſy vaeren.

In eos, qui præpoſterè ſunt ſordidi, parciſſimi in rebus minutiſſimis, in magnis negligentes, cujuſmodi pleroſque videas.

3. *In toga ſaltantis perſonam inducis.*

Ghy wilt van wijſheyt kallen/ daer mal Koningh is.

Het mal boven laten komen.

In toga ſaltantis perſonam inducit.

Key is Koningh.

Eſt quippiam facere neutiquam decorum. Veluti ſi ſenex, aut Theologus ineptiat: Aut ſi quis ſeriis miſceat ludicra.

4. *Inexploratus homo.*

Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος.

Een onverſocht/ onervaren Menſch.

Die eerſt uyt den dop komt.

Id eſt, inexpenſus, inexercitatus, non probatus, o-

mnium-

mniumque rerum rudis homo, ac nullarum expertus.

5. *Abronis vita.*

Ἅβρωνος βίος.

Koninghs leven.

De molliter ac delitioſè viventibus. Sumptum à moribus Abronis cujuſpiam notæ luxuriæ, quemadmodum apud nos Apicius & Æſopus, luxu nobilitati. *Abronis vitam vivit*, **Hy heeft leven als een Koningh.**

6. *Ineſt & formicæ & ſerpho bilis.*

Ἔνεστι κἀν μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή.

Niemant acht ſijn Vyandt te kleyn.

Een ſchamel geſel / wreeckt hem van een Koningh wel.

Admonet adagium non eſſe contemnendum inimicum quempiam, nec ullum temere laceſſendum: quandoquidem nullum animal tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non excandeſcat irâ. *Serphus* autem minutum animalculum eſt, non diſſimile formicæ.

7. *Manu fingendus eſt.*

Ghy moet daer de handt aen houden.

Manu fingere, eſt arte curaque formare. Metaphora ſumpta ab iis, qui è cera ſive argilla fingunt imagines. Seneca in epiſtolis: *Quædam ingenia facilia ſunt & expedita, quædam manu, ut ajunt, facienda ſunt.*

8. *Locrenſe pactum.*

Λοκρῶν συνθήμα.

Voorwaert als ick u ſeyde.

De fœdifragis dictum, cujuſmodi quondam habiti Locrenſes, quòd Siculos eluſerint, non præſtita fide.

9. *Caſſiotico nodo colligati.*

Alle de Werelt ſcheytſe niet.

Hoc nodo, ſicut & Herculeo, arctiſſimam atque indiſſolubilem amicitiam ſignificamus. *Caſſion* autem mons eſt, & ejuſdem nominis civitas in Ægypto, vicina Peluſio. Ei autem genti quaſi geminum ac gentilitium eſt, miros quoſdam nodos nectere. *Caſſiotico nodo, Herculeo nodo pax coiit*, **'t Is vaſt werck / eeuwigh beſtant.**

10. *Bonus*

10. *Bonus cantor, bonus cupediarius.*

Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός.

Met de keel gewonnen / Met de keel verſlonnen.
De kunſt moet regel houden.

In vituperium muſicæ artis dictum eſt, quaſi ejuſdem ſit hominis aures delectare cantu, & palatum cupediis.

11. *Ad amuſſim applica lapidem, non ad lapidem amuſſim.*

Πρὸς σάθμην πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρῳ σάθμην.

Maeckt de Schrift / of treckt geen waſſen Neuſe.

Admonet vitam ad leges eſſe corrigendam, non contra leges ad mores noſtros trahendas eſſe. Ut id faciamus, quod honeſtum ſit, non id rectum exiſtimemus, quod facimus.

12. *Extra quærere ſeſe.*

Al te veel nae de luyden vragen.

Hoc eſt, famam ſpectare, nec recti conſcientia contentum eſſe. Id quod Græci vocant ἔξω βλέπειν, id eſt, foras proſpicere. Perſius:

——Examenque improbum in illa
Caſtiges trutina, nec te quæſieris extra.

Gaet in u ſelven.

13. *Aliorum medicus ipſe hulceribus ſcates.*

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

Ghy zijt ſelfs ſchurft / ende wilt een ander berechten.

In eos torquendum, qui errata caſtigant inceſſuntque aliena, intercutibus ipſi vitiis madentes.

14. *Tragicè loqui.*

Τραγικώτερον λαλεῖν.

Balcken aen twee ſpreecken. Bulderen.

Eſt verbis uti magnificentioribus: ſiquidem Tragicorum character ſublimis eſt, amatque tragœdia ampullas & ſeſquipedalia verba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

15. *Tragicum tueri.*

Τραγῳδικὸν βλέπειν.

Sien ofmer negen op hadt.
Sien ofmen ſacken ſchuyzen ſoude.
Sien ofmen Azijn gedroncken hadt.

Quadrabit vel in faſtuoſos, vel in triſtes, ac luctuoſos. Ariſtophanes de paupertate:

Βλέπειν γέ τοι μανικόν τι καὶ τραγῳδικόν.
Tragicum tuetur, ac furiale quippiam.

16. *Lingua juravit.*

Ἡ γλῶσσ' ὤμοσεν.

Die eet komt hem in ſijn keel niet.

Ubi quis non præſtat fidem promiſſi: Aut ubi non ex animo pollicetur.

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
Iurata lingua eſt, animus injuratus eſt.

17. *Heri & nudiuſtertius.*

Χθὲς καὶ πρώην.

Onlangs / voor een dach of twee.

Proverbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum ſignificans. Noſtrates de futuro quàm ſæpiſſimè dicunt, **t' Avont of morgen** / *Aut veſperi aut cras.*

18. *Non pluet poſt noctem, qua ſus agreſtis pepererit.*

Μηκέτι νυκτὸς ὕειν, ἧκεν τέκῃ ἀγροτέρα σῦς.

Sues cicures ſæpius pariunt, ac diverſis aliæ temporibus, feræ non niſi ſemel, idque iiſdem ferme diebus, nimirum ineunte æſtate. Unde negant fore pluviam, poſteaquam ſus agreſtis pepererit, nimirum exactis jam menſibus pluviis.

19. *Cum Diis pugnare.*

Θεομαχεῖν.

Het ys met de handt breecken.
Met het hooft tegen de muyr loopen.

Hoc eſt, vel naturæ repugnare, vel contra fatalem neceſſitatem obluctari. Sumptum à Gigantum fabula. Tullius dē

de ſenectute: *Quid enim eſt aliud Gigantum more pugnare cum Diis, niſi naturæ repugnare?* Homerus:

Οὐκ ἔστι πρὸς δαίμονα φωτὶ μάχεσθαι.

Haud pugnare poteſt hominum cum numine quiſquam.

20. *Dorica Muſa.*

Δωρικὴ μοῦσα.

Het liedeken van wat te hebben.
Zijn brieven houden van gebreck.

De munerum avidis. Ariſtophanes in Equitibus jocatur in Cleonem, quòd nullam aliam muſicam diſcere potuerit, quàm Doricam, videlicet alludens ad notiſſimas harmoniarum ſpecies, Doricam, Lydiam, Phrygiam & Bœoticam. Ludit autem verbo perperàm depravato, δωροδοκηστὶ pro δωριστὶ. Eſt autem Græcis δωροδοκεῖσθαι, *muneribus corrumpi*, ut in gratiam alicujus dicas ſententiam.

21. *Ne ſupra pedem calceus.*

Μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα ὑπόδημα.

Haelt u ſeyl niet te hoogh. Laet de geck niet heel uyt kijcken. Kent ſtaet ende houdt maet.

Ne majora viribus ſuſcipias, aut ne magnificentius te geras, quàm pro tua conditione. Lucianus: Ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα, id eſt, *Hæc tibi viſa ſint immodica, & quàm pro menſura pedis majora.*

22. *Non fit ex quovis ligno Mercurius.*

Οὐκ ἐκ παντὸς ξύλου ἑρμῆς ἂν γλύφοιτο.

Alle hout is geen lepel hout.
Wy zijn niet al geſchapen om Doctoren te worden.
Men kan van alle vlas geen goet garen ſpinnen.

Id eſt: Non omnium ingenia ſunt accommodata diſciplinis. *Quidam enim*, ut ait Fabius, *rus ablegandi ſunt.* Sumpta metaphora à fabris, qui materiam deligunt. Magicum autem Mercurii ſimulachrum non ex quavis materia, ſed certo ligno ſcalpebant, alioqui non fuiſſet idoneum ad magicæ artis uſum.

23. *Non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

23. *Non ſum ex iſtis heroïbus.*

Οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων.

Jck ben van dat volck niet.

Siet my voor ſulck een niet aen.

Id eſt: Non ſum ex eorum numero, qui propenſiores ſunt ad lædendum quàm benemerendum. A geniis ſumptum, qui laceſſiti ſæpe perniciem adferunt, perrarò juvant. Unde qui ſe commodum, non noxam oblaturos eſſe pollicebantur, hoc uti ſolent adagio.

24. *Novi Simonem, & Simon me.*

Οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ.

Wat ken Truy wel.

Twee kramers konnen malkander wel.

De iis dicebatur, qui pares eſſent. Zenodotus ſcribit duos fuiſſe ductores notæ utrumque improbitatis, Simonem & Niconem: Simonem autem quod vitiis antecelleret, alterius famam obſcuraſſe. Unde proverbio Simonem unum nominant.

25. *Vide ne nimium calidum hoc ſit modo.*

Verhapt u in u Warm-moes niet.

Poteſt utrumque legi, & *callidum.* Ut prius illud ad feſtinatum conſilium, alterum ad nimis aſtutum referatur. Siquidem utraque parum feliciter evenire ſolent, vel quæ nimium calent, id eſt, quæ præcipitantius inſtituuntur, vel quæ nimium audacibus aguntur dolis.

26. *Ne gladium tollas mulier.*

Μὴ μάχαιραν αἴρει θῆλυ.

Dat u te ſwaer is te heffen / laet dat liggen.

Ne ſuſcipias negotii molem, cui ferendæ impar ſis, aut cùm nequeas auxiliari.

27. *Nec ſibi, nec aliis utilis.*

Een Jan gaet achter / een half ſlach.

Qui prorſus inutiles ſunt, & fruges conſumere nati. Sumptum ex Heſiodo, cujus verſus in hunc modum vertit Eraſmus:

Omnia qui per ſe ſapiat longè optimus ille eſt.
Multo ante expendens quænam ſint optima factu,
Is tamen & frugi eſt, qui paret recta monenti;
At qui nec per ſe ſapiat, nec mente reponat
Ex aliis audita, vir undique inutilis hic eſt.

28. *Neque compluitur, neque ſolo aduritur.*

Οὔθ' ὕεται, οὔτε ἡλιοῦται.

Hy ſteeckt niet een handeken in kout water.

De eo dici ſolitum, qui procul ab omni incommoditate ſemotus vitam ageret. Cui contrarium illud Horatianum: *Sudavit, & alſit.* Et, *pulveris, & ſolis, & cœleſtis aquæ patiens latus.*

29. *Simiarum pulcherrima deformis eſt.*

Τῶν πιθήκων ὁ εὐμορφότατος δύσμορφός ἐστι.

Onder hondert Wolven iſſer geen goet.
De beſt van allen is een boef.

Rectè dicetur de his, quæ ipſo genere vitioſa ſunt. Veluti ſi quis dicat, lenonem integerrimum perjurum eſſe, aut honeſtiſſimum hiſtrionem infamem.

30. *Quærens obſonium veſtem deperdidi.*

Ζητῶν γὰρ ὄψον θοἰμάτιον ἀπώλεσα.

Het was om winſt gedaen / en het viel ſchade onder de handt.
Een duyt geſocht / een oortjen verloren.

Ubi res peſſime cadit. Aut cùm puſilla quædam captantes, majora perdimus. Natum fortaſſis à fure, qui dum ſtudet cibum tollere, comprehenſus relicto pallio effugit.

31. *Citius elephantum ſub ala celes.*

Θᾶττον ἂν ἐλέφαντα ὑπὸ μάλης κρύψειας.

Hy ſoude hem beſlabben al at hy Haeſe-nooten.

De iis, quæ diſſimulari nullo pacto poſſunt, quin notis aliquibus ſeſe aliquis prodat. Eſt autem figura proverbialis in hyperbole, cui cognatum illud apud M. Tullium ex Ennio, libro de oratore ſecundo: *Flammam à ſapiente facilius ore ardente opprimi, quàm ut bona dicta teneat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

32. *Felix Corinthus, at ego ſim Teneates.*

Εὐδαίμων γε Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Τενεάτης.

Ick hou veel van hem / maer meer van mijn ſelven.
Schagen hoogemoet / maer winckel oock wat.

Tempeſtivum fuerit hoc adagio uti, quoties in contentione duorum, non inficiabimur alterum per ſe præſtantius; verum alterum magis arridere, placereque animo noſtro. *Tenea* autem vicus quidam haud procul à Corintho fuit, nemoroſus & amœnus: Corinthiorum autem inſignis fuit opulentia.

33. *Aſinus in paleas.*

Ὄνος εἰς ἄχυρα.

Hier is hy in gras-duynen.
Hier is hy in ſijn ſchick / in ſijn koeweyn.

Aſinus in paleas, ſubaudi *incidit*. Dici ſolitum, ubi cuipiam fortuna lautior præter ſpem obtigerit: aut ſi nactus fortè fuerit aliquis, quo vel præcipuè gaudeat. Jucundius fiet ſi longius transferas, puta, ſi quis cupienter legat Poëtam, quo peculiariter delectetur.

34. *Alia voce pſittacus, aliâ coturnix loquitur.*

Een koeckoeck eñ een Sijs / die ſingen geen een wijs.
Elck vogel ſinght nae dat hy gebeckt is.

Conveniet in Muſicos, aut Poëtas longe diſpari ſtilo, longeque diſſimili facultate. Pſittacus proximè accedit ad vocem humanam, Coturnices pugnaces magis ſunt, quàm loquaces. Martialis:

——Credis hoc, Priſce,
Voce ut loquatur pſittacus coturnicis?

35. *Calvus comatus.*

Een toegemaeckte poppe.

Aptè dicetur in eum, qui veris bonis nudus, aſcititiis ſe venditat. Veluti ſi quis indoctus aliena pro ſuis ederet, aut ſi ſenex aſſuto galericulo & tinctis capillis affectet videri juvenis, aut ſi deformis adhibito fuco velit haberi formoſus.

36. *Primum Ægina pueros optimos alit.*

Τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιν' ἐκτρέφει.

Sy plachten wel wat ſchicks upt te leveren.

De re quapiam, quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad

deterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

deterius delabitur. Sumptum adagium ab Achille, Patroclo, Ajace, Neoptolemo, quod hi virtute præcelluerint, cùm eſſent Æginitæ. Deinde labente morum integritate, male cœperunt audire Æginitæ, id quod proverbiis aliquot teſtatum eſt.

37. *Irriſibilis lapis eſt.*

Ἀγέλαστος πέτρα.

Als hy lacht / ſoo ſneeuwt het Rooſen.

Quadrabit in ſeveros & tetricos, quoſque vocant ἀγελάστους. Neque perperam accommodabitur ad rem magnopere moleſtam.

38. *Agamemnonis hoſtia.*

Ἀγαμέμνονος θυσία.

Hy komt al te noode aen den dans.

In duros & perſuaſu difficiles dicebatur. Inde natum, quòd Agamemnone rem divinam in Troja facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehenſus, reductus eſt. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agunt, **Hy maeckt van de noot een deucht.**

39. *Mactata veniet lenior hoſtia.*

Hy ſal haver komen eeten uyt u handt.

De ſpontaneis & manſuetis. Sumptum à ſacrificiis, in quibus explorabatur hoſtia, ducto per frontem cultro, idque *mactare* vocabant. Unde qui ſpectata ſunt virtute, eos mactos virtute vocant. Horatianum autem eſt ex Odis.

40. *Exiguum malum, ingens bonum.*

Μικρὸν κακὸν, μέγ' ἀγαθόν.

Om een kleyne deucht / heel groote vreucht.
Groot gemack om kleyn gelt.

Admonet adagium ex paululo incommodi laboreque, ſumma maximaque commoda colligi. Non diſcrepat huic Muſonii ſententia, quam commemorat Aulus Gellius libro 16. capite primo: *Si quid feceris honeſtum cum labore, labor abit, honeſtum manet. Si quid feceris turpe cum voluptate, voluptas abit, turpitudo manet.*

41. *Attici Eleuſinia.*

Ἀττικοὶ ἐλευσίνια.

De hooſden gaen te ſamen / die gemeent wort is verraden. Daer is een Vercken te villen.

Si quando conveniunt inter ſeſe aliqui, ſecretò de re quapiam tractantes. Ducta metaphora à myſteriis ſacrorum Eleuſiniorum, quæ in honorem Cereris agebantur, apud Eleuſim, quorum unum quicquam in vulgus efferre capitale erat.

42. *Hermionis vice illi eſt pater.*

Ἀνθ' Ἑρμιόνος, ὁ πατήρ ἐστί.

Sijn Vader ſal 't hem wel uyt dragen.
Sijn Vader ſtaet hem altijt vaſt.

Valet autem perinde, quaſi dicas: Loco aſyli tibi pater eſt, vel inſtar aræ quæ te tutum reddat. Eſt autem Hermion templum in Peloponneſo, ſacrum Cereri ac Proſerpinæ, ad quod qui confugerint, tuti ſunt propter loci religionem. *Hermionis vice ſua cuique domus eſt*, **Een man ſijn huys is ſijn kerck-hof.**

43. *Antronius Aſinus.*

Ἀντρώνιος ὄνος.

Een leſijcke grove Ezel.
Een groote luy-back en boffert.

Qui deformi, prægrandique mole corporis eſt, cæterum ingenio ſtupido bardoque. *Antro* autem civitas erat Theſſaliæ, ubi ajunt aſinos inſigni magnitudine quondam fuiſſe.

44. *Ventorum ſtationes norunt indigenæ.*

Ἀνέμων στάσεις γινώσκουσιν οἱ ἐγχώριοι.

Niemant verſtaet den ſaeck beter / dan die die by de handt heeft.

Licebit in hunc ſenſum trahere, ut dicas ſuæ cuique gentis ingenium eſſe cognitum, ſuos cuique familiares eſſe notiſſimos, ſuam cuique uxorem maximè eſſe cognitam, ſuam cuique notam artem. Sunt enim pleriſque regionibus ſui quidam venti, quorum naturam optimè norunt incolæ regionis, illis obnoxii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

45. *Venti campus.*

Ἀνέμου πεδίον.

Een lichte Kappellaen.

In hominem inſtabilem, levem & inconſtantem dicebatur. Nam in planitie venti liberius huc illuc divagantur, nullo coërciti obſtaculo.

46. *Ubi cervi abjiciunt cornua.*

Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν.

Daer de Koe Bartel heet.

Quod invenimus nuſquam inveniri, illic eſſe dicemus, *ubi cervi cornua abjiciunt:* nam abditis ita locis ſua cornua abjiciunt, ut dextrum planè cornu negent inveniri, aut viſum eſſe à quoquam, ceu medicamento aliquo præditum.

47. *Verberare lapidem.*

Syn hooft breecken.

Planeſium, meretrix apud Plautum, amatorem admonens, ne ſervum, qui jam ad plagas obduruerat, pulſet, manui potius quàm illi nociturus: *Noli*, inquit, *amabo, verberare lapidem, ne lædas manum.* Aptè dicetur, ubi quis objurgat incaſtigabilem, aut inanem ſumit operam in re quacunque.

48. *Ineſcare homines.*

De luyden aenhalen.

Een lock-brootjen geven.

Proverbiali metaphora dixit Terentius in Adelphis: *Abi, nunquam rem facies, Neſcis ineſcare homines, Sannio.* Ducta eſt ab iis, qui præfixo æri cibo piſces illiciunt. Appoſitè verò dictum eſt lenoni, cujus artis eſt, primum hujuſmodi velut eſcis illectare juvenes, ut totos poſtea devoret. Et *eſcam* appellant illecebram illam, quæ trahit in fraudem.

49. *Vorat hamum.*

Wy hebben hem binnen. Hy is in 't net.

De man is ons.

Neque minus elegans eſt iſtud in Curculione: *Meus eſt, hamum vorat.* De lenone, cui fraus intendebatur, epiſtolam, qua decipiendus erat, lecturiente. Lucian. καταπίειν τὸ ἄγκιστρον. Horatius:

Occul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Occultum viſus decurrere piſcis ad hamum.

50. *Vulcanus tibi vaticinatus eſt.*

Ἀφθᾶς σοι λελάληκεν.

Ghy hebt daer ſegel ende brief af.

Ubi quis crederet ſe rem habere certam, velut ex oraculo auditam, ironicè opinor ei dicendum Vulcanum ita eſſe vaticinatum: φθᾶς autem apud Memphiticos Vulcanum ſignificat, unde literæ acceſſione dicimus ἀφθᾶς, velut ςάχυς ἄςαχυς.

51. *Cantilenam eandem canis.*

Τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα.

Ghy ſlacht de koeckoeck/ghy ſinght al eenen ſanck.

De eo, qui moleſtus eſt, ſæpius eadem inculcans. Dorio, leno, in Phormione Terentiana: *Cantilenam eandem canis, Et mirabar ſi quid adſerres novi.* Sumptum à cantoribus, qui eadem cantando, ſemper tædium adferunt auditoribus.

52. *Caligas in ſole.*

Nu iſt meer dan tijdt dat ghy brilt.

Pro eo, quod eſt, in re clariſſima cæcutis, idque ſolet accidere vitioſis oculis, qui nihil vident in luce perſpicua. Non invenuſtè torquebitur in iſtos, qui velut obſcurum cauſantur, quicquid eruditum fuerit, quibus tenebricoſa eſt vel Ciceronis oratio.

53. *Bos adverſus ſeipſum feſtinat, vel pulverem movet.*

Βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονεῖ.

Hy maeckt van de noot een deucht.

Ubi quis ad ſuum ipſius malum volens, lubenſque ducitur. Nam boves ut ſunt manſueti, facilè ſe præbent vinciendos, neque gravatim obtemperant jugo. κονεῖν verò Græcis ſignificat *feſtinandi ſtudio ciere pulverem.* **Loopen dattet ſtuyſt.**

54. *Tragicus rex.*

Τραγικὸς βασιλεύς.

Een koningh in't kaertſpel.

Huyden koningh / morgen keutel.

De eo, qui nomine duntaxat rex eſt, cæterum viribus parum polleat. Quemadmodùm Gallico proverbio chartaceum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

regem apellant τὸν αὐτοκράτορα, ceu titulo regem verius, quàm opibus aut ditione.

55. *Contra retiarium ferula.*

Ghy hebt het ſoo goet / of ghy tegen hondert Mans vocht.

Martialis in epiſtolari quadam præfatione: *Denique videas, an te delectet contra retiarium ferula*, id eſt, an id faciendum tibi putes, quod nemo non damnat atque exibilet. Domitius Chalderinus dici ſolitum ait in eos, qui infirmo præſidio contra maximè inſtructum pugnarent. Solent autem gladiatores componi per paria, & alter quidem, cujus longè potior videtur fuiſſe conditio, vocabatur *retiarius*, ut qui capiendo alteri rete componeret. Alter *ſecutor*, perinde ac retiarium fugiens vel fugam ſimulando ſequens. Huic finitimum eſt Gellianum illud: *An non contra iſtum baculum moveas? Heus homo, quid mecum tibi?* Itaque *ferulam aut baculum movere contra quempiam, eſt refragari, & inſolentius repellere ſententiam.* Eſt autem *ferula* ligni genus, quo pueri cæduntur, atque item milites, ſi quid contra diſciplinam facere viderentur.

56. *Mulier imperator, & mulier miles.*

Γυνὴ στρατηγεῖ, καὶ γυνὴ στρατεύεται.

't Is al wijfkens werck. 't Is kranck werck om en om.

Quoties totum negotium ignavis commiſſum eſt. Cumque & ii qui præſunt, & ii qui parent, pariter ſunt formidoloſi.

57. *Trutina juſtior eſt.*

Δικαιότερος σταχάνης ἐστί.

Men ſoude hem een Huys vol gemaelen gouts betrouwen.

Men ſoude een kerck op hem bouwen.

Doricum proverbium de iis, qui inſigni, incorruptaque ſunt æquitate. Eſt autem τρυτάνη, vel ut Dores vocant, σταχάνη, libræ genus, quo vel minutiſſimum ponderis momentum ſentitur, dignoſciturque.

58. *Ste-*

58. *Sterilior agrippo eſt.*

Ἀκαρπότερος ἀγριππου.

Daer loopt niet op.

Daer is niet te halen dan kruyt ende loot.

Laconicum adagium de iis, qui extremæ ſunt paupertatis, neque quicquam facultatum poſſident. Quadrat & in ignavos, nulliuſque induſtriæ homines. Lacones enim oleam ſylveſtrem *agrippum* vocant.

59. *Jovis erit ejus ſuffragium.*

Διὸς ψῆφος τὸ αὐτοῦ ἐστι.

Hy ſal de ſack wech dragen.

Iovis ſuffragium dicebatur ſacrum & inviolatum. Unde ſententiam ejus, cujus ſit velut irrefragabilis autoritas, *Iovis ſuffragium* rectè dixeris.

60. *In nervum ire.*

Tot alle lijden komen.

Antiquitus enim qui ſolvendo non eſſent, vincti tradebantur creditoribus, donec operâ compenſarent creditam ſummam. Terentius in Phormione: *At enim non ducet, novi. Cæterum cùm argentum repetent, noſtra cauſa ſcilicet in nervum potius ibit.*

61. *Ipſe ſemet canit.*

Αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ.

Hy heeft quade gebuyren. Hy behoeft geen ſtroo-wiſch.

't Is goet te ſien watmen aen die man heeft.

Hoc eſt, ipſe cujuſmodi ſit, factis ipſis declarat. Tibicines enim olim laudes fortium virorum decantabant. Proinde qui rectè geſtis ſibi ſatis magnam gloriam comparat, quorſum huic conceſſum eſt conducere buccinatorem laudum ſuarum? Adagium & in bonam, & in malam partem poterit applicari.

62. *Ipſe dixit.*

Αὐτὸς ἔφα.

't Is een bezegelt Laecken.

Quoties tantam eſſe cujuſpiam autoritatem ſignificamus, ut ea

ut ea vel citra rationem ad quidvis credendum ſufficiat. Adagium à Pythagora natum, cujus diſcipuli in diſputando rogati, *quare ita res eſſet*, reſpondere ſolebant: *Ipſe dixit*, nimirum præceptor eorum Pythagoras. Noſtrates cùm indubitatam ſuam ſignificant ſententiam, atque irrefragabilem, ajunt eam pannum eſſe affixo cenſorum juratorũ ſigillo comprobatum.

63. *Teipſum non alens, alis canes.*

Αὑτὸν ȣ̓ τρέφων, κύνας τρέφεις.

Ghy moocht u broot alleen niet uyt de ſchimmel eten.

Liever moy om den Arm / dan vol in den Darm.

In eum, qui pauper, aut equum, aut famulos habet domi. Appoſitè dicetur item adverſus iſtos, quibus cum vix ſuppetat, quo vitam ſuſtineant, tamen faſtu veſtium reliquoque ſtrepitu potentes & opulentos imitantur.

64. *Terræ inteſtina edes.*

Γῆς ἔντερα ἔδῃ.

Ghy ſult yſer ende ſtock-viſch eten.

Men ſal u tot ſteenwijck ſenden.

Terræ inteſtina dicebantur vilia, dura, nulliuſque pretii. Saxa verò terræ viſcera dicuntur. Perinde itaque hoc eſt, ac ſi dicas: Duriter tractaberis, aut lapidibus, aut baculo etiam vapulaturus. Hoc enim pacto aliquando à Plauto dictum eſt, *Pugnos edes*.

65. *Cyrbes malorum.*

Κύρβεις κακῶν.

Alle Boeven meeſter.

De vehementer improbis, & omni facinorum genere contaminatis. Apud Athenienſes tabulæ quædam erant quadratæ, in quibus variæ delinquentium pœnæ cum ipſis legibus proponebantur, has illi κύρβεις vocant.

66. *Tenedius tibicen.*

Τενέδιος αὐλητής.

Een getuyge als Judas een Apoſtel.

Dicebatur teſtis falſus & calumniator: hinc natum, quòd Philonome tibicinem ſuum ſubornaret, qui teſtaretur apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

pud Cygnum ipſam à Tenne de ſtupro fuiſſe interpellatam, ac vi etiam tentatam.

67. *Aries nutricationis mercedem perſolvit.*

Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν.

Hy heeft ſijn koſt eerlijck betaelt als een Paert ſijn ſtal-huyr.

Quadrat ubi quis pro benefactis maleficium reponit. Aries enim cornibus impetit alveum unde edit, atque ipſos etiam quorum opera nutritur. Noſtrates ab equo parœmiam trahunt, etiam mundiſſimum ſtabulum conſtercorante.

68. *A Dorio ad Phrygium tranſcendit.*

Α᾽πὸ Δωρίου ἐπὶ Φρύγιον ἀνέβη.

Hy kent nu geen ſchamele Kuyters.

Hy heeft ſoo veel met de Hooft-ſteden te doen / dat hy de Dorpen al vergeet.

Ubi quis à temperantiore vita ad luxum convertitur. Aut à fortuna mediocri ad majorem ſtrepitum. Sumpta metaphora à notis illis veterum harmoniarum generibus, in quibus Dorium moderatum erat, ubi Phrygium impetuoſum. Lucianus: Καὶ ἑκάστης ἁρμονίας διαφυλάττειν τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου, τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου, τὸ βακχικὸν, τῆς Δωρίου, τὸ σεμνὸν, τῆς Ι᾽ωνικῆς, τὸ γλαφυρὸν, id eſt, *Uniuſcujuſque harmoniæ ſervare proprietatem, Phrygiæ impetum; Lydiæ furorem, Doricæ ſeveritatem, Ionicæ jucunditatem.*

69. *A carcere.*

Α᾽πὸ βαλβίδος.

Van vooren aen. Van voor voets op.

Id eſt, ab ipſo rei principio. Sumptum à certaminibus equeſtribus, ubi curſus initium eſt à carceribus, id eſt, repagulis, finis meta. Eleganter itaque dixeris, fœdum eſſe, ſi quis ab ipſo ſtatim carcere peccet. Aut neminem tam ignavum, qui non ἀπὸ βαλβῖδος ſtrenuus eſſe videatur.

70. *A cœlo ad terram percontatur.*

Α᾽πὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς πυνθάνεται.

Hy vraeght een 't hemdt uyt den aers.

Proverbialis figura, perinde valens, quaſi dicas, quacunque de re, ab extremo initio uſque ad ſupremum finem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

71. *Mores amici noveris, non oderis.*

Φίλȣ τρόπȣς γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.

De vrienden moetmen kennen/
Maer niet hatelijck af wennen.

Admonet in amicorum moribus levia quædam vitia diſſimulanda, ſic ut intelligantur quidem, ſed tolerentur, ne ſeverior & oculatior in obſervandis amici malis ſubvertas amicitiam. Siquidem nulli futurus eſt amicus, qui nihil vitiorum in amico ferre poſſit.

72. *Bithus contra Bacchium.*

73. *Eſernius cum Pacidiano.*

De Donder tegen ſijn Moeder.
Sy hebben malkander gevonden.

Bithus & Bacchius nobile par gladiatorum fuit, pares arte, pares audaciâ. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter ſeſe, ita ut neuter alteri velit concedere, dicemus, Bacchium cum Bitho commiſſum. Horatius: *Vti non compoſitus melius cum Bitho Bacchius.* Eſernius autem & Pacidianus præclarum quoque gladiatorum par fuit, quorum meminit Lucilius, & per hunc M. Tullius.

74. *Bis ſeptem plagis polypus contuſus.*

Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πȣλύπȣς πλυνόμενος.

Ick denck dat hy daer by geleert ſal zijn.
't Is hem heuſſelijck verleert.

Dici ſolitum, ubi quis multo tandem malo fit emendatior. Conveniet & in eos, qui duriore ingenio præditi, non niſi gravibus ſuppliciis corriguntur. Ajunt autem Polypum piſcem captum, diu, multumque tundi, cædique ſolere, quo mitior fiat, & ad eſum accommodatior.

75. *Mopſo Niſa datur.*

Niemandt verwerpt ſijn geluck.

Virgilianum eſt ex Pharmaceutria:

Mopſo Niſa datur, quid non ſperemus amantes?

Cùm præter omnium ſpem res præclara contingit cuipiam prorſus indigno. Nam Mopſum dicens, intelligit infimum abjectiſſimumque paſtorem: Niſam, puellam inſigni forma. In eandem ſententiam ſpectat hoc Lini apud Stobæum.

Ἐλπει-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ἐλπεῖσθαι χρὴ πάντ᾽ ἐπεὶ οὐκ ἔς᾽ οὐδὲν ἄελπτον,
Ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀδύνατον οὐδέν.
Speres cuncta, nihil quod non contingere poſſit,
Omnia ſunt magnis factu proclivia divis.

Ongeſien kan geſchien.

76. *Quid niſi victis dolor?*

Τί ἄλλο ἢ τοῖς νενικημένοις ὀδύνη;

Die onder is die houtmen onder.
Lijden leert/ die zijt verheert.

Uſurpandum ubi palàm fit in miſerorum contumeliam quippiam, ut quibus deprimendis omnes ſtudeant. Sumptum à dicto Brenni cujuſdam palàm illudentis Romanos in appendendo auro, quando enſem unà cum baltheo lancibus appoſuit. Alio modo profertur: *Væ victis!* **een verwonnen man/ iſſer qualijck aen.**

77. *Aquam bibens nihil boni paries.*

Ὕδωρ δὲ πίνων χρηςὸν οὐδὲν ἂν τέκῃς.

Een arm mans reden iſſer niet gehoort.

Senſus eſt, à Poëtis nihil præclarum aut poſteritate dignum aut venuſtum proficiſci, ſi biberint aquam, hoc eſt, ſi pauperes fuerint & tenui victu. Horatius:
Nulla placere diu, neque vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

78. *Digna canis pabulo.*

Ἀξία ἡ κύων τοῦ βρώματος.

Een Peert/ is ſijn voeder weerdt.

Ferme perinde valet, ac ſi dicas: Dignus operarius mercede ſua. Et vix quiſquam tam inutilis miniſter eſt, quin certè victu dignus eſſe videatur. Quadrat itaque in hominem non uſquequaque rejiciendum, atque inutilem.

79. *Digna canis ſede, throno.*

Ἀξία ἡ κύων θρόνου.

Niemant werpt ſijn kinderen wech.

Cùm novus honos obtigit cuipiam immerenti. Sumptum à Melitæis canibus, quibus nonnullæ mulierculæ majorem habent honorem, quàm ipſis maritis.

80. *Si vinum poſtulet, pugnos illi dato.*

Ἂν οἶνον αἴτῃ, κονδύλους αὐτῷ δίδου.

Wil hy hop over de balck eten / ſoo geeft hem vuyſt-loock.

Ubi pro bonis rebus expectatis diverſa accipiantur. Putant metaphoram ductam è pueris, qui petentes non petenda, nonnunquam colaphos recipiunt. Terentius: *Pugnos in ventrem ingere.*

81. *Pro perca ſcorpium.*

Ἀντὶ πέρκης σκορπίον.

Dat hy wel magh / ſet hy ſeven voet van hem.
Hy joegh een Valck / maer vingh een Vyl.

Ubi optima captantem, capere volumus peſſima. Nam *perca* piſcis vel maximè laudatus eſt, & *Scorpius* letalis ac contempti ſaporis.

82. *Pro beneficentia Agamemnonem ulti ſunt Achivi.*

Ἀντ' εὐεργεσίας Ἀγαμέμνονα τῖσαν ἀχαιοί.

Voor deught ondeught / is te grooten onvreught.
Wel doen valt wel ondanck in 't eynde.

Pro meritis malè tractarunt Agamemnona Graii. Dicebatur in ingratos, qui pro ſummo beneficio, ſummum remetiuntur maleficium. Agamemnon enim tot ad Trojam exhauſtis laboribus, domum reverſus, veſte inextricabili involutus, interfectus eſt à Clytemneſtra, auxiliante Ægiſtho adultero.

83. *Cane Tellenis cantilenas.*

Ἄειδε τὰ Τέλληνος.

Geeft elck ſijn ſtuck inde handt.

Quidam dici putant de dicacibus mordacibuſque. Siquidem tradunt Tellenem hunc jocos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum.

84. *Azanaa mala.*

Ἀζάναια κακά.

Veel moeytens / luttel dancks.

Dici ſolitum, ubi quis in re perdifficili & infrugifera plurimum

mum ſumeret laboris. Aut ubi res eſſet cuipiam cum homine difficili, moroſo, intractabili ac tenaci. Tradunt autem *Azanæam* regionem quampiam eſſe Arcadiæ, ſterilem & culturæ inhabilem, ex qua coloni multo ſudore parum fructus referunt.

85. *Capra nondum peperit, hædus autem ludit in tectis.*

Αἲξ ὄπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματι παίζει.

Hy koopt de wiegh / eer 't kint gemaeckt is.

Qui gloriantur jam aſſecutos ſeſe, cujus ne fundamenta quidem ſunt jacta. Prius eſt enim peperiſſe, quàm ut hœdus ludat in tectis.

86. *Reperit Deus nocentem.*

Εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν.

Danckaert is te lande gekomen. Argh raeckt argh.

Cùm tandem ultio contingit improbis, quaſi divinitus immiſſa. Sumptum ex Theocriti Idyllio decimo.

87. *Ignavis ſemper feriæ ſunt.*

Ἀέργοις αἰὲν ἑορτά.

De Leupaert vint veel uytwegen om niet te doen.
Hy ſoeckt werck / en bidt Godt dat hy geen en vindt.

Vacantes otio *feriari* dicuntur, & otioſi *feriati*, & otium *feriæ*: quæ metaphoræ tanquam in proverbium receptæ ſunt. Feriis autem etiam ethnici à prophanis negotiis abſtinebant, dabanturque antiquitus agricolis feriati dies, ut luſu reficerent animum ſua laſſaque membra. Admiſcuerunt autem religionem, ut luſus moderatiores eſſent. Aptè autem accommodabitur adagium in eos, qui nunquam non cauſantur aliquid, quod ſint in ocio.

88. *Catulæ Dominas imitantes.*

Τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμούμεναι.

't Sijn goede leer-jongens.

Ubi ſervi dominorum ferocitatem repræſentant, aut diſcipuli præceptoris reſipiunt arrogantiam, aut miniſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

principum factum. Breviter, quoties iis, qui ſubſunt, eorum exprimunt mores, ſub quorum imperio degunt.

89. *Tantali pœnæ.*

Ταντάλειοι τιμωρίαι.

Ter Werelt is geen meerder pijn / Dan gelt ende goet heel eygen te zijn.

De iis dicendum, quibus adſunt quidem bona, verum his frui negatum eſt. Sumptum à fabula Tantali, de quo Horatius in ſermonibus:

Tantalus à labris ſitiens, fugientia captat
Flumina. quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur, congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.

Et in Odis: *Magnas inter opes inops. Tantaleas pœnas patitur,* **Hy ſmoort in ſijn goet / 't goet heeft hem / hy is een arm herr.**

90. *Viro ſeni maxillæ baculus.*

Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία.

Die ouden / moeten 't met de tanden houden.

Dici ſolitum de iis, qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copioſiore victu coguntur uti, quo quod ſenecta deterit, utcunque ſarciant cibo. Eſt autem ænigmaticum, reliquos ingredi pedibus, ſenes dentibus.

91. *Ne verba pro farina.*

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων.

Geeſt geen ſchoone woorden voor 't gelt.

Ne quis beneficium verbis, non re donet: nam ut Pamponius admonet in Pandectis: *Peculium re, non verbis augetur,* **Schoone woorden vollen geen ſacken.** Quod quidem quadrat in eos, qui beneficium pollicitis rependunt. Aut qui conſolantur oratione, cùm auxilio ſit opus.

92. *Ancoras ſolvere.*

Gaen lijſen. Sijn Schip van Landt ſteecken.

Pro eo, quod eſt, moliri diſceſſum. M. Varro: *Interea redit ad nos Pavo, & ſi vultis, inquit, ancoras tollere, latis*

tabulis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

tabulis ſortitio fit tribuum, hoc eſt, ſi vultis omiſſa diſputatione hinc abire. Pro eodem & *Talaria nectere* dicimus aliquem, quando nimirum diſceſſum parat. *Pedibus talaria nectit*, Hy ſmeert ſijn ſchoenen / hy ſackt ende packt ſijn goet.

93. Ἀμουσοι. *Amuſi.*

Inelegantes & indoctos Græci vocant ἀμούσους, hoc eſt, à Muſis alienos. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica. Unde apud Comicos, qui literas ſe didiciſſe negant, ajunt, ſe non didiciſſe muſicam.

94. *Vitilitigator.*

Een wergaren. Een kijf-ſtock.
Een Dominus contra.

Vitilitigatores M. Cato vocabat, litium avidos, & alienorum operum calumniatores. Plinius: *Ego ſecurus, etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compoſuit, quid enim aliud quàm litigant, & litem quærunt? exequemur reliqua propoſiti.* Ob novitatem autem ea vox doctis in adagionem abiit.

95. *Vino vendibili ſuſpenſâ hederâ nihil opus.*

Goede waer prijſt hem ſelven.

Id eſt, Vera virtus non eget alienis præconiis. Aut res præclaræ per ſe placent, neque deſiderant exoticam commendationem. Sumptum à cauponum more, qui vinariis tabernis ſolent ſignum hederaceum prætendere. Plautus: *Invendibili merci oportet ultrò emptorem adducere. Proba merx facilè emptorem repperit.* Horatius: *Plenius æquo Laudet venales qui vult extrudere merces.*

96. *Canere ad myrtum.*

Ἄδειν πρὸς μυῤῥίνην.

Eenige Huyſ neeringh doen.
Ook wat ter marckt brengen.

Olim moris fuit, ut in conviviis ſuam quiſque cantionem canerent. Et ſi quis citharam accipere recuſaſſet, utpote muſices ignarus, is per jocum accepto ramo laureo, ſeu myrtico, vel aliquid ad eum canere jubebatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

97. *Admeti nænia.*

Ἀδμήτου μέλος.

’t Liedeken van Requiem, niet van Gaudeamus.

De triſti lugubrique cantione. Nam defuncta Admeti uxore Alceſtide, quæ pro marito moriendi vices exceperat, ſtridulæ quædam, & lugubres næniæ decantabantur aſſiduè apud Admetum, donec mota Proſerpina remiſit Alceſtidem.

98. *Bellum haud quaquam lachrymoſum.*

Ἄδακρυς πόλεμος.

Om die Oorlogh ſal wijf noch kint ſchreyen.
Tot die Oorlogh behoeft men geen ſcheyders.

Ubi victoria contigit citra cædem & ſanguinem. Aut ubi certamen agitur ejuſmodi, ut neutri parti quicquam accidat incommodi, velut in conflictatione literaria, in qua victus diſcedit eruditior, victor amicior.

99. *Flet victus, victor interiit.*

Κλαίει ὁ νικηθεὶς, ὁ δ᾽ νικήσας ἀπόλωλεν.

De een Doot/ d’ander in grooten noot.
De een Doot / d’ander op ’t Kerck-hof.

Quoties utraque pars magno ſuo malo diſcedit, ita ut plerumque ſolet in bellis accidere. Item in litibus forenſibus, & contentionibus.

100. *Timidi nunquam ſtatuerunt trophæum.*

Ἀλλ᾽ οἱ γὰρ ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔποτε τρόπαιον ἐστήσαντο.

Aptè dicetur in eos, qui per animi ſocordiam, inertiamque, nihil egregium, nihil arduum audent aggredi. Aut qui periculi metu à magnis abſtinent negotiis.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA VII.

1. *Unà cum ipſis manipulis.*

Αὐταῖς ἀμάλλαις.

Alle de hutte met de mutte. Met kat en met muys.

CUM omnia funditus pereunt, hoc eſt, cùm ne gluma quidem ſit reliquum. Proverbium à ruſticis natum videtur.

2. *Ne Æſopum quidem trivit.*

Οὐδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκε.

Hy kent niet een A voor een B.

De vehementer ſtupidis & imperitis. Antiquitus enim Æſopi fabellas etiam vulgus idiotarum tenebat. Has igitur qui non legiſſet, nihil ſcire videbatur.

3. *Vulpes bovem agit.*

Ἀλώπηξ τὸν βοῦν ἐλαύνει.

't Gaet vreemt genoech toe. 't Gaet ſlim genoech toe.

Cùm res aliqua abſurdè geritur, nihil enim vulpi cum agricolatione, veluti ſi quis Poëta de rebus ſacris concionetur, aut leno tractet Rempublicam. Licebit & ad eum torquere, qui non ex animo, ſed alio ſpectans, fingit ſe quippiam velle facere, quo ſenſu noſtrates non raro dicunt, **De Zee ſal wat nieuws op werpen. Wat werpt de Zee hier op? Hier ſal wat verrijſen. Men ſal wat nieuws ſien.**

4. *Non eſt remedium adverſus ſycophantæ morſum.*

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δήγματος, ſubaudi φάρμακον.

Voor een Dief kan men ſijn deur ſluyten / maer niet voor een Leugenaer.

Dictum eſt in calumniam, cujus morſus non ſolùm pernicioſiſſimus eſt, verumetiam inevitabilis, quod clancularius ſit plerumque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

5. *Apage hoſpitem in tempeſtate.*

Ἄπαγε ξένον ἐν χειμῶνι.

Loopt wech / 't is hier inde merckt / men mach hier niemant ſetten.

Dici ſolitum, ubi quis importunius adveniret. Nam moleſtiam adferunt hoſpites, ſi quando in rebus adverſis & afflictis ſuperveniunt.

6. *Indoctior Philonide.*

Ἀπαιδευτότερος Φιλωνίδου.

Een ongeleert kalf / Hy kent min dan niet.

Philonides hic Melitenſis erat, prægrandi corpore, cæterum inſulſus & indoctus.

7. *Dentem dente rodere.*

Hart tegen hart ſeyde de Duyvel / ende hy ſcheet tegen den Donder.

Competit in eum, qui mordet pari mordacitate præditum. Aut ſi de eo dicas, qui lædi non queat, & unde nihil auferas, tunc illud eſt quod noſtratibus dicitur: *Dente dentem rodis*, **Daer is niet op te winnen / Daer is niet te haelen dan kruyt en loot.** Sic Martialis:

——— *Quid dentem dente juvabit,*
Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

8. *Jovem lapidem jurare.*

Ten Heyligen ſweeren / by kas ende by kruys / Sweeren als een ſchaecker.

De iis, qui ſanctè & religiosè dejerant. Sumptum à priſco feriendi fœderis ritu, quod à patre patrato manu tenente lapidem, conceptis verbis peragebatur. Adagium variè poterit uſurpari. *Super hac re non dubitem tibi vel Iovem lapidem jurare. Iovem lapidem jurabat, nihil iſtiuſmodi cogitatum fuiſſe,* **Hy ſwoer by kas ende kruys** / id eſt, per crucem ſanctam, ipſamque qua illa clauditur, thecam.

9. *Cimmeriis tenebris involutus.*

Soo blint als een kauw. Daer baet kaers noch bril.

Multam obſcuritatem aut animi caliginem *Cimmerias tenebras* appellant. Lactantius: *O mentem Cimmeriis, ut ajunt, tene-*

enebris atriorem! Natum à Cimmeriæ regionis prodigioſa
obſcuritate, ut quam ſol nunquam aſpiciat.

10. *Fruſtra Herculi.*

Εἰκῇ τῷ Ἡρακλεῖ.

Aen ſijn ſtock is niet te blaſſen.

Fruſtra Herculi, ſubaudi, *calumniam ſtruxeris*. De his di-
i conſuevit, qui ſic omnia ſua negotia gerunt, ut nemo
queat, aut audeat calumniari: nam Herculi mos erat res a-
ienas vi abducere, non dolo. Convenit autem in vehemen-
ter probum ac laudatum, ac præpotentem virum.

11. *Ne in nervum erumpat.*

Dat ghy 't niet te groſ maeckt/ vercht hem niet te veel.

Quadrat in temerariam inconſideratamque audaciam, quæ plerumque infelix eſſe ſolet. Sumptum à ſagittariis, ſic arcum intendentibus, ut nervus non ſine ipſorum periculo diſſiliat.

12. *Ipſa ſenectus morbus eſt.*

Χαλεπὸν γῆρας.

d'Ouderdom is een ſchennis.

In ſenibus ut abſit morbus, ipſa ſenecta per ſe mala valetudo eſt. Virgilius:

Subeunt morbi, triſtiſque ſenectus.

Homerus frequenter χαλεπὸν γῆρας, moleſtam ſenectutem vocat. Horatius:

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt. Juvenalis:
Circumſilit agmine facto morborum omne genus.

13. *Adraſtia Nemeſis. Rhamnuſia Nemeſis.*

Ἀδράστεια νέμεσις.

Godt wreeckt/ eer hy ſpreeckt.

Subauditur, *adeſt*, aut *aderit*. Licebit uti in eos, quibus ob inſolentiam arrogantiamque fortunæ commutationem minamur: vel qui à rebus florentibus ad calamitoſam fortunam redacti ſunt. Eſt autem *Nemeſis* Dea inſolentiæ, & arrogantiæ vindex. *Adraſtiam* autem vocant, quod nullo curſu no-

ſu nocentes eam effugerint: *Rhamnuſia* verò dicitur, quod in Rhamnunte Atticæ loco præclaram habuerit ſtatuam, Veneris ſpecie, malam arborem manu tenens.

14. *Riſum ſyncruſium ridere.*

Γέλωτα συγκρέσιον γελᾶν.

Over de balck lacchen. Lacchen datmen ſchudt.

Cachinnari atque effuſius ridere, hoc eſt: Græci συγκρέσιον vocant, quod hominem quatiat, **Lacchen datmen ſchudt;** ut autem turpe viro eſt muliebri more ejulare, ſi quid doleat, ita gaudio immoderato in cachinnum effundi, parum decorum eſt.

15. *Roſam quæ præterierit, ne quæras iterum.*

Ῥόδον παρελθὸν μηκέτι ζήτει πάλιν.

Weeſt doch niet out mal.

Quadrabit in eos, qui jam ἔξωροι, alieniore ætate voluptates ſectantur. Veluti ſi nucibus ludat vir, aut pilam ludat ſenex decrepitus.

16. *Roſam cum anemone confers.*

Ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις.

't Komt niet by.

't Scheelt even ende oneven / als nacht ende dagh.

Ubi quis vehementer imparia inter ſe componat. Anemona enim papaveris ſpecies eſt, nulla odoris gratia commendata.

17. *Roſas loqueris.*

Ῥόδα μ' εἴρηκας.

Met die mondt moet ghy wijn drincken.

Roſas verba gratiſſima, & roſarum inſtar amabilia vocamus: Huic autem diverſum eſt illud ex Aulularia Plauti. *Lapides loqueris*, **Ghy jaeght my een koorts op mijn hals.** Noſtrates autem læto nuncio bonam ſpem facienti, poculum vini ſoliti ſunt precari.

18. *Rhodii ſacrificium.*

Ῥόδιοι τὴν θυσίαν.

Het ſal daer Boeren kermiſſe vallen.

Ubi convivium jurgiis, & verbis malè ominatis peragitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ur. Idem eſt cum eo quod ſuperius retulimus, *Lindii ſa-rum.*

9. *Rhodiorum oraculum illi eſt.*

Ῥοδίων χρησμός.

Hy ſteeckt niet een vinger in d'aſſche buyten hem.

Ubi quis de minutiſſimis etiam rebus aliquem crebro, ni-miumque diligenter conſulit. Rhodienſes enim conſulto o-aculo, ſi matulam in ſacrificium inferre liceret, accepto eſponſo id permittente, rurſum ſciſcitati oraculum ſunt, ereamne illaturi eſſent, an teſtaceam: Unde indignatus Deus, neutram reſpondit.

0. *Ruſticanum oratorem ne contempſeris.*

Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει ῥήτορος.

Der Boeren ſlagen ſijn trouw ende waerheyt.
Het dreygen der Boeren/ moetmen wel op loeren.

Qui valent eloquentia, non perinde curandum eſt, quid ninentur, aut polliceantur. At penes quos ruſticana veritas ſt, quid vel incultè dixerint, haudquaquam oportebit ne-gligere. Siquidem hujuſmodi plus ſolent efficere, quàm oqui.

1. *Rus è civitate facis.*

Ἀγρὸν τὴν πόλιν ποιεῖς.

Meent ghy hier in een wilt wout te zijn?
Ghy ſtelter hier heel na u ſelfs handt.

Hoc eſt, Neglectis bonis legibus, vi, proque tua libidine ic rem omnem geris. In civitatibus enim legibus ex æquo ivitur; in agris licentius.

22. *Cicernus Bacchus.*

Ἐρεβίνθιος Διόνυσος.

Propheten dranck. Het zijn oude ballen.

De potu aut re vehementer contempta ac vili. Sumptum à potu ex cicere aut leguminibus aliis confecto, ut in his regionibus fieri conſuevit, quæ vitem non ferunt. Hinc natum videri poteſt & illud: οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, ut id dixerit quiſpiam guſtata cereviſia. Erebinthius autem vocatur Dio-nyſius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

nyſius, quod illi antiquitas, *neſcio quæ Oſcilla ex alta ſuſpendit mollia pinu*, ſive erebintho.

23. *Ne quære mollia, ne tibi contingant dura.*

Μὴ τὰ μαλακὰ μώεω, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς.

Siet dat u de bouten niet qualijck bekomen.

In eos, qui dum præter modum captant voluptatem, incidunt in moleſtiam. Noſtrates ab iis qui aſſa avidè nimis devorant, parœmiam ſumunt.

24. *Ne Execeſtides quidem viam invenerit.*

Οὐδ᾽ Ἐξηκεστίδης ἂν εὕροι τὴν εὐθεῖαν ὁδόν.

Hy is wel in ſijn gat getoomt.
Daer is geen gat in te vinden.

De negotio perplexo atque inextricabili. Exceſtides autem vulgo malè audiit, quod immodicus eſſet in peregrinationibus, ita ut omnes vias quàm maximè cognitas haberet unde & dici cœptum eſt de iis, qui tota aberraſſent via, aut qui difficili, inexplicabilique negotio diſtringerentur.

25. *Hermonium officium.*

Ἑρμώνιος χάρις.

Niet om ſijnen wil/ maer de ſchapen waren beſt in die wey.
Onder vrientſchaps ſchijn/ beſorght hy 't ſijn.
Hy ſpeelt primum mihi, alterum tibi.

Quoties quis ſtudet officii cauſa videri facere, quod alioqui coactus facit, non quo commodet cuipiam, ſed quod non liceat ſecus agere. Aut qui cùm maximè beneficium dare videtur, tum maximè commodis ſervit ſuis. Rectius Pamphilus ille Terentianus, qui negat liberi hominis officium eſſe, cùm nihil promereatur, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.

26. *Ex arena funiculum nectis.*

Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις.

't Zijn reden die niet ſluyten/ 't Zijn dingen van niet.

In ſtultè fruſtraque conantem quippiam dicebatur. In ſumma, quadrabit in quidvis ἀδυνατον καὶ ἄτοπον, ſimile illis, *Laterem lavas*, *Æthiopem dealbas.*

27. *Al-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

7. *Alcedonia ſunt apud forum.*

Daer is niet te vegen dan de vloer.
Het is een doode ſtroom.

Plautinum eſt ex Caſina, quo tranquillitas atque ſilentium ignificatur. In Pœnulo: *Niſi mihi illam tam tranquillam fa- is, quàm mare eſt olim, cùm ibi alcedo pullos educat ſuos.* Eſt utem *alcedo* ſive *alcyon* avicula paulo amplior paſſere. Fœti- cat autem brumali tempore, qui dies *Alcyonides* ſive *Alce- onia* vocantur. Faciunt ſeptem ante brumam diebus nidos, c totidem ſequentibus pariunt. Et navitæ in his tempeſtatem ullam metuunt.

8. *Alcyonios agit dies.*

Ἁλκυονίτιδας ἡμέρας ἄγ.

Hy heeft het op ſijn toffelkens gebracht.

De tranquillam atque otioſam jam à negotiorum moleſtiis gentibus vitam dicitur.

9. *Empedoclis inter eos ſimultas eſt.*

Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα.

Men mach daer met geen buyſe voeten tuſſchen komen.
Daer ſal nimmermeer goede gront komen.
Sy gunnen malkander het licht in haer oogen niet.

De pertinace & irreconciliabili ſimultate. Empedoclem nim ajunt iis fuiſſe moribus, ut aſſiduè ſimultatem cum ali- uibus ſuſciperet, eaſque pertinaciſſimè exerceret.

0. *Pluris eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem.*

Het ſien gaet voor het ſeggen.

Significat longè majorem habendam eſſe fidem referenti- is ea, quæ viderint oculis, quàm iis qui narrant ab aliis au- ta. Ex Plauti Truculento ſumpta ſententia eſt.

1. *Vulpi eſurienti ſomnus obrepit.*

Πεινῶσαν ἀλώπεκα ὕπνος ἐπέρχεται.

Sy ſlaepen niet al die daer ſnuyven.

In illos, qui diſſimulant, conniventque ad quædam, ut

per

per occaſionem aliquid commodi ferant. Siquidem vulpes urgente fame ſomnum adſimulat, ut allectas aves capiat, ac devoret.

32. *Ad Deorum aures pervenit.*

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν.

De brieven zijn al ten Hoove.
De maer is voor de Man geſprongen.

Ubi facinus aliquot clanculum patratum, reſciſcitur ab iis, qui poſſunt vel remunerari benefactum, vel punire ſecus admiſſum.

33. *Admirabiles ſunt in nectendis machinis Ægyptii.*

Δεινοὶ πλέκειν τὰς μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

Sy weten alle katte quaet.

De verſutis, &, ut ait Plautus, *conſutis dolis dictitatum.*

34. *Aceſei & Heliconis opera.*

Ἀκέσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.

Werck voor een Koningh.
Datmen niet met een vuyl vingerken ſoude aentaſten.
Het is geen gemeen mans ſpijs.

Quæ ſingulari artificio confecta viderentur, ſic antiquitus vocari ſolent. Natum à duobus celebratæ artis artificibus.

35. *Aceſias medicatus eſt.*

Ἀκεσίας ἰάσατο.

Het wil niet voorwaert. Het is Quack-ſalvers werck.
Het wort gemeeſtert als ick u ſeyde.

Dici ſolitum de re, quæ ſemper vergeret in deterius, quoque magis accuraretur, hoc pejus haberet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus.

36. *Agamemnonii putei.*

Ἀγαμεμνόνεια φρέατα.

Beſchickt in een huys is goet dingh.

De novis & admirandis operibus dicebatur. Ajunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & paſſim in omni Græ-

cia

cia puteos effodiſſe, ne per æſtum aquarum inopiâ laborari poſſet.

37. *De fera comediſti.*

Ἀγρίου βέβρωκας.

Gaepen ende geeuwen/ quam noyt van goeder eeuwen.

Dicebatur olim oſcitanti. Nam vulgo creditum eſt ferinam comeſam crebras oſcitationes excitare.

38. *Ruris hic fons eſt.*

Ἀγροῦ πηγή.

Hier is nimmermeer gedaen werck.

De negotio laborioſo, cuique nunquam exhauſti ſatis eſt.

39. *Æſopicus ſanguis.*

Αἰσώπειον αἷμα.

Moort blijft niet ongewroocken.

Indicat Plutarchus dici ſolere, quoties ſero pœna datur de commiſſis.

40. *Manum ſubduximus.*

Wy hebben oock wel by luyden geweeſt.

Id eſt, nos quoque literas didicimus, & præceptorum opera ſumus uſi, ex prima Juvenalis ſatyra.

41. *Ætnæus ſcarabeus.*

Αἰτναῖος κάνθαρος.

Een groote lelijcke ſchelm.

De magnis & fœdis, quod in Ætna varii maximique ſcarabei ſint. Porro *ſcarabeus* inſecti genus eſt, quod è ſtercore ut naſcitur, ita & paſcitur.

42. *Ex tua id non prodit officina.*

Dat ſuyght ghy uyt u eygen duym niet.

Ex noſtra officina depromi dicuntur, quæ à nobis inventa, noſtroque ingenio perfecta ſunt. Eſt autem *officina* locus, ubi opifices ſuum præſtant officium.

43. *Extra chorum ſaltare.*

Ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι.

Al te wijt weyden.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

De eo, qui dicit aut facit à re quam propoſuit, alienum aliquid.

44. *Exorſa primum hæc tela eſt.*

Dit ſpul is eerſt aengedraeyt.

Rem quam arte conſilioque inſtituimus, *exordiri* dicimur. A textrina ducta metaphora eſt. Plautus in Bacchidibus:

Exorſa hæc tela eſt, non male omnino mihi.

45. *In caducum parietem inclinas.*

Daer hebt ghy krancke trooſt.

Quem ſignificamus niti atque confidere rei parum firmæ. Ducta metaphora ab ædificiis.

46. *Scipioni arundineo inniteris.*

Het is een quaet toeverlaet.

De eo, qui ſpes ſuas figit in his, qui non ſolùm non poſſunt eſſe præſidio, verùm etiam noceant deſtituto.

47. *Homo bombylius.*

Βομϐύλιος ἄνθρωπος.

Een recht bulderer.

Homo verboſus, multique ſtrepitus, cæterum inutilis. Eſt autem *Bombylius* apis genus, à ſonitu ſicuti videtur appellatum, ingens, ſed ad mellificium inutile.

48. *Buthus obambulat.*

Βοῦθος περιφοιτᾷ.

Maeckt reet een gepeperde Leeuwerck.

Dici poteſt in edaces. Tractum à moribus Buthi cujuſdam athletæ.

49. *Bunas judex eſt.*

Βούνας δικάζει.

Dat Proces blijft aen een nagel hangen.

Ubi lis in longum profertur, nec unquam explicatur. Parœmia nata eſt à Buna quodam Athenienſi.

50. *Bos ſub jugum.*

Βοῦς ἐπὶ ζυγόν.

Het jock aen den hals. Het gareel aen den hals.

Quoties veluti per riſum aliquem monemus de ſuo ferendo

lo onere, aut præſtando officio graviore. *Ego ſemper veluti ros ſub jugum mittor*, Jck moet altijdt in de ploegh.

I. *Craſſo filo rem tractare.*

Grof met een dingh toe gaen.

Ubi res aliqua non ita acutis & ſubtilibus tractatur rationibus. Cui diverſum eſt quod dicunt, *Tenui filo*, *Craſſo filo rem tractat*, Het komt hem niet naeu toe.

2. *Tenui vena ejus fluit oratio.*

Hy ſou lichtelijck uyt gekalt hebben.

Paupere venâ, Al te bekrompen. *Divite venâ*, uyt een ruyme buydel. Pari modo dicimus, *Divite venâ*, *Paupere venâ*, *Benignâ venâ*. *Venam* autem appellant indolem, & vim genuinam ingenii, tranſlatione ducta à fontibus. Quintil. *Pleniore tamen hæc canali fluunt.*

3. Ὑπερμαζᾶν.

Hoy over de balck eten.

Ματτυάζειν.

Smetſen.

Pro opiparè ſplendideque vivere.

4. *Nec propius quidem feris.*

οὐδ᾽ ἴκταρ βάλλεις.

Ghy komt niet eens by.

Qui procul abſunt à ſcopo, multoque intervallo aberrant à re propoſita. Sumptum ab imperitis ſagittariis.

5. *Diolygium malum.*

Διωλύγιον κακόν.

De lange quel.

Proverbium dicitur de eo, qui malo quopiam ingenti ac diuturno tenetur.

6. *Hæc tibi Pythia & Delia.*

Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια.

Hier mede is u ſpel uyt. Hier mede hebt ghy Heyligh-avont. Hier is Keulen ende Aken.

Quoties ſupremum aliquod opus ſignificamus. Perinde quaſi dicas hæc omnium rerum ſummam eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

57. *Clave findere ligna paras, & ſecuri fores aperire.*

Τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζειν, τῇδε ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾷς.

Het is met u de wendt tegen de keer.

Cùm res præpoſterè geritur. Veluti ſi quis liberos ſervili metu ſtudeat emendare, & ſervos beneficiis ſibi adjungere, & libros minimè.

58. *Bellerophonteæ literæ.*

Urias **Brieven.**

Locus erit proverbio, cùm quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipſum deſcriptæ ſint. Vulgo *literas Vriæ* vocamus.

59. *Cœno puram aquam turbans, nunquam invenies potum.*

Βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν.

Als ghy het ſelf wilt verbakeren / ſoo kan het niet gewerden.

Ubi quis ea quæ per ſe ſunt pulcherrima contaminat, admixtis iis quæ ſunt turpiſſima. Ut ſi Poëticæ admiſceas obſcœnitatem, aut Theologicæ eruditioni opiniones hæreticas.

60. *Charetis pollicitationes.*

Αἱ χάρητος ὑποσχέσεις.

Veel belooven / ende niet te geven.
Doet de gecken in vreughde leven.

Dici ſolitum, ubi quis facilè ac benignè promittit, juxta illud Naſonis:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt.

61. *Ceſcon habitat.*

Κέσκον οἰκεῖ.

Hy is een Gooſen van Thyel.

In ſtupidum & bardum dicebatur. *Ceſcos* enim Pamphyliæ civitas

civitas eſt, cujus cives ob vecordiam, ſtultitiamque vulgo male audiebant.

62. *Circulum nuſquam abſolvit.*

Hy heeft de omnibus aliquid, de toto nihil.

Circulum enim *abſolvere*, eſt rem omnibus numeris, omnibuſque modis perfectam reddere. Metaphora ſumpta à Mathematicis, apud quos circularis figura perfectiſſima abſolutiſſimaque judicatur.

63. *Calidam veruti partem.*

Τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ.

Hy heeft hem vertaſt / vergrepen.

Subaudiendum *arripuit*, aut ſimile quippiam. Utemur ubi quis per imperitiam negotii, ea parte rem aggreditur, qua minimè tutum fuerat aggredi: aut ubi quis ob inſcitiam pro melioribus eligit pejora.

64. *Titanicum tueri.*

Τιτανῶδες βλέπειν.

Sien ofmer negen op hadde.

Titanicum torvum vocant ac tetricum, cujuſmodi fuiſſe feruntur veteres illi Titanes.

65. *Thraces fœdera neſciunt.*

Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.

Men mach geen touw aen haer beleggen.

Thracum Barbariem & immanitatem, perfidiamque ſatis arguit interemptus à Polymneſtore Polydorus, hoſpitii jure violato.

66. *Thunniſſare.*

Θυννίζειν.

Græci transferunt pro ſtimulare, pungereque: vel quòd hic piſcis, quo ſit palato gratior, pungi ſoleat, vel quòd ipſe piſcis, adurat, pungatque contactu.

67. *Citius uſura currit, quàm Heraclitus.*

Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτω περινέω τρέχει.

De renten komen al ſlapende om.

Admonet adagium abſtinendum à mutua pecunia, quæ

 creda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

credatur ad uſuram. Sumptum proverbium ab Heraclito quodam celeritate currendi præter cæteros eximio atque excellenti. Juxta Doricam autem dialecton dictum eſt, Ἡρακλείτω & περιγνέω, pro Ἡρακλείτου περιγνέου, *Heraclito celerrimo.*

68. *Celerius abſolvetur quàm Butes.*

Θᾶττον ἢ Βούτης.

Het ſal ſtrijckt ende ſet weſen. Met een lickt. Met een veech.

Hoc adagio ſignificabant aliquid quamprimum abſolvi, compendioque explicari. Hinc autem natum, quòd ajunt Athenis inter picturas Stoæ porticus depictum fuiſſe Buten quendam, atque ita pictum, ut ſumma capitis pars cum oculis duntaxat videretur, videlicet ut ſpectator imaginaretur, reliquum corpus tegi montis objectu, in quo ingrediebatur. In ejus igitur pictura, quoniam non multum operæ ſumpſerat pictor, proverbio jactari conſuevit de his, quæ facilè perficiuntur.

69. *Lydus oſtium clauſit.*

Λυδὸς τὴν θύραν ἔκλεισεν.

Die deur gaet toe / denckt nu hoe.

De iis, qui rem quampiam obſcœnam aggreſſuri, fugitant arbitros, abduntque ſeſe, propter Lydos molliciei notatos. Unde & Plautus *Lydum volſum* vocat.

70. *Lydus in meridie.*

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.

Hy ſoude wel altijdt ſoenen.

In hominem inſatiatæ, aut etiam intempeſtivæ libidinis. Narrant enim Lydos adeò libidine perditos fuiſſe, ut non tantum noctu vacarent voluptati Venereæ, verum ipſo etiam meridie laſcivirent.

71. *Caprarius in æſtu.*

Αἰπόλος ἐν καύματι.

Altijdt het malle vel aen.

Conſimilem habet ſenſum cum ſuperiore, videlicet intempeſtivæ libidinis. Nam his horis caprarii, dum ſeductis gregibus in umbra latitant, laſcivire ſoliti ſcribuntur.

72. *Ly-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

72. *Lydus cauponatur.*

Λυδὸς καπηλεύει.

Hy houdt voor ſtoof/ achter bordeel.

In effœminatos & voluptatibus addictos jaciebatur. Nam Cyrus rex aliquando devictis Lydis, imperavit ut cauponam exercerent, neque tractarent arma, ſed veſte ad terram demiſſa uterentur, quæ olim molliciem indicarat, ut ad eum modum velut in fœminas transformati ad rebellionem fierent inutiles.

73. *Nec Lydorum carycas, nec flagrorum volo ſtrepitus.*

Μήτε Λυδῶν καρύκας, μήτε μαστίγων ψόφους.

Ick wil met de boeven in 't goet noch in 't quaet te doen hebben.

Lydorum carycas antiquitus vocabant, quicquid eſſet opiparum & variis conditum cupediis. Perinde itaque hoc eſt, ac ſi dicas: Nec blandimenta volo, nec convitia, nec nimium blanda, nec rurſum aſpera nimium, & ut alibi dictum eſt: *Neque mel, neque apes.*

74. *Lupinum potum.*

Λυκεῖον ποτόν.

Ubi quis voluptatem ſui capitis periculo emeret. Narrant enim duos erupiſſe fontes ſacros Apollini, quorum alter vino ſcateret, alter melle; ad quos cùm aves advolarent, arcu feriebantur. Porrò Apollo ſuper cætera cognomina dictus eſt *Lucius*, ſive à Luce quam aperit, ſive à lupis interfectis.

75. *Lupi decas.*

Λύκου δεκάς.

Ghy moet mede een ſtuck ſpecks uyt de panne hebben.

Ghy moet daer mede de thienden af hebben.

Dictum apparet in eos, ad quos inhoneſti lucri pars aliqua rediret.

76. *Verba importat Hermodorus.*

Λόγοις γὰρ ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται.

Een ſchoon praetken voor u gelt.

In eum dicebatur, qui præter verba nihil adferret. Natum ab Hermodoro quodam Platonis auditore, qui commentarios ab illo conſcriptos, in Siciliam deportare conſueverit, atque inibi venditare. Unde Siculi ut ſunt dicaces, rem in proverbium verterunt.

77. *Pomarius Hercules.*

Μήλιος Ἡρακλῆς.

Het is poccherſ werck. Daer leyt niemant t'huys.

Per contemptum dicebatur in eum, qui nomen quidem magnificum gereret, cæterum opibus nullis, nullaque potentia pollens. Natum à pueris, pro ariete Herculi pomum immolantibus, cui quatuor ſtipulas addiderunt vice pedum, & duas item, cornuum loco.

78. *Verecundia inutilis viro egenti.*

Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένῳ ἀνδρὶ προΐκτῃ.

Ick ſchaemde my 't jarent / ende nam nu het geldt wel.

Admonet abjiciendum pudorem, quoties urget neceſſitas. Noſtrates ſignificant verecundia factum, ut qui ſuperiore anno ſolvere debuerat, ne nunc quidem adhuc ſatisſecerit.

79. *Ventrem mi objectas, quo probro haud pulchrius ullum.*

Γαστέρα μοὶ προφέρεις, κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων.

Een luttelken ſchants let niet.

Ben ick vol ick ben niet dol.

Objectum ſibi probrum contemnentis eſt. Et venter quidem quo diſtentior cibo eſt, hoc eſt levior, propter auctos, excitatoſque paſtu ſpiritus.

80. Tur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

80. *Turpe ſilere.*

Αἰσχρὸν σιωπᾶν.

Men moet daer wat toe doen.
Men moet raeſen als de luyden.

Quoties quis alterius exemplo extimulatur ad ſtudium, aut negotium aliquod ſuſcipiendum. Aut natum, aut certè uſurpatum ab Ariſtotele, qui, cùm Iſocrates Rhetoricen doceret, æmulatione commotus, cœpit & ipſe pomeridianis illis ſuis περιπατοῖς dicendi artem docere, dicens illud: Αἰσχρὸν σιωπᾶν λαλοῦντος Ἰσοκράτους, *Turpe ſilere loquente Iſocrate.*

81. *Munerum animus optimus eſt.*

Ξενίων δέ τε θυμὸς ἄριστος.

Al is de gift kleyn / 't hert iſt alleyn.

Significat in amicorum muneribus non eſſe ſpectandum rei miſſæ pretium, ſed mittentis potius animum. Quomodo Xerxes ille aquam manibus hauſtam à ruſtico libenter accepit.

82. *Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit.*

Hy ſpeelt het heel van 't mal. 't Mal komt heel boven.
Daer is reden noch beſcheydt in.

Qui eò impudentiæ vel cæcitatis potius devenerunt, ut nullum prorſus faciant diſcrimen inter honeſtum ac turpe, hi neſcire dicuntur, *quid interſit inter caput & inguen.* Sententia eſt Juvenalis de muliere temulenta.

83. *Multitudo imperatorum Cariam perdidit.*

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.

Sonder Heer / ſonder Eer.

Admonet ſenarius, nihil eſſe pernicioſius licentia multitudinis, dum nulli paretur, ſed pro ſua quiſque libidine rem gerit. Hanc Græci vocant ἀναρχίαν, malum penè tyrannide pejus. Et par quidem malum eſt πολυαρχία. Neque certè ineptè, mea ſententia, fecerit, ſi quis hoc utatur pro eo quod noſtrates ferunt, **Hoe meerder verckens / hoe dunner ſpoelingh.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

84. *Mus albus eſt.*

Μῦς λευκὸς ἐστί.

Hy heeft een witte lever.

In hominem laſcivum & libidinis immodicæ dicebatur. Nam mures domeſtici ſalaciſſimi ſunt, præſertim albi. Martialis:

Nam cùm me murem, cum me tua lumina dicis.

85. *Facies tua computat annos.*

Men ſiet wel aen u neus hoe nae hy landt.

A Juvenale dictum eſt in vetulam jam ἔξωρον quidem, & ad Veneris luſus prorſus intempeſtivam, ſed quæ verborum nequitiis impudicam puellam etiamnum ageret. Significat autem frontis rugas numerum annorum præ ſe ferre, quanquam libido in ipſa nondum conſenuerat.

86. *Phœnice rarior. Et corvo rarior albo.*

Van duyſent niet een.

De rebus aut etiam hominibus inventu perquam raris. Siquidem fabulantur toto terrarum orbe unicum tantum reperiri phœnicem.

87. *Non eſt laudandus, ne in parentalibus quidem.*

Οὐκ ἐπαινεθείης, οὐδ᾽ ἐν περιδείπνῳ.

Die hem prijſt / beliecht hem leelijck.
Men mach my van hem niet goets ſeggen.

In hominem dicetur vehementer illaudatum. Atqui antiquis mos erat in cœnis funeralibus, quas Græci περίδειπνα vocant, laudare vita defunctum, etiamſi parum in vita meruiſſet.

88. *Pedibus in ſententiam diſcedere.*

Amen tot een ſaeck ſeggen.

Hoc ſententiam aliquam comprobare eſt. Ab eo ductum, quod aliquando ſenatuſconſultum per diſceſſionem fiebat. Nam tunc univerſi ſenatores ſententiam pedibus ferebant. *Pedibus in hanc diſcedo ſententiam.* **Ick ſegge daer amen toe / de koſter een braſpenningh.** Æditui enim ſacrifico precanti ferè reſpondent, *Amen.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

89. *Suſtine & abſtine.*

Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

Lijdt ende mijdt.

Priore dicto monemur, ut adverſa fortiter toleremus: poſteriore verò, ut ab illicitis voluptatibus nos temperemus.

90. *Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurrit.*

De Natuer gaet voor de leer. Hy magh ſijn oude ſchoenen verwerpen / maer ſijn oude zeden nimmermeer.

Al verlooren / als het in 't gebeent is.

Verſus Horatianus eſt, haud facilè dediſci ſignificans, quæ nobis natura penitus indidit atque inſevit. Ducta metaphora à ramis, qui appoſita furca torquentur aliò, quàm natura poſuerat, qua ſublata, rurſus vergunt quò prius.

91. *Navis annoſa huadquaquam navigabit per mare.*

Ναῦς παλαιὰ πόντον οὐχὶ πλώζῃ.

Van vermolſemt hout / was noyt goede ſtaf.

In eos, qui jam ob ætatis imbecillitatem ad res arduas obeundas, ſuſtinendaque pericula parum ſunt idonei: ſiquidem primum ipſi pereunt oppreſſi negotiorum magnitudine, & in diſcrimen adducuntur, quorum res agitur.

92. *Ni pater eſſes.*

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα.

Waert ghy mijn ouder niet.

Hoc vulgo dici conſuevit, quoties honoris, aut metus cauſa convicium reticebant.

93. *Magnum os anni.*

Μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ.

Hoe goet is het te hooren dat de boter wel gelt.

Dicebatur, quoties, uberior rerum proventus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus.

94. *Me-*

94. *Megaricæ ſphinges.*

Μεγαρικαὶ σφίγγες.

Lichte Deernkens.

Ita ſcorta quædam vulgus olim appellabat, quod Megarenſium mores improbi, ficti & populari convicio quondam notati fuerint. *Megaricas alit ſphinges*, **Hy houdt Duyven op ſolder.**

95. *Mellis medulla.*

Μέλιτος μυελός.

Een hondt en gaf 't ſijn moeder niet.

De re majorem in modum ſuavi ac delicata dicebatur.

96. *Meliores nunc nactus eſt aves.*

Ἀμεινόνων οἰωνῶν τυχεῖ.

Hy vaert nu wel/ 't gaet hem nu voorwaert.

De iis quibus poſt res adverſas ſuccedunt proſperiora. Laboravit autem hac ſuperſtitione antiquitas, ut in magnis rebus aggrediundis, avium occurſus obſervaret, neque defuerunt, qui eam artem profiterentur.

97. *Aliud genus remi.*

Ἄλλο γένος κώπης.

Een nieuw ſnofken. Wat nieuws.

Dicebatur olim, ubi quiſpiam res novas & antea non viſas induceret. Aut ubi quis verſis moribus priſtinis, novum & inuſitatum vitæ genus inſtitueret. Natum ab Hercule qui aliquando leonis exuvio vice carbaſi eſt uſus, clava mali loco, pro rudentibus pharetræ loris, & arcu pro remo, denique pro navigio lebete.

98. *Clamoſior lauro ardente.*

Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης.

Hy tiert of hy 't Griecx vyer in 't gat hadde.
Hy roept als een kreupel.

In vehementer clamoſos, ſiquidem laurus adhuc virens, in ignem conjecta, maximos edit crepitus.

99. Nunc

99. *Nunc leguminum meſſis.*

Νῦν ὀσπρέων ἄμητος.

Dit is de tijdt diemen beſigen ſoude.
Nu ſoumen 't yſer ſmeden.

Id eſt, nunc tempeſtivum eſt hoc aut illud agere. Velut ſi quis admoneat juvenem, nunc adeſſe tempus parandæ gloriæ, parandæ eruditionis, aut ſimilium.

100. *Nunc dii beati.*

Νῦν θεοὶ μάκαρες.

Nu machmen ſien dat Godt noch leeft.

Vox erat velut adgaudentis & aggratulantis, quoties nocentibus ſupplicium meritis dignum contigiſſet.

CHILIADIS SECUNDÆ

CENTVRIA VIII.

I. *Ordinem deſerere.*

Λιπεῖν τὴν τάξιν.

Sich te buyten gaen. Sich voorby laten ſeylen.

QUI deeſt officio ſuo in re quapiam peragenda. Lucianus in libello de mercede ſervientibus, interprete Eraſmo: *Neceſſum eſt itaque, ut aſſidue apud illum conſpiciaris, neque deſis unquam, quin diluculo ſurgas, teque in famulitio conſpiciendum exhibeas, neque deſeras ordinem.*

2. *Ovium nullus uſus, ſi paſtor abſit.*

Προβάτων οὐδὲν ὄφελος, ἐὰν ὁ ποιμὴν ἀπῇ.

Een dient geen aers ſonder bedwangh.
Vader uyt / Moeder uyt / her herk is vanden Dam.
Als de kat van Huys is / ſoo heeſt de muys haer vollen.

Admonet adagium ἀναρχίαν rem eſſe omnium pernicioſiſſimam. Nihil rectè faciunt miniſtri, niſi adſit herus. Inutiles

les diſcipuli quoties abeſt præceptor. Inutilis populus, ni principis autoritate gubernetur.

3. *Periculum proræ ſelis.*

Κίνδυνος ἡ ἐν πρώρᾳ σελίς.

Hier moeſtmen ſchoot en gard wel beleggen.

Quoties ſignificamus ubi negotii caput, ac præcipuum in re quapiam periculum eſt. Nam hoſtes expugnaturi navim, in proram primum aſſultum faciunt. *Selis* autem ſella eſt, quæ in proris eſſe conſuevit.

4. *Impetis peritum artis.*

Βάλλεις εἰς ἔχοντα ἐπιστήμην.

Ghy ſult daer waer aen vinden.

Ubi quis convitium facit homini, qui norit & ipſe retorquere convitium. Aut qui carpit velut imperitum, qui non inferior ſit in artis ſcientia.

5. *Philippi Gallus.*

Φιλίππου ἀλεκτρυών.

Het is al weer / hoe ſijn Haen Koningh was.

Ubi quis de levi quopiam facinore, perinde ut de maximo ſeſe jactitat. Nam Alectryon dux quidam erat Philippi regis; quem Chares Athenienſis confecit. Apparet autem Charetem hunc hujus facti nimium crebro, nimiſque inſolenter apud populum Athenienſem verba facere ſolitum fuiſſe.

6. *Parit puella, etiam ſi malè adſit viro.*

Τίκτει κόρη κακῶς ἀνδρὶ παρείη.

't Is een kleyne vonck daer 't heel huys van bernt.
Een drooghe torf is haeſt ontſonckt.

Dici conveniet, quoties res facilè conficitur ex ſententia, etiam ſi negligenter & ignaviter geſta fuerit. Veluti puella propter ætatis felicitatem facilè gerit uterum, etiam ſi cum viro non admodum viro rem habuerit. Item egregium ingenium, etiam ſub malo & indiligente præceptore bonas aſſequitur literas.

7. Pa-

7. *Paſetis ſemiobolus.*

Τὸ πάσητος ἡμιωβόλιον.

Dat ſijn kluchten. Dat is uyt den Aeſ-ſack geſpeelt.

De re nova ſtupendaque, & præſtigiis ſimillima. Veluti cùm orator efficit, ut eadem cauſa primum optima, mox peſſima videatur, aut res eadem maxima ſtatimque minima appareat. *Paſetes* autem hic præſtigiorum & magiæ peritus emebat frequenter, pretiumque rei numerabat, verùm mox nummus non apud venditorem, ſed apud *Paſetem* reperiebatur.

8. *Parvus ſemper tuus pullus.*

Μικρὸς ἀεὶ ὁ σὸς πῶλος.

Ghy blijft altijdt even groen.

Ghy blijft altijt in de puncten van elf-en-dertigh.

Ubi quis ob ſtaturæ brevitatem diu puer videri cupit. Aut ubi qui natu grandiores ſunt, verborum tamen delitiis affectant videri juvenculi.

9. *Phaſelitarum ſacrificium.*

Φασηλιτῶν θῦμα.

Met de minſte koſt blijven ſy langhſte mee te ſamen.

Het is daer in Scherperpen.

Sordidum ac tenuem ſumptum hoc adagio ſignificabant. Tradunt enim Phaſelitas, Pamphiliæ gentem, piſciculis ſalſis diis ſacrificare. Eudemus item ſcribit hos Capro Deo ſalſamentis rem divinam facere.

10. *Pejus Babys tibiâ canit.*

Κάκιον Βάβυς αὐλεῖ.

Het ſop is de koolen niet waert.

Het en doocht niet / ende ſal op den tap niet beteren.

Het en doocht niet / ende is ſijn ſtraffens niet waert.

Hoc adagium jaci conſuevit in eos, quorum exercitatio vergit ſemper in pejus, ita ut negligendi potiùs ſint, quàm ſupplicio ullo mulctandi.

11. *Cercopum cœtus.*

Ἀγορὰ Κερκώπων.

Een hoop jaech-upten / daer van de beſte een boef is.

De conciliabulo, conventuque verſutorum & improbo-

rum hominum. Narrant enim Cercopes quoſdam Epheſi fuiſſe, notæ fraudulentiæ viros, qui ſuis dolis conati ſunt, ipſi etiam Jovi imponere.

12. *Cervinus vir.*

Ἐλάφειος ἀνήρ.

Een haſe-kop.

Cervinus vir olim dicebatur formidoloſus, & fugæ fidens magis quàm viribus. *Cervus* enim animal curſu perniciſſimum eſt, & in venatu pedibus ſibi quærit ſalutem. Noſtrates à leporis timiditate ſumunt parœmiam.

13. *Cercopiſſare.*

Κερκωπίζειν.

Het honde gat uyt willen.

De his, qui pergunt moleſti eſſe, obturbare atque obſtrepere. Voce deflexa à Cercopibus illis Lydiis, quos Hercules, quod ſibi cum Omphale cubanti, petulantius obturbarent, amicæ juſſu vinctos de clava ſuſpendit. Vide Eraſmum in adagio: *Ne in Melampygum incidas.*

14. *Vale charum lumen.*

Χαῖρε φίλον φῶς.

Adieu / wy twee wy moeten ſcheyden.
Het en baet lieve Moeder noch lieve Vader /
Ick gae mijn gange / adieu al te gader.

Cùm relinquimus amicum, aut rem aliquam tenerius adamatam.

15. *Veniat qui proderit hoſpes.*

Ξένος ἔλθοι ὅστις ὀνήσει.

Die wat brenght is wellekom.

Admonet adagium eorum demum adventum eſſe gratum, qui commodi quippiam adferunt. Ovidius:

Ipſe licet venias, Muſis comitatus, Homere,
Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.

16. *Obolum reperit Parnœtes.*

Ὀβολὸν εὗρε Παρνοίτης.

Deſe weet hoemen katkens behoort te wiegen.

Accommodari poterit ad illos, qui novum aliquod excogi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ogitarunt præmium, quo aliquos illectent. Natum à Calſtrate Athenienſium principe, cui cognomen additum *Parætes.* Is enim inſtituit, ut in judiciis & concionibus nonullis quædam diſtribuerentur. Id quod Comicorum inſectaio vertit in proverbium.

7. *Apertæ ſunt Muſarum januæ.*

Ἀνεῳγμέναι μουσῶν θύραι.

Konſt is niet achterhoudende.

Si quando dicemus non oportere celare doctrinam Muarum munus, ſed candidè, citraque invidiam impertire, anquam lumen de lumine ſuppeditantes. Quin & uti liceit, cùm aliquem facili, promptoque ingenio ſignificamus n hunc modum: *Apertæ ſunt illi Muſarum januæ,* **Hy foue Balcken aen twee leeren.**

8. *Martis campus.*

Ἄρεος πεδίον.

Een wilt-vangh/ Die 't met de vuyſt houden wil. Een wilt kiecken.

In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi videentur, quique rem vi, non judicio gererent. Non doctis lictis, ſed pugnis, ut quibus in armis jus eſt, quos Heſiodus leganter compoſita voce χειροδίκας vocavit. Cæterum in uo quis valet, id Græci *Campum illius* vocant.

9. *Argenteis haſtis pugnare.*

Ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι.

Met die van der Goude te velde komen.

Qui muneribus ac largitione rem ſuam perficiunt. Eleganter autem à Marc. Tullio dictum eſt, actione in Verrem ecunda: *Nihil eſt tam ſanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia poſſit.* Ortum ab Apollinis oraculo Philippo regi dato in hunc modum:

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις.
Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

20. *Archytæ crepitaculum.*

Ἀρχύτου πλαταγή.

Een ravel-beck. Sijn mont ſtaet nimmermeer ſtil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

In hominem vehementer garrulum & obſtreperum. *Architas* enim Tarentinus crepitaculi genus æreum excogitavit, quod ſuaptè ſponte ſonans pueris luſitantibus daretur, ne quid interim ex vaſis domeſticis contingerent.

21. *Aratro jaculatur.*

Ἀρότρῳ ἀκοντίζει.

Wat hem in de handt komt moet om veêre.
Het ſneeuwt potten ende pannen.

Qui quippiam incircumſpectè faciunt, haud proſpicientes quid ſit in poſterum eventurum. Aut qui ſuo magno incommodo alterum conantur lædere.

22. *Atticus moriens porrigit manum.*

Ἀττικὸς ὑπέχει τὴν χεῖρα κἀποθνήσκων.

De Wolf hapt noch na 't Schaep ſoo hem de ziel uytgaet.
Altijdt ſtaet ſijn handt open.

Huic adagio locum fecit Athenienſium in muneribus captandis & aucupandis lucris inſatiata cupiditas.

23. *Argi collis.*

Ἄργου λόφος.

Het huys van kleppenburch.

Poteſt accommodari vel ad locum, vel ad negotium variis obnoxium calamitatibus. Natum à colle quodam cui cognomen *Argi*, frequentibus homicidiis ac latrociniis infami.

24. *Aſinus eſuriens fuſtem negligit.*

Ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ.

Een vaet ſchaemt noch ſchandt/
Daer honger is in 't landt.

In eos congruit, qui ventris compendiíve gratia, aliquam contumeliam perferunt.

25. *Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam.*

Ἢ κρίνον, ἢ κολοκύντην.

Ick ſal onder of boven liggen.

Id perinde valet, quaſi dicas, aut mortem aut vitam, aut lucrum aut damnum, aut victoriam aut contrà. Sic dixerimus:

nus: *Ego tibi inter dies octo aut cucurbitam exhibebo, aut cucurbitæ florem,* **Jck ſal u af of aen helpen.**

6. *Nudæ gratiæ.*

Αἱ χάριτες γυμναί.

De Liefde is onbeveynſt / open van herte / ende open van handt.

Admonet adagium, ut candidè ac benigniter impertiamus amicis. Aut ne quid inter amicos fictum aut fucatum ſit, verùm nuda ſimpliciaque omnia.

7. *Crobyli jugum.*

Κρωβύλου ζεῦγος.

Hoeren ende boeven is een geſpan. Daer is een ſchotel vuyl gemaeckt.

De ſocietate duorum, qui pari ſunt improbitate ac nequitia. Ut de quibus eſt in epigrammatis Martialis libro octavo:

Vxor peſſima, peſſimus maritus:
Miror non bene convenire vobis.

Quando verò à Crobylo lenone adagium ſumptum eſt, qui ſuo in ſua arte præſtantia ſcorta aluit, quorum lenociniis adoleſcentes in perniciem illiciebat, quàm aptiſſimè dicetur de duobus famulis, diſcipulis, fœminis, aut cujuſvis generis rebus, quæ nequitia & improbitate excellunt. Noſtrate lingua antiphraſticῶs dicimus, **Het zijnder twee die goet ſijn / het zijnder twee voor een paer.**

8. *Mylus omnia audiens.*

Μῦλος πάντ' ἀκούων.

Een rechte luyſter vinck.

Dici ſolitum, ubi quis ſe diſſimularet audire, qui omnia tamen auribus curioſis captaret, auſcultaretque. Tractum vel à mola, unde exploratores obſervare ſoleant, quæ fierent, aut à Myli curioſi cujuſpiam moribus. Noſtrates autem quoties hujuſmodi adeſſe ſignificant per quem ne viſa aut audita prodantur, metuunt, dicere ſolent: **De lucht en is niet klaer. Nu is de lucht klaer.** *Mylus auſcultat. Nunc nemo Mylus audit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

29. *Nos decem Rhodienſes decem naves.*

Ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι δέκα νῆες.

Wy nemender elck wel thien op onſe tanden.

In eos torquendum, qui nimium tribuunt ſuis viribus. Natum videtur à dicto Thraſonis cujuſpiam, qui decem homines, decem navibus oppoſuerit.

30. *Obliquus curſus.*

Κάμπιος δρόμος.

Een aerdige treck.

Quoties res arte ac diſſimulanter agitur. Aut quoties aliud præ nobis ferentes, aliò tendimus, & cuniculis atque ambagibus quibuſdam pergimus ad id, quod aſſequi conamur. Poteſt à navigantibus traductum videri, cùm reflantibus ventis tranſverſum navigant. Neque ineptè hoc adagione utemur pro eo quod inter noſtros audimus, **Het gaet ſlim genoegh toe /** dum innuunt rem aliquam parum rectè ac fideliter geri.

31. *Ne Jupiter quidem omnibus placet.*

Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς πάντας ἁνδάνει.

Niemant kant paſſen / dan die het ſtoren doet waſſen.

Quoties negamus fieri poſſe, ut unius factum placeat omnibus.

32. *Non perſuadebis ne ſi perſuaſeris quidem.*

Οὐ γὰρ πείσῃς οὐδ᾽ ἂν πείσῃς.

Het komt in my niet / al ſagh ick dat ghy ſeght.
Alle de werelt maeckt my dat niet diets.

Hyperbole eſt, quoties negamus fieri poſſe, ut rei cujuſpiam fidem nobis aliquis faciat.

33. *Novit hæc Pylæa & Tyttygias.*

Οἶδέ τε Πυλαῖα ταῦτα καὶ Τυττυγίας.

Godt weet alle dingh.

Hiſce verbis innuebant opes malis artibus partas. Tyttygias enim plagiarius quiſpiam fuit, qui ſervos & res alienas, quas furto ſuſtulerat, in Pylæa (is eſt Arcadiæ locus) venditare conſuevit, atque hoc quæſtu dives evaſit.

34. Te-

34. *Teipſam laudas.*

Σεαυτὴν ἐπαινεῖς.

Ghy ſchijnt quade gebuyren te hebben.

Ubi quis ſeſe laudat, ſuique tibicinem agit. Plenè autem dicimus, Laudas teipſam mulier Aſtidamæ in modum. Hic autem hiſtrio cum ponendæ ſibi in theatro ſtatuæ ipſe titulum adderet, arrogantius in eo ſeſe laudans, repulſus eſt. Quæ res comicorum convitiis exagitata, tandem in proverbium abiit.

35. *Syrbenæ chorus.*

Συρβήνης χορός.

De Boeren dans.

De choreis incompoſitis ac tumultuoſis olim dictitatum. Nam σύρβην quidam vocem exiſtimant, qua ſubulci erga ſues utantur, unde & σύρβα pro tumultu abutuntur. Ducta videtur metaphora à diſſono illo porcorum grunnitu. Non intempeſtivè dicetur in homines inter ſe diſcordes & querulos, aut ubi offendet aures imperitorum cantorum ſymphonia diſcors.

36. *Polycrates matrem paſcit.*

Πολυκράτης μητέρα νέμει.

Hy is ſeer behulpſaem / maer behoudt het ſijn.

Ubi quis alieno ſumptu de quopiam bene mereri ſtudet. Nam Polycrates Samiorum tyrannus matres militum qui in bello interiſſent, civibus locupletioribus nutriendas dare conſuevit: *Hanc tibi*, inquiens, *do matrem*.

37. *Heſiodia ſenecta eſt.*

Ἡσιόδειον γῆρας ἔχει.

Het is een ſtock-out Man.

Hy heeſter menich van den boom geſeten.

De longævis ac vivacibus dicetur. Siquidem Heſiodus bis pubuiſſe ſcribitur, quod extremam ſenectam aſſecutum ſignificat. Noſtrates parœmiam à baculo ſumunt, qui aſſervatus longam durat ætatem.

38. *Lotum guſtavit.*

Λωτοῦ ἔφαγε.

Hy heeſtet daer goet gevonden.

De iis dicebatur, qui diutius alicubi hærerent, velut obliti reditus. Sumptum ab Ulyſſis ſociis, qui guſtata apud Lotophagos loto, redire ad navem noluerunt, niſi verberibus adacti. Eſt autem *Lotus* Plinio arbor, & Theophraſto etiam *herba*, ſed utraque palato gratiſſima.

39. *Ex ore lupi hæc rediit.*

Ἐκ λύκου ςόματος τοῦτ' ἔλαβον.

Dit is gevonden goet.

Ubi res quæpiam præter ſpem recipitur, quæ jam planè periiſſe videbatur. Veluti cùm pecunia erepta à prædonibus, aut rapaci tyranno aliquo, inopinato caſu recuperatur.

40. *Boni viri lachrymabiles.*

Ἀγαθοὶ δ' ἀειδάκρυες ἄνδρες.

Goede luyden zijn te vermorwen. 't Zijn geen ſteenen.

De iis dicetur, qui facilè commoventur ad miſericordiam, atque precibus flectuntur. Sic Horatius Plutonem vocat illachrymabilem: *Præceptor illachrymabilis eſt*, **Ten baet hy hem geen lief moeren.** Sumpta noſtratibus metaphora eſt à pueris inter vapulandum à genitrice dilectam matrem invocantibus.

41. *Bocchyris.*

Βόκχυρις.

Een ſeer oprecht man.

Hy heeft maer een derm / ende die recht uyt.

Bocchyris rex quidam fuit Ægyptiorum, adeo notæ & incorruptæ in judicandis litibus juſtitiæ, ut vulgo, ſi quem magnopere juſtum & integrum ſignificare vellent, *Bocchyrim* appellarent: Perinde quaſi *Rhadamantum* dicas, aut *Minoëm.*

42. *Camelus ſaltat.*

Een koe op een kerſſe-boom.

Ubi quis indecorè quippiam facere conatur, & invita, ſicut ajunt, Minerva: *Veluti ſi quis natura ſeverus ac tetricus, affectet elegans ac feſtivus videri.* D. Hieronymus hoc in Helvidium torquet, qui cum à Muſis eſſet alieniſſimus, tamen diſertus haberi volebat.

43. Canis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

3. *Canis in vincula veniet.*

Κύων ἐπὶ δεσμὰ ἔρχεται.

Hy ſal u ſelf t' huys komen.
Hy ſal haver uyt u handt eten.

Ubi quis ſeipſum in ſervitutem, aut in malum aliquod, ſuamve voluntatem injecturus ſignificatur. Sumptum à canibus ultro ſe vinciendos præbentibus cibi lenocinio.

44. *Chius ad Coüm.*

Χῖος πρὸς Κῷον.

Ses tegen een. Het ſcheelt als nacht ende dach.

De comparatione vehementer inæquali dicebatur. Nam in ludo talorum, jactus qui *Chius* dicebatur, unioni reſpondebat; *Coüs* verò ſenioni.

45. *Optimum condimentum fames.*

Honger is de beſte ſaus.

Socraticum apophthegma eſt, quo ille Athenienſium luxum irridebat; qui variis cupediis & conditurisſuorum ciborum, palato ſerviebant.

46. *Phani oſtium.*

Ἡ Φάνου θύρα.

Hy ſal daer Godt wouds een ſchut voor ſchieten.

Id accinebatur, ubi quis fruſtra ſervaſſet aliquid, veluti ſi uxor multa zelotypia ſervata, adulterio vitietur. Natum à Phano quodam cæco, qui cum uxorem haberet parum ſpectatæ fidei, atque adulterii ſuſpectam, atrii fores ſic occluſit, ut non niſi cum ſtridore, ſonituque poſſent aperiri. Unde cum illa per tegulas reciperet adulterum, vicini per jocum dicebant *Phani janua.*

47. *Aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat.*

Ἢ Πλάτων Φιλονίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει.

Malkander ſoo gelijck / of d'een uyt d'anders hert geſneden waer.

Per allegoriam torqueri poterit ad quoſvis inter ſeſe vehementer ſimiles. Quia verò hic morum ſimilitudo potiſſimum ſignificatur, ut diximus noſtrate lingua, **Of de een uyt des anders hert geſneden waer /** ad imitationem tritiſ-

 ſimi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſimi apud nos ſermonis, quo formæ ſimilitudinem ſummam ſignificantes, dicimus: Hy is hem ſoo gelijck of hy uyt ſijn aengeſicht geſneden waer.

48. *Viro Lydo negotium non erat.*

Ἀνδρὶ Λυδῷ πράγματα οὐκ ἦν.

Hy had niet wercks genoegh van hem ſelven.

Plene dicimus, *Viro Lydo negotium non erat, at ipſe foras profectus paravit*, hy had niet wercks genoegh t' huys/ hy moeſtet buyten ſoecken. Non ſatis erat moleſtorum negotiorum domi, quin foris ea ſibi inveheret. Sumptum à Cræſo Lydorum rege, qui antea felix, ac rebus florentiſſimis utens, Cyrum in ſe provocavit, à quo victus, in maximas calamitates devenit.

49. *Ne unquam viri ſenes.*

Ἀνδρὸς γέροντος μὴ ποτ' εἰς πυγὴν ὁρᾶν.

Oude luy/ koude luy/ 't is goet met hem te lijden.

Non requirendum docet à quoquam, quod ab ipſo præſtari non poſſit.

50. *Amæa Azeſiam reperit.*

Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν.

Het lieve kint is te lande gekomen.

De re diu multumque quæſita deſiderataque. Nota autem fabula Cereris eſt, Proſerpinam quærentis. Hæc autem Trœzeniis *Azeſia*, & illa *Amæa* vocari ſcribitur.

51. *Tanquam heros in clypeo te excipere volo.*

Ὥσπερ ἥρως ἐν ἀσπίδι ξενίσαι σὲ βούλομαι.

Ghy ſult my altijdt u vrient vinden/ als een vroom Lantſknecht.

Ick wil ſien wie aen u ſtock ſoude derven vaſſen.

Dici ſolitum, ubi quis ipſius artibus, aut benefactis fretus, de amicis bene mereri conaretur. Heroës enim aſſiduè in armis degentes, velut in clypeo diverſabantur, & ſi quid opus fuiſſet amicis, quod armis præſtari poterat, id promptè præſtabant, utpote ſola virtute divites.

52. Jovis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

52. *Jovis ſandalium.*

Τȣ̃ διὸς σανδάλιον.

Het is geen kleyntjen. Wat een dinck is moſtaert!

Per ironiam dicebatur, in eum, qui magni quippiam videri vellet, propter principis alicujus familiaritatem. Veluti ſi quis inſolens ſit ac ferox quòd regius ſit coquus, aut imperatoris ſatelles. Item de re: Ut ſi quis equum regium, aut veſtem miretur, non ob aliud, niſi quòd regis ſit.

53. *Lux affulſit.*

Ἥκει φῶς.

Ick ſie daer een gat in.

Ubi melior ſpes de re aliqua difficiliore oſtendi cœperit. Euripides:

Ἥκει φῶς ἐμοῖς καὶ σοῖς κακοῖς,

Meiſque venit lumen, ac tuis malis.

Lumen enim fauſti ſemper ominis fuit apud veteres. Cicero: *Lux quædam videbatur oblata.*

54. *Lupus aquilam fugit.*

Λύκος ἀετον φεύγει.

Hy moeter blijven / kleven.

Men kan Godt niet ontloopen.

Ubi periculum imminens evitari non poteſt. Aquila autem ſummi Jovis miniſtra eſt.

55. *Lupus ante clamorem feſtinat.*

Λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει.

Een dief is bloode.

Hy packt hem wech eer de roep op gaet.

Ubi quis admiſſi ſceleris conſcius, ultro timet, priuſquam accuſetur. Siquidem lupus, captâ prædâ, mox properat aufugere, ne coörto ruſticorum clamore, veniat in periculum.

56. *Lupo agnum eripere poſtulant.*

Sy meenen hem het Schaep te ontjagen.

Ubi quis fruſtra conatur, aut id ſtudet, quod ægrè efficiat atque obtineat, contra rapacem, qui manus ſemel in rem injecerit. Plautus in Pœnulo: *Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

57. *Viam qui neſcit ad mare, quærit amnem comitem.*

Die 't vier van doen heeft/ die ſoeckt dat in d'aſſchen. Die de wech ſelfs niet kent/ die ſoeckt een goet leytſman.

Qui rem commodè conficere nequit, aut opis indiget, is quavis ratione id conficiat atque opem quærat neceſſe eſt. Fluvius enim ſi longis ambagibus, tamen aliquando tandem ad mare deducit, quandoquidem illuc infunditur. Ex Pœnulo Plautina: *Viam qui neſcit, qua deveniat ad mare, eum oportet amnem quærere comitem ſibi.*

58. *Volens nolente animo.*

Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.

Ick wilde en ick wilde niet.

De ambigente, animique incerto dicitur. Sic in arcanis proverbiis Hebræorum legimus, *pigrum velle & non velle.* Terentius: *Tu voluntate coactus es tua*, **Het was ſtoot my daer ick weſen wil/ of ick val daer ſelfs.**

59. *Vulturis umbra.*

Γυπὸς σκιά.

Hy ſoude geern met de handen in 't meel weſen / ende kan daer niet tuſſchen raken.

De hæredipetis, aut alioqui rapacibus, qui prædæ alicui inhiant, ſed fruſtra, ſiquidem non id poteſt umbra vulturis, quod ipſe vultur.

60. *Præſens abeſt.*

Παρὼν ἀποδημεῖ.

Zijn ſinnen zijn al van huys.

In eum dicetur, qui non animadvertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. Terentius in Eunucho: *Cum iſto milite præſens abſens ut ſies.* Contrà apud Virgilium, de Didone in Ænea: *Abſens abſentem, auditque videtque.*

61. *Una lavabor.*

Παραλοῦμαι.

Ick ſal binnen loopen. Ick ſal u laten binnen loopen.

Ubi

Ubi quis inſinuat ſe in ſocietatem alterius, aut ubi quis admittit aliquem in ſocietatem, uti qui pauperior eſt, ſumptum effugiat. Solebant autem olim divites unà cum pauperibus lavare ac balneum ingredi.

62. *Pinus in morem perditus.*

Πεύκης τρόπον ἀπωλέσας.

Die tot geen verhael komen mach.

Ubi quis funditus radicituſque periit, ita ut nullo pacto reſtitui poſſit. Nam piceam ſuccìſam, negant repullulaſcere.

63. *Procridis jacula habet.*

Πρόκριδος ἀκόντια βάλλει.

Wat hy beſtevet mach hy beſeylen.

De iis, qui veluti certis telis quicquid animo deſtinant, aſſequuntur. Sumptum à notiſſima fabula de Cephalo, qui certo jaculo emiſſo, Procridem uxorem interemit, ratus feram eſſe. Vide Ovidium Metamorphoſeωn VII. Huic diverſum dicit Eraſmus illud Horatianum: *Non ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus.* **Een beſeylt niet altijt dat hy beſtevet. Een goet ſchutter ſchiet wel mis.** Non ſemper id aſſequimur quod cupimus atque conamur.

64. *Promeri canes.*

Προμέρου κύνες.

Het ſal u noch opbreecken.

Dici ſolitum, ubi quis novo caſu pœnas daret iis, quos aliquando læſiſſet. *Promerus* autem regius quidam miniſter fuit, qui Euripidem tragicum poëtam canibus diſcerpendum præbuit, quòd ab eo aliquando apud regem delatus fuerat.

65. *Magiſtratum gerens, audi & juſtè & injuſtè.*

Ἄρχων ἄκουε καὶ δικαίως κ' ἀδίκως.

Die daer is van Heerlijcken Staet /
Sy getrooſt te hooren goet en quaet.

Admonet, ut qui in tractandis Reipub. muneribus verſatur, patientiſſimis ſit auribus, ut non facilè populi vel laudibus, vel convitiis à recto dimoveatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

66. *Fulgur ex pelvi.*

Α'ςραπὴ ἐκ πυέλȣ.

Jan blaecker-boſchs werck.

De minis inanibus eorum, qui lædere non queant. Fulgor enim ex vaſis nitentibus redditus, nocendi nullam vim habet. Noſtrates autem ignis fulgores ac incendia ſignificantes, dicunt, **Branden ende Blaeckeren.** Unde *Blakerboſchios* appellant, qui incendiis ſilveſtrium arborum civitatem perterrefaciunt, ſed vox ipſa pro inaniter minace vulgo tritiſſima nobis eſt.

67. *Ex inanibus paleis trituram facis.*

Ε'κ καθαρῶν ἀχύρων τετρύγηκας σιτίον.

Ghy ſcheert de Verckens.

Operam aliquem ſterilem & infrugiferam ſumere ſignificat, quod & ab infeliciter piſcantibus ductâ metaphorâ dicimus, **Achter 't net viſſchen.**

68. *Atrei oculos habet.*

Α'τρέως ὄμματα ἔχει.

Hy ſiet of hy daer vijf op hadt.

De torvo, truculentoque aſpectu. His enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus, qui Thyeſtæ fratri, filios ipſius epulandos appoſuit, propter uxorem adulterio vitiatam.

69. *Mutus Hipparchion.*

Α"φωνος Ἱππαρχίων.

Hy iſſer uyt. Nu heeft hy een lap in de mondt.

Ubi quis repentè obmuteſcit, cùm maximè vox illius expectatur, id quod in cœtu dicturis non rarò accidit, ut ſubito vox velut attonitis faucibus hæreat. Ita Hipparchion citharœdus, cùm in ludis ſolennibus, qui decimo quoque anno apud Juliopolitas agebantur, cum Rufino quodam eſſet decertaturus, theatri ſtrepitu turbatus, obticuit.

70. *Pecu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

70. *Pecuniarum cupiditas Spartam capiet, præterea nihil.*

Ἡ φιλοχρηματία σπάρταν ἕλοι, ἄλλο ἢ οὐδέν.

Alleen met gelt / ſal hy worden gevelt.
Gelt begeert die gantſche welt.

De iis, qui ſola pecunia poſſunt expugnari, alioquin invicti. Natum ab oraculo, quo Alcameni & Theopompo Spartæ regibus nunciatum eſt, tum demum vincendos eſſe Lacedæmonios, cùm aurum & argentum in pretio cœperint habere. Reſpondet apophthegmati Philippi Macedonum regis, qui putavit nullam arcem tam munitam eſſe quin capi poſſet, modo aſino pateret acceſſus onuſto auro.

71. *Non decet principem ſolidam dormire noctem.*

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Sorgen ende waecken dat ſijn Heeren ſaecken.

Admonet parœmia, vigilantiam ac ſollicitudinem maxime convenire principibus. Nullus enim dormiens alicujus eſt rei. Ex 1. Iliados Homeri ſumpta hæc ſententia eſt.

72. *Caprum portare non poſſum, & imponitis bovem.*

Οὐ δύναμαι τὴν αἶγα φέρειν, ἐπιτίθετέ μοι βοῦν.

Ghy wiltet al van my hebben / ende de helſt waer genoegh.

Ubi quis quod levius eſt ægrè ferens, intolerabiliore malo onere ſe premi conqueritur: ut ſi puerum verſus quis ediſcere volet centum, qui triginta aut vix viginti ediſcendis par ſit.

73. *Nunquam meos boves abegerunt, nec equos.*

Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν οὐδὲ μὲν ἵππους.

Sy hebben my noyt Hinnen ey ſchade gedaen.

Pro eo, quod eſt, nunquam me læſerunt, aut ulla affecerunt injuria, cùm indicamus multo minus nobis eſſe cauſam, cur hunc aut illum odiſſe debeamus.

74. Felix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

74. *Felix qui nihil debet.*

Εὐδαίμων μηδὲν ὀφείλων.

Hy is rijck die niemandt ſchuldigh is.
Hy is de rijckſte die daer leeft/
Die daer gene ſchulden heeft.

Sententia quam facile is veram dicet, qui periculum fecerit, quid ſit ære alieno obſtrictum eſſe. Ex Autumedontis cujuſdam Epigrammate:

Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων.
Qui nulli debet, fortunatiſſimus ille eſt.

Noſtrates iiſdem planè verbis hic utuntur.

75. *Ad digituli crepitum illis imperat.*

Hy heeftſe op ſijn duymken.
Sy moeten vliegen van ſijn handt.

Qui arrogantius faſtuoſiúſque jubent quippiam, *digituli crepitu ſignificare aliquid* dicuntur. Simile eſt illud de nutu & renutu Jovis. Nam nutu dicuntur efficere, qui minimo negotio rem conficiunt.

76. *Suem irritat.*

Ὗν ὀρίνει.

Hy terght om weer tergen. Hy ſoeckt het warren.

In avidum rixarum dicebatur. *Sus* enim agreſtis provocatus, rectà petit eum, à quo provocatus eſt.

77. *Servatori tertium.*

Τὸν τρίτον τῷ σωτῆρι.

Cùm ſignificabimus nos ad id, quod in negotio poſtremum ac præcipuum eſt, accedere.

78. *Hyperi vertigo.*

Ὑπέρου περιτροπή.

Het leſt is ſoo veel als het eerſt/ ende het eerſt als het leſt.

Ubi quis ſemper idem agitat, neque quicquam tamen explicat.

79. *Sus ſub fuſtem.*

Ὗς ὑπὸ ῥόπαλον.

In het hoeckxken daer de ſlagen vallen.

Ubi

Ubi quis ſeſe in præſens diſcrimen aut pernitiem præcipitat. Nam ſues apud quoſdam fuſte mactari mos eſt.

80. *Si bovem non poſſis, aſinum agat.*

Εἰ μὴ δυνάσαιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον.

Si non potes, ut vis, utcunque potes, facito. Si quod optas non licet, quod proximum eſt, amplectere.

81. *Siren amicum nunciat, apis hoſpitem.*

Σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον ἡ μέλισσα.

Alle vogelen kraeyen goet weer.

Quoties complures eadem de re bene ominantur. Aut ubi ſuæ quiſque ſpei blandiens ex quamlibet levibus argumentis divinat futurum, quod optat. *Siren* enim hic inſecti genus eſt api non diſſimile.

82. *Etiam ſi lupi meminiſſes.*

Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης.

Daermen van de Donder kalt/ daer is hy geern by.

Quoties præter expectationem intervenit is, de quo fuerat mentio.

83. *Similior ficu.*

Ὁμοιότερος σύκου.

Het is al een alloy.

Per jocum dicebatur de vehementer inter ſe ſimilibus. Ducta metaphora à ficorum inter ipſas ſimilitudine.

84. *Simul & da & accipe.*

Ἅμα δίδου καὶ λάμβανε.

Leght Peter **by** Pauwels.

Gelt by de viſch. Schuyf ſchuyf.

Ubi res eſt cum homine parum certa fide, cui non ſit tutum quicquam credere, niſi ſtatim receperis quod fueris ſtipulatus.

85. *Semper me tales hoſtes inſequantur.*

Ἀεί τοιοῦτοί με πολέμιοι διώκοιεν.

Godt gunt my nimmermeer arger Vyanden.

Ubi quoſpiam libenter odimus, aut ſimultatem eorum contemnimus. Sunt enim cum quibus amicitia copulatum eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

dedecori ſit, ſimultate diſſidere pulchrum. Item accommodari poteſt in eos, qui deſciſcunt ab amicitia, ſed ut inimici nihil queant nocere.

86. *Anus eriphus.*

Γραῦς ἔριφος.

Een oude kol-rijdtſter / een weer-maeckſter.

In mulierem veneficam & faſcinatricem. Sunt enim qui tradant locuſtam agreſtem, à nonnullis *mantin* appellatam, in Sicilia γραῦν ἔριφον appellari. Ajunt autem quodcunque animal aſpexiſſet, illi mali quippiam accidere.

87. *Anus ſaltat.*

Γραῦς χορεύει.

In eum convenit qui indecorè quippiam facit. Veluti ſi ſenex ludat nucibus, aut theologus rhetoricis floſculis laſciviat, aut princeps Neronis exemplo muſicetur.

88. *Anus ſubſultans multum excitat pulveris.*

Γραῦς ἀνακροτήσασα πολὺν κονιορτὸν ἐγείρει.

In eos dici ſolitum, qui ob rerum experientiam multum negotiorum aggrederentur.

89. *Aphyarum honos.*

Ἀφυῶν τιμή.

Een kindts handt is haeſt gevult.

Quoties humilibus exiguus quiſpiam honos contingit.

90. *Anus velut equus profundam habebis foſſam.*

Γραῦς ὥς τις ἵππος τὸν χαραδραῖον τάφον ἕξεις.

Out ſult ghy allemans voet-veech weſen.

Ghy ſult deugen te houden noch wech te werpen.

De iis qui penitus abjiciuntur, tanquam prorſus inutiles.

91. *Cur non ſuſpendis te, ut apud Thebanos heros fias?*

Τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ;

Dici poſſe videtur in eos, qui famæ ducti cupiditate, ſemet periculis gravibus objiciunt.

92. *Quid*

92. *Quid tibi Apollo cecinit?*

Τί σοι Ἀπόλλων κεκιθάρικεν;

Wat hebben wy op 't requeſt? Hoe zijt ghy gevaren?

Conveniet, ubi quis à principe redeuntem percontabitur, quid reſponſi tulerit.

93. *Quid non fies profectus Arbelas?*

Τί ȣ̓ γονήσῃ, ἰὼν ἀρβέλας;

Wat een Koningh ſult ghy weſen onder den blinden?

De eo dici ſolitum, qui peregrè proficiſcens ingentia ſibi pollicetur; fretus gentis, ad quam demigrat, inſcitia, barbarieque: ſiquidem *Arbelæ* civitas eſt Siciliæ, cujus cives olim male audiebant, ut ſtupidi & quibus facilè imponeretur.

94. *Bonus è pharetra dies.*

Ἀγαθὴ ἐκ φαρέτρας ἡμέρα.

Deſen dach moet ick teeckenen.

Dees mach wel voor goet doorgaen.

De die fortunato dicebatur. Tranſlatum à Scytharum conſuetudine, qui veſperi ante quàm dormitum irent, calculum in pharetram immittebant candidum, ſi dies fortunatus fuiſſet ac lætus, & atrum, ſi ſecus.

95. *Res Cannaci ſemper narras.*

Τὰ Καννάκȣ ἀεὶ λαλεῖς.

Ghy hebt altijdt onweer in 't hooft.

Oraculo aliquando reſponſum fuit, mortuo Cannaco ſive Annaco, univerſa peritura, quo defuncto diluvium ſucceſſit. Atque hinc de gravi luctu, de lamentis & plorationibus miſeris ac lachrymoſis hoc dicetur adagium.

96. *Quis modus equorum?*

Τίς τρόπος ἵππων;

Wat nieuwe ſnoſken is dit?

Ubi quis novam ac peregrinam induceret conſuetudinem. Dictum videtur de hoſpitibus novo quadrigarum genere invectis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

97. *Chironio vulnere laborat.*

Χειρώνειον ἕλκος ἔχει.

Hy heeft geſcheept daer hy mede over moet.

Sic malum vocabant immedicabile. *Chiron* enim in bello adverſus Centauros ictus ab Hercule, vulnus immedicabile accepit in pede, unde & periit.

98. *Charontis januam eram ingreſſus.*

Χαρώνειον θύραν εἰσῆλθον.

Ick was wel hondert jaer oudt.

De imminente capitis periculo dicebatur: Sic enim antiquitus appellabatur una è carceris januis, per quam damnati judicum ſententiis, ad ſupplicium educebantur.

99. *Minxit in patrios cineres.*

Het is altijdt in de windt met hem.

Qui intemperiis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter. Antiquitus enim parterni ſepulchri ſumma religio fuit.

100. *Maſchalam tolle.*

Μασχάλην ἆρον.

Breeckt u hals niet.

In eos, qui avidius biberent. Sumptum à geſtu bibonum inter ebibendum cyathos, gulam ac mentum interdentium, & altius erigentium cubitos, ne quid reſideat in cyatho liquoris.

CHILIADIS SECUNDÆ

CENTVRIA IX.

1. *Magis ô Phryx.*

Μᾶλλον ὦ Φρύξ.

Laet uyt dien hoeck wat meer komen.

PHrygius ille fabulator Æſopus: *Tanto*, ad Cræſum aliquando inquit, *cæteros antecellis*, *ô rex*, *quanto mari*

præſtat

praſtat fluviis. Quod ubi rex audiſſet, reſpondiſſe fertur, κάλλιον ὦ φρύξ. Ea vox in proverbium ceſſit, quo utemur, cùm quis apertè nobis adulatur.

2. *Magis ſibi placet quàm Peleus in machæra.*

Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.

Hy iſſer ſoo moy mede als puys / niemandt ſijns gelijck.

In eum competit, qui præter modum re aliqua inſolens eſt, ac tumet. Ajunt autem hunc gladium à Vulcano fabrefactum, à diis dono datum fuiſſe Peleo virtutis illius ac prudentiæ ſymbolum. Quo quidem ille utens in præliis & in venatibus conſequebatur, quicquid optabat.

3. *Generoſus ex crumena.*

Γενναῖος ἐκ βαλαντίου.

Een goudts Edelman.
Die het vijfde vierendeel heeft.

In eum jaciebatur, qui propter opulentiam generoſus haberi volebat, alioqui obſcurus & humilis. Pariunt enim nobilitatem & opes vulgo.

4. *Puerorum amans Gello.*

Γελλὼ παιδοφιλοτέρα.

Mal moerken / mal kindeken.

In eos, qui mira quidem charitate liberos proſequuntur, ſed eoſdem indulgentiâ delitiiſque corrumpunt. Ajunt autem *Gello* virginem quampiam fuiſſe, cujus ſpectrum Lesbiis oberrare creditum eſt, ac pueros impetere.

5. *Gleba arvum.*

Βῶλος ἄρουραν.

Alle baet helpt / ſeyde de muys / ende piſte in de Zee.
Het is een boon in een brouw-ketel.

Ubi quis exigua maximis apponit, credens ſeſe nonnihil juvare.

6. *Glauci artem tenet.*

Γλαύκου τέχνην οἶδε.

Hy ſal daer geen ſeven jaer over doende weſen / ofte /
Hy is ſijn meeſter niet ontloopen.

 Hujus

Hujus parœmiæ duplex eſt uſus. Convenit enim vel in opus celeriter abſolutum, vel in id quod eſt arte ſumma, ſummaque cura elaboratum.

7. *Noctuæ Lauriotica.*

Γλαῦκες Λαυρεωτικαὶ.

Roode voſſchen.

Hoc velut ænigmate, non tam pecuniarum vim ſignificabant, quàm nummos aliquot aureos, ſiquidem *Laurios* Atticæ regio eſt, auri venis frequens. Porro nomiſmatis aureis noctua inſculpebatur.

8. *Glaucus poto melle reſurrexit.*

Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη.

De levende doot / een ſchoone doot.

Dici ſolitum, quoties aliquis vulgari rumore dictus mortuus, denuo prodit in publicum, & apparet quaſi redivivus.

9. *Generoſior Codro eſt.*

Εὐγενέστερος Κόδρου.

Hy is van de vroomen / hy ſlacht de Klooſter-ſtronten / hy iſſer van gekomen.

Per ironiam rectè dicetur in iſtos, qui majorum famoſis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. *Codrus* autem Athenienſium imperium tenuit, fuitque ſingulari in patriam pietate eximiè nobilis.

10. *Cadmea victoria.*

Κάδμειος νίκη.

Sic *victoriam* vocant, quæ cum exitio eorum conjuncta eſt, qui vicerunt. Natum ab Eteocle & Polynice Thebanis, qui cum de regni vicibus diſceptarent, ſingulari certamine congreſſi utrique perierunt; *Cadmus* autem primus Thebarum conditor fuit.

11. *Pecuniæ vir.*

Χρήματα ἀνήρ.

Het gelt is de man.

Hoc eſt, Tanti quiſque fit, quantum poſſidet. Horatius: *Nil ſatis eſt*, inquit, *quia tanti, quantum habeas, ſis.*

12. *Dives*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

12. *Dives factus jam deſiit gaudere lente.*

Ἔπειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῶν.

Nu hy rijck is/ wil hy hem met een kleyntjen niet lijden.

Een Rijcke heeft ſoo veel met de Hooft-ſteden te doen/ dat hy de kleyne Dorpkens niet en kent.

In eos, quibus ad uberiorem conditionem evectis, faſtidio ſunt ea, quæ prius inopes boni conſulebant. Non diſſimile illi, *alia vita, alia diæta.*

13. *Calvum vellis.*

Φαλακρὸν τίλλεις.

Neemt daer wat uyt.

Ubi quis auferre conatur, quo vacat is, à quo petitur. Sic noſtrates, ubi ſignificant nihil eſſe quod adimatur, volam manus oſtendunt, jubentes inde velli quippiam, quod ea corporis pars nemini non ſit calva.

14. *Somnus abſit nunc ab oculis.*

Ὕπνος ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων.

Nu wacker daer aen gevallen.

Ubi quis aggreditur quod ſumma diligentia curaque perfectum deſiderat.

15. *Phoci convivium.*

Φώκου ἔρανος.

Sijn eygen broot/ ſlaet hem op 't hooft.

Quoties quis læditur ab iis, de quibus bene meritus eſt. Eſt autem ἔρανος propriè convivium, ad quod plurimi conveniunt, ſed ſuo quiſque cibo, ſumptuque.

16. *Antiquior quàm Chaos.*

Χάους ἀρχαιότερος.

Soo oudt als de wegh.

De re nimium priſca & obſoleta. Ad Chaos enim poëtæ rerum omnium originem referunt. *Quod dicit, antiquius eſt quàm Chaos*, **Het is verjaert ende verdaeght.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

17. *Tanquam conchilium eum diſcerpſero.*

Ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν.

Ick wil hem dwingen ſoo kort als een klouwen.
Ick wil hem om de vinger winden.
Ick wil hem breken / ende weder levendigh maken.

De imbecillis, & viribus longè inferioribus dicebatur.

18. *Mutus magis quàm ſcapha.*

Συστομώτερος σκάφης.

Hy ſprack niet meer dan de ſteenen.

De iis dici conſuevit, qui propter humilitatem conditionis, apud præſtantiores non audent hiſcere. Olim enim inquilini & alienæ Reipub. hoſpites, ludis popularibus, in pompa incedebant navem geſtantes, unde cum hoſpitem, non civem ſignificabant, σκάφην ἢ σκαφηφόρον appellare conſueverunt.

19. *Tanquam Argivum clypeum abſtulerit, ita gloriatur.*

Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται.

Hy pocht ende ſnorckt of hy de Keyſer gevangen hadt.

In faſtuoſos & magnificentius ſe gerentes dicebatur. Ajunt autem apud Argivos ſacrum quendam eſſe clypeum clavis adfixum, ut facilè detrahi non poſſit.

20. *Nudus tanquam ex matre.*

Γυμνὸς ὡς ἐκ μητρός.

Heel kael. Hy is pover. Hy is t'uytkercken.
Hy heeft niet een nagel om ſijn / &c.

Proverbialis hyperbole de vehementer paupere. Nudiſſimi enim naſcimur, ac ne pilis quidem tecti.

21. *Eſt Pylus ante Pylum.*

Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο.

Is hy excellent / men vinter meer.

Ubi quid alteri præfertur velut antiquius & præſtantius. Aut ubi aliquis jactitat ſeſe, quaſi vel ſolus ſit, vel ſummus; cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ùm reperiantur & alii, qui poſſint cum eo decertare. Eſt autem *Pylus* Meſſeniorum civitas *Neſtore* nobilis.

22. *Jecit Achilles duas teſſeras & quatuor.*

Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέσσαρα.

Hy heeft vier voor uyt.

De iis, qui omni in re vincerent, quòd is teſſerarum jactus felix eſſet. Apud Ariſtophanem uſurpat Bacchus in Æſchylum, Euripidis victorem, unde apparet in fauſtis acclamationibus hujus eſſe uſum proverbii.

23. *E tardigradis aſinis equus non prodit.*

Ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ἵππος οὐκ ὀρούει.

Uylen broeyen niet dan Uylen.

Cùm dicimus ab ignavis & obſcuris non naſci niſi ſimiliter ignavos atque obſcuros.

24. *Epeo timidior.*

Ἐπειοῦ δειλότερος.

Een bloode guyl. Men ſoude hem met een blaeſ vol boonen wegh jagen.

De magnopere pavido dicebatur, Ab *Epeo* quodam ductum, notæ timiditatis homine.

25. *Epheſias habet literas.*

Ἐφέσια γράμματ' ἔχει.

Hy weet een man te beleſen.

De iis, qui mira fœlicitate, tànquam divina virgula, quicquid optarent, aſſequerentur. Ajunt enim Epheſiis notulas quaſdam, & voces magicas fuiſſe, quibus utentes in omni negotio victores evaderent.

26. *Eodem in ludo docti ſunt.*

Sy ſchoeyen al op eenen leeſt.

De iis, qui ſimilibus vitiis laborant, & improbitate pares ſunt. Terentius in Hecyra: *In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.*

27. *Tanquam in phiditiis.*

Ὥσπερ ἐν Φειδιτίοις.

Men is daer op Sparendam.

 Ubi

Ubi parcius, nimiumque frugaliter nos habitos ſignificabimus. Græca enim vox à *parcendo* nomen habet.

28. *Equo ſeneſcenti minora cicela admove.*

Ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κοίκελα ἐπίβαλλε.

De ouden moetmen in eeren houden.

Admonet adagium, ut ubi vires per ætatem fatiſcunt, reſpirationem ac refocillationem quandam à laboribus dandam, & decreſcente robore, minuendos labores.

29. *Eretrienſium Rho.*

Ἐρετριέων ῥῶ.

Hoe permant?

Ubi quis crebrius & aſperius eam literam ſonaret. Quo nomine nunc male audiunt apud Gallos Picardi.

30. *Oeſtro percitus.*

Οἴστρῳ παραπληγείς.

Met een hooft.

Hoc eſt, ingenti animi cupiditate commotus, ac velut attonitus. Nam poëtæ divino correpti furore, *Oeſtro conciti* dicuntur.

31. *In magnis & voluiſſe ſat.*

Ἄρκει δ' ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον.

Wat heerlijckx beſtaen / is veel gedaen.

Convenit, ubi quis majora viribus conatus, tametſi rei ſuſceptæ magnitudini non facit ſatis, tamen hoc ipſo nomine laudem promeretur, quod rem pulcherrimam tentaverit.

32. *In holmo cubabo.*

Ἐν ὅλμῳ εὐνάσω.

Ick heb wel meer hasen hooren hoeſten.
Ick ſal't wel door mijn duymken ſien.

Dicebatur ab iis, qui ſe quippiam divinatione cognitum ire minitabantur. Nam tripodes Apollinis *holmos* appellatos fuiſſe plerique tradunt, quibus qui indormiſſent repente divinandi ſpiritum concipiebant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

33. *Eadem cera.*

Ἓν κηρίον.

Het is al een alloy. Sy ſingen al een ſangh.

Idem fanus, & eadem cera dicebantur, qui uno ore idem affirmarent, aut qui inter ſe conſpiraſſent. Ductum à fanorum cellulis inter ſe connexis.

34. *In quinque judicum genibus ſitum eſt.*

Ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται.

Het is uyt onſe handen.

Cùm ſignificamus non eſſe noſtræ facultatis præſtare rei exitum, verùm hunc ſuperis in manu eſſe. Alluſum eſt ad illud Homero frequens, καὶ ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, *In genibus ſunt hæc ſita deûm.*

35. *Emunctæ naris eſt.*

Het is een kloecke Naes.

36. *Mucoſis naribus eſt. Obeſis naribus.*

Het is een Peterplomp / een botterick.

Emunctæ naris dicitur, qui acri exactoque judicio eſt. Contra *obeſæ naris* dicuntur qui ſtupidiores ſunt. Horatius in Lucilio.

Emunctæ naris, durus componere verſus.

Item in Odis:

Nec firmo juveni, neque naris obeſæ.

37. *Fames & mora bilem in naſum conciunt.*

Den hongerigen iſt niet goet lange te preken.

Plautus in Amphytrione: *Vetus enim adagium eſt*, inquit, *Fames & mora bilem in naſum conciunt*, id eſt, latrante ſtomacho, omnis mora bilem movet. Ducta metaphora ab animantibus iram flatu narium ſignificantibus.

38. *Generoſior Sparta.*

Ἐλευθερώτερος Σπάρτης.

Een eel hert. Een eele geeſt.

Qui excellenti animo, minimeque timidus, aut abjectus eſt. Spartanis enim olim indoles aderat generoſa, & ingenium omnis impatiens ſervitutis.

39. *Locren-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

39. *Locrenſis bos.*

Λοκρικὸς βοῦς.

Een houten koe.

De re vili, aut munere leviculo dici poteſt. Locrenſes enim aliquando diis rem divinam fecerunt, compoſito ex minutis lignis bovis ſimulachro.

40. *Ficulus gladius.*

Συκίνη μάχαιρα.

Blaeuwe reden.

Een ſaegh die niet ſnijt.

De cauſa rationéve frivola, quæque minimo negotio queat refelli.

41. *Ficum Mercurio.*

Σῦκον ἐφ' ἑρμῇ.

De prompto & quibuſlibet expoſito beneficio dicebatur. Nam antiquitus mos erat ſicubi ficus repertus fuiſſet, cum veluti Mercurio ſacrum ſuſpendere, & ſuſpenſum liberum erat tollere, cuicunque libitum fuiſſet.

42. *Ut fici oculis incumbunt.*

Ὥσπερ τὰ σῦκα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔφυ.

Sy leggen een op den hals ſonder genade.

Sy hangen een aen als kliſſen.

De iis, qui pertinaciter urgerent, premerentque negotium aliquod. Item & in hos, qui cum graves ſint & intolerabiles, tamen avelli non queunt, niſi magno malo. Sumpta ſimilitudine à ficis, hoc eſt, vitio quod oculis adnaſcitur, nec facilè poteſt avelli.

43. *Cum haſta cum ſcuto.*

Σὺν δορὶ σὺν ἀσπίδι.

Met ſpeer en met ſchilt daer voor weſen.

Ubi quis rem omni conatu tuetur atque defendit.

44. *Viri ſenis velut uva paſſa cranium.*

Ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον.

Oude luy/ koude luy.

Admonet adagium, invalidum & flaccidum eſſe ſenile corpus,

pus, exhauſto ſucco, carnibuſque adeſis. Lucilius: *Rugoſi paſſique ſenes eadem omnia quærunt.*

45. *Poſt folia cadunt arbores.*

Het grof is noch achter.
Het ſal noch eerſt koſten.

Quoties admonebimus leviores injurias nonnunquam ſequi atrociores. Plautus in Menechmis: *Folia nunc cadunt; Nunc ſi triduum hoc hîc erimus, tum arbores in te cadent,* **Dan ſal daer wel wat anders om gaen.**

46. *Ante tubam trepidas.*

Ghy bedrijt u broeck eer 't aen de knoop gaet.

Hoc eſt, animo conſternaris prius quam appareat periculum. Virgilius:

Cur ante tubam tremor occupat artus?

47. *Ameles angulus.*

Ἀμελὴς γωνία.

Een leege wagen.

Id eſt, neglectus angulus. De eo dicebatur, qui ſupinus & oſcitabundus deſidens, nullius bonæ frugis eſt, nihil bonarum rerum tentans. Ajunt in Libya locum eſſe qui ἀμελῆς γωνία vulgo dictus ſit.

48. *Ultra res Callicratis.*

Ὑπὲρ τὰ Καλλικράτους.

Goet ſonder eyndt.

De immenſis opibus dicebatur. Dicitur autem & de immodicis exactionibus, **Hy wil het vel mede hebben.** Quod Callicrates quidam in Athenienſium Repub. è judicum ordine, judiciarias exactiones ſupra modum auxerit.

49. *Vulcanio vinculo tenetur.*

Ἡφαιστίῳ δεσμῷ δεδεμένος ἐστί.

Hy is te degen aen ſijn been getoomt.
Hy moeter kleven.

Ubi quis nodis inextricabilibus eſſet illigatus. Sumpta denominatione ab adamantinis illis vinculis, quibus apud Homerum Vulcanus Venerem & Martem irretivit.

50. Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

50. *Ad ſatietatem uſque.*

Ἄχει κόρȣ.

Dat ghy ſweet / Tot dat ghy moede zijt / Y buyck vol.

Hoc eſt, Quantumlibet, aut ampliter. Illuſit nobis ἄχει κόρȣ. Quintilianus metaphoris gaudet ἄχει κόρȣ.

51. *Votum munificum.*

Εὐχὴ μεγαλόδωρος.

Het is ſoo geringh een ton gouts gewenſcht als eenen ſtuyver.

Ubi quis animo ſpes regias concipit, jamque voto dives eſt, μεγαλόδωρος Græcis dicitur, *qui magna donat.* Nihil autem voto hominis liberalius.

52. *Utinam domi ſim.*

Οἴκοι γενοίμην.

Hadde ick hier mijn aers door.
Waer ick van dit kalf geneſen.

Ubi quis optat è malis, quibus implicitus eſt, emergere. Tranſlatum videtur ab iis, qui in tempeſtate periclitantur.

53. *Utinam male, quemadmodum inveniſti, ejicias.*

Εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκθάλοις τὴν ἔνθεσιν.

Godt gunne dat het u noch te nagelen uyt ſweere. Dat het u noch meer opbreecke.

Hoc eſt, Utinam quemadmodum male peperiſti famam, aut facultates, ita & male perdantur. Juxta illud Plautinum: *Male partum, male diſperit.* Ἔνθεσις autem *fruſtum in os inditum* ſignificat.

54. *Ultro Deus ſuppeditat bona.*

Αὐτομάτως ὁ θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά.

Die 't Godt gunt / geeft hy 't ſlapende ſomtijts.

Quoties res citra noſtram operam feliciter cadunt, quaſi Deo quopiam accurante.

55. *Ventres.*

Γαστέρες.

Pampſacken / Vetſacken.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Dicebantur homines edaces, ventrique ac abdomini ſervientes. Lucilius: *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* Terentius: *Pugnos in ventrem ingere.*

56. *Ulyſſeum commentum.*

Ὀδύσσειος μηχανή.

Een looſe treck. Wel gebonden.

Vlyſſeum commentum, inventum callidum, aſtutum & vafrum dicebatur.

57. *Victitant ſucco ſuo.*

Sy ſuygen aen haer poot. Sy kluyven aen een been.

Proverbiali figura dictum eſt in paraſitos, qui ſi quando cœna contigit lautior, ingurgitant ſeſe. Rurſus ubi nulla accidet ſpes cœnatica, fortiter ferunt inediam, & in convivii ſpem durant. Sumpta metaphora à cochleis eſt.

58. *Viri infortunati procul amici.*

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Geldeloos / vriendeloos.

Als het geluck gaet / ſoo gaen de vrienden.

Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum advolant, ac devolant.

59. *Vias novit, quibus effugit Eucrates.*

Οἶδε τὰς ὁδοὺς ἅπερ ἔφυγεν εὐκράτης.

Weet ghy een gat / hy weet een ſpijcker.

Hy weet duyſent uytwegen.

In eum quadrat, qui ſemper aliquam invenit rimam per quam elabatur, ut officium ſubterfugiat.

60. *Vivit, incende ignem.*

Ζῇ, καῖε πῦρ.

Siet nu uyt u oogen. Weeſter nu by.

Ubi in negotii periculoſi puncto feſtinandum admonemus, & occaſionem accipiendam.

61. *Venter auribus caret.*

Γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα.

Daer moet gegeten zijn / al waren alle bomen galgen.

Ubi

Ubi de paſtu agitur, non admittuntur honeſtæ rationes. Atteſtatur huic ſenarius, Græcis celebratus:

Λιμῷ γὰρ οὐδέν ἐστι ἀντειπεῖν ἔπος.

Contra famem etenim nulla contradictio eſt.

62. *Cum pulviſculo.*

Sonder yet te laten. Een ſchab-ſchoen.

Quoties omnia ſic tolluntur, ut nihil fiat reliqui. Metaphora ſumpta videtur ab iis, qui frumentum ab area converrunt, non ſine pulvere. Plautus in Rudente: *Converret hic jam me totum, cum pulviſculo.* Noſtrates dicunt **Schab-ſchoen** / hoc eſt, tam mundè & omni pulvere abſterſo, ut promptuarium aliquod eſt.

63. *Valere Pancraticè, Athleticè, Pugilicè, Baſilicè.*

Swart ende hardt weſen. Als een Koningh. Yſer hardt.

Pro eo quod eſt firma eſſe valetudine. Nam in pancratiſtis, athletis, & pugilibus, corporis robur potiſſimum ſpectabatur.

64. *Fœdum eſt manſiſſe diu, vacuumque rediſſe.*

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Lange gebleven / niet bedreven / doet in ſchanden leven.

Ubi quis longam de ſe concitavit expectationem, cui poſtea non reſpondeat.

65. *Tragulam injicere.*

Het net over 't hooft halen.

Plautus in Epidico: *Tragulam in te injicere adornat, neſcio quam fabricam facit.* Hoc eſt, Dolum aliquem in te ſtruunt. In Pſeudolo: *Volui injicere tragulam in noſtrum ſenem.*

66. *Trium literarum homo.*

Een groot heel man.

Per ironiam dici poteſt in eum, qui generoſus & ingenuus videri cupit. Inde natum, quòd olim ingenui nomen, pronomen & adnomen, in literis aut inſignibus ſuis, tribus literis notare ſolebant. Utpote pro Quinto Valerio Maximo, Q. V. M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Q. V. M. Plautus in Aulularia jocum alio detorſit, nempe in ſervum furacem.

67. *Trium dierum commeatum vix unquam habet.*

Hy magh naulijck van 't een broot aen 't ander geraken.

Tridui commeatum dicemus minimas facultates, quæ vix ad tridui victum ſufficiant. Tranſlatione ducta à militum commeatu.

68. *Tragœdias in nugas agere.*

Om een ſeghs-woort veel ſpuls maken.

De re levicula tumultum movere eſt. M. Tullius de oratore lib. 2. *Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi tragœdias agamus in nugis. Hoc malas tibi excitabit tragœdias,* **Dat ſal u quaet ſpul maken.**

69. *Tranſverſum agere.*

Een ſaeck doen ſtuyten. Een anders doen draven.

Tranſverſus agi dicitur, qui vi & impetu quodam ab inſtituto deflectitur. Ductum à navigantibus qui flatu adverſo tranſverſim aguntur.

70. *Thraſybulo Dionyſium dicitis eſſe ſimilem.*

Θρασυβούλῳ Διονύσιον φάτ' εἶναι ὅμοιον.

Het ſcheelt ſoo veel als nacht ende dagh.

Ubi quis ea componit, quæ nimio intervallo inter ſe differunt. Dionyſius enim inter peſtilentiſſimos tyrannos commemoratur. Thraſybulus verò laudatus princeps, & quod Reipub. ſtudioſiſſimus fuerit.

71. *Tributis potiora.*

Τὰ τῶν φόρων κρείττω.

Ubi quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret. Nam qui principum nomine tributum exigunt, plus alioqui extorquent, quàm par eſt.

72. *Tragica ſimia.*

Τραγικὸς πίθηκος.

Een ſchoone kas ſonder heylighdom.

Proverbiali convitio, *Tragica ſimia* dicebatur, qui fun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

geretur honoribus, opibuſque polleret, alioquin indignus. *Simiam* appellant homuncionem, vix hominem, ſed ſimulachrum hominis magis. *Tragicam* addunt, propter vitæ ſtrepitum, & perſonam additam.

73. *Tineas paſcit.*

Het leydt achter de kiſt.

Aen een verzoeſte ſpijcker vergeten.

Tineas paſcere dicuntur, quæ neglecta ſitu pereunt. Horatius: *Tineas paſces taciturnus inertes.*

74. *Titio ad ignem.*

Δάλος ἐπὶ πῦρ.

De ſteen valt in de mortel.

Ubi quis applicatur ad eas res, ad quas natura propenſus eſt. Ut ſi mulieroſus ad puellarum convictum, Sanguinis avidus militiam, Lucri ſitiens ad mercaturam.

75. *Tithymallus Laconicus.*

Τιθύμαλλος Λακωνικός.

Nu behoeſt ghy wel te brillen.

In lippientes, oculiſque cæcutientibus dicebatur. *Tithymallus* enim herbæ genus eſt, apud Lacones repertum, ſingularis acrimoniæ, quo ſub noctem oculos illinebant ad viſum acuendum.

76. *Tinctura Sardonica veſtieris.*

Ghy ſult voor de roode deur gaen.

Ghy ſult op het roode ezelken rijden.

Tinctura Sardonica de colore præcellenti dicitur, præcipuè purpuræ. Per jocum autem transfertur ad eum qui pudefit, aut qui ob plagas ſanguine tingitur.

77. *Quam curat teſtudo muſcam.*

Ὅσον μέλει τῇ χελώνῃ μυῶν.

Hy vraeght daer niet meer nae / dan nae de wint die daer heen waeyt.

Teſtudini nihil nocere poſſunt muſcæ, propter teſtam qua munita eſt. Confine illi: *Non curat culicem elephantus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

78. *Stultior Morycho.*

Μωρότερος εἶ Μορύχου.

Het is malle-pieren werck. Maller als Tyribus. Dan het ſlecht eynde af geſcheurt.

Siculum proverbium, in eos qui ridiculè ſtultéve quippiam facerent. Eraſmo peculiariter huic adagioni videntur obnoxii, qui domeſticorum negligentes, foris agunt, curantes aliena, **Hy ſlacht pypers Paert/ nergens nooder dan t' huys.**

79. *Quatuor obolis non æſtimo.*

Τεττάρων ὀβολῶν εἶναι οἴει.

Ick paſſer niet een kruys op.

Simile illis quæ alibi retulimus, *Aſſis te non facio. Dupondii non facio*, & *Teruntii non facio. Qui civilior eſt quatuor obolis æſtimandus eſt*, **Een beleeſt Ruyter/ is noch een oude braſpenningh waert.**

80. *Tenuem nectit.*

Λεπτὴν πλέκει.

Op een luys ſoude hy doot blijven.

In ſordidos, quique vel minutiſſimarum rerum habent rationem.

81. *Terreſtria balnea.*

Χθόνια λουτρά.

Al te laet ſeyde de ecter/ ende hadt de bout in 't gat.

Ubi quid ſerò jam adhibetur, nulli futurum uſui, ei cui exhibetur. Veluti ſi quis tum reo patrocinetur, poſtquam pronuntiata fuerit irrevocabilis judicum ſententia.

82. *Ter.*

De derde ſtrengh maeckt de kabel.

Quicquid ter dictum aut factum eſſet, id olim ratum & efficax habebatur, unde & ternarius in magorum myſteriis adhiberi conſuevit. Virgilius in Pharmaceutria:

Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore
Licia circumdo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

83. *Theagenis pecunia, quemadmodum Æſchinis.*

Θεαγένους χρήματα τἀτ' Αἰσχίνου.

Achter hol ende pover.

Locus proverbialis in eos, qui pauperes cùm eſſent, tamen divites haberi volebant.

84. *Etiam Tantali lapis immineat.*

Οὐδ' εἰ Ταντάλου λίθον ἐπηρτημένον ἔχοιμι.

Al ſtonde 't mes op mijn keel.

Tantali lapidem, imminens capiti periculum vocant. Fabula autem ſic habet: Tantalus voluptatum avidus, cùm in deorum conſortium admiſſus, impetraſſet optionem petendi quicquid vellet, à Jove poſtulavit, ut ad eum modum jugiter viveret inter epulas, nihil hac re ducens felicius. At indignatus Jupiter promiſſum præſtitit, hominiſque optatis ſatisfecit. Cæterum ne frui poſſet appoſitis, ſaxum ingens jam caſuro ſimile ſupra verticem ſuſpendit, cujus metu non libeat quicquam attingere.

85. *Surdior Toronæi portu.*

Κωφότερος Τορωναίου λιμένος.

Soo doof als een Quartel.

Proverbium in eos, qui non audiunt.

86. *Surdior turdo.*

Κωφότερος κίχλης.

Zenodotus ſcribit ſurditatem huic avi eſſe peculiarem, cum ſit loquaciſſima. Unde concinnè dicetur in eos, qui perpetuò blaterantes, ipſi non auſcultant, quid viciſſim ab aliis dicatur.

87. *Effœminatorum etiam oratio effœminata eſt.*

Ἔνεισιν ἐν δειλοῖσι κ' ἀανδροι λόγοι.

Een dat geeſt upt dat het in heeft.

Ut quiſque eſt, ita loquitur. Confine illi quod alibi retulimus: *Stultus ſtulta loquitur*, *Qualis vir, talis oratio.*

88. *Stupidior Praxillæ Adonide.*

Ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος.

Hy is van de ſchalckſte niet.

In vehementer ſtupidos. Adonis enim in Praxillæ poëtriæ cantionibus interrogatus apud inferos, quid apud ſuperos reliquiſſet, pulcherrimum ſolem, inquit, cucumeres, mala, cucumeres & mala cum ſole componens.

89. *Simonidis cantilenas canit.*

Σιμωνίδου μέλη ᾄδει.

Sÿn brieven houden van gebreck.

Simonidem hunc tradunt, primum aſtutiam & quæſtum in artem induxiſſe.

90. *Si tibi machæra eſt, & nobis urbina eſt domi.*

Zÿt ghy de Donder / ick ben ſÿn Moeder.

Quoties malum malo apponitur. Sunt autem apud Plautum Chryſali verba minas referentis, & militis ſævitiam ſævis item dictis retundentis. Utrumque autem teli genus eſt.

91. *Semper agricola in novum annum dives.*

Α'εὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος.

Het lock ſal komen / maer het loopt voor.

De iis, qui ſpe futuri compendii divites ſunt. Ductum à colonis.

92. *Semper virgines furiæ.*

Α'εὶ παρθένοι ἐριννῦς.

Miſdoen is anxt.

Proverbium obſcurius deterret à peccando. Erinnes enim, malefactorum ultrices, corrumpi non queunt, quò minus pœnas ſumant de iis, qui commeruerunt, atque hac gratia dicuntur virgines.

93. *Senex bos non lugetur.*

Γέρων βοῦς ἀπένθητος.

Hy is in de wiech niet verſuymt.

Hoc eſt, Senum mors quòd tempeſtiva videatur, non lugetur ab amicis tantopere.

94. *Serò veniſti, ſed in colonum ito.*

Ο'ψ' ἦλθες, ἀλλά γ' εἰς κολωνὸν ἴεσο.

Hier zÿt ghy te laet op.

Jocus proverbialis adverſus eos, qui poſt tempus advenirent, aut qui mercede quippiam facere gauderent. Colonus

autem

autem terra apud Athenienſes editior erat, in qua conſiſtebant, qui quærebant conductorem.

95. *Ad pedem meum quadrat.*

Ἐςί μοι περὶ πόδα.

Dat is een kolf na mijn handt.

Quod appoſitum & vehementer accommodatum eſt, id περὶ πόδα dicebatur. Sumpta metaphora à calceamentis probè ad pedis menſuram quadrantibus.

96. *Sarpedonium littus.*

Σαρπηδονία ἀκτή.

Een raſent Oprwerck. Een Simon krijter.

De re turbulenta rectè dixeris, ſive de vehementer clamoſis & obſtreperis.

97. *Servilior Meſſena.*

Δουλότερος Μεσσήνης.

Hy is genoegh bedwongen die niet piſſen kan.

De minimè liberis dicebatur, & alieno viventibus arbitrio. Lacedæmonii enim Meſſenios quod iterum atque iterum deſciviſſent, in duriore habuerunt ſervitute.

98. *Servus cùm ſis, comam geris.*

Δοῦλος ὢν, κόμην ἔχεις.

Ghy maeckt den Joncker / ende hebt penningh noch deuyt by te ſetten.

De eo, qui præter decorum quippiam faceret. Veluti ſi quis humili conditione patritiorum cultum imitaretur. Apud Lacedæmonios enim ingenui comam alebant.

99. *Servorum civitas.*

Δούλων πόλις.

Een hoop deuch-nieten. Daer is de ſtapel der boeven.

De cœtu convictuque hominum improborum.

100. *Samiorum flores.*

Σαμίων ἄνθη.

't Zijn bloemkens die niet dan van goet chier te maken droomen.

Aptè

Aptè quadrabit in civitatem, domum, denique hominem voluptatibus perditè addictum. Nam hoc nomine dicebatur locus quidam, in quo mulieres convivium agitabant, omnique genere voluptatum affatim ſeſe explebant. Quibus delitiis effœminati poſtea ſubacti ſunt à Perſis. Dicetur itaque quoties quis extremam ſignificatur decerpere ex re aliqua voluptatem.

CHILIADIS SECUNDÆ
CENTVRIA X.

1. *Summariam indicaturam dediſti.*

Ῥωπικὸν ὤνιον ἔδωκας.

Ghy hebt daer de upterſte waerde al voor gegeven.
Het is al betaelt dat daer aen is.

DE rebus vilibus, magno tamen emptis. Pari modo diximus: *Summaria indicatura rem vendidiſti*, **Ghy hebt u krom-hout al wel verkocht.**

2. *Regia vaccula.*

Βασιλικὸν βοΐδιον.

Een degelijcke voetſter / ſy dient wel in duyn.
Een degelijcke ſegh-hin.

De prodigioſa fœcunditate, natum è miraculo rei geſtæ. Ætate enim Ptolomæi Junioris, vacca quædam eodem partu ſex edidit vitulos.

3. *Pura à nuptiis eſt.*

Ἁγνὴ γάμων ἐστί.

Per ironiam dicebatur in impudicam, quod citra nuptias ſui copiam faceret.

4. *Rheginis timidior.*

Ῥηγίνων δειλότερος.

Sach hy de Vyanden / hy bedreet hem.

Taxati ſunt Rheginenſes ut ignavi in rebus bellicis, animique pavidi.

5. *Inertium chorus.*

Ἀργούντων χορός.

Een hoop ongeregelde kalveren.

De cœtu laſcivientium. Otium enim ad omnem nequitiam impellit.

6. *Rapina rerum Cinnari.*

Ἁρπαγὴ τῶν κιννάρου.

Die daer meeſt pluckt / die meeſt heeft.
Het is daer roof-goet.

Natum à Cinnaro quodam lenone prædivite, qui moriens ſuas facultates populo diripiendas expoſuit.

7. *Rhadamantheum judicium.*

Ῥαδαμάνθυος κρίσις.

Iſt heer / iſt knecht / daer valt recht.

Ubi incorruptè judicatur. *Rhadamanthus* enim manium judex, neque muneribus, neque gratiâ deflectitur, quo minus ſeverè judicet.

8. *Rhadamanteum jusjurandum.*

Ῥαδαμάνθυος ὅρκος.

Rhadamanthi jusjurandum dicebatur, quod veriſſimum quidem eſſet, cæterum nullum Deum aſciſceret. Quomodo Socrates per canem & anſerem jurare conſuevit.

9. *Littore loquacior.*

Ῥαχίας λαλέστερος.

Meer ſnaps dan alle de bedden in 't Gaſthuys.
Niemandt magh by hem te woordt komen.

In rabulam & obſtreperum dicebatur. Nam ῥάχια Græcis *littus* appellatur, *ſcopulis ac rupibus aſperum.*

10. *Præſentem fortunam boni conſulere.*

Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. Τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι.

Met Godts gevoegen / ſich laten genoegen.

Admonet adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate mace-

maceremus, ſed quæcunque contigit ſors, ut eam velut optimam amplectamur.

11. *Qui omni in re, & in omni tempore.*

't Is een arme Parochie/ daer 't nimmermeer kermiſſe is.

Het is een arm lant/ daer niet goets waſt.

Noyt man ſoo quaet/ hy dede yemandt baet.

Plenè ſic, *Qui omni in re, & omni in tempore laude vacat, illaudatus eſt.* Admonet parœmia ferè neminem eſſe tam deplorati ingenii, qui non aliquando dicat faciatve quod laudem meretur.

12. *Qui è nuce nucleum eſſe vult, frangat nucem.*

Die eyeren eeten wil/ moet hem trooſten het kakelen der hinnen.

Qui commodum appetit, ne fugiat laborem. Qui quærit voluptatem, prius experiatur ſudorem, atque moleſtiam ferat. Sententia Plautina eſt.

13. *Parentem laudabit infelix filius.*

Τὸν πατέρ' αἰνήσει κακόδαιμον τέκνον.

Hy ſal van ſijn Vader een goet Man maken.

Improbi filii ſic laudant parentem, dum illos ceu bonos deſiderat populus, quod hos longè deteriores ferre non poſſit.

14. *Illi jam non ſunt, at qui ſunt, mali.*

Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

Die luyden hebbender geweeſt/ nu iſt ſpul uyt.

Haer glas heeft geloopen.

Dici ſolitum, ubi quis requirit ea, quæ quondam quidem extiterunt, verum temporum culpa perierunt, ut ſi quis inter principes hodie Codros, Camillos, Fabritios, Epaminondas requirat.

15. *Quærendæ facultates, deinde virtus.*

Δίζεσθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος.

Eerſt de Ziel over 't rack gehangen/ dan na deught om geſien.

Horatius ſic: *O cives cives quærenda pecunia primum, Virtus poſt nummos.* Irridet poëta ſententiam vulgo decantatam.

16. *Quæ apud inferos ſunt terniones.*

Τὰς ἐν ἅδου τριακάδας.

Hy gaet boven de aerde en onder de aerde.
Hy ruyckt een dingh eer 't geſchiet is.
Men mach voor hem niet manck gaen.

Hoc adagio ridebantur ii, qui res abditas & abſtruſas, curioſa quadam diligentia veſtigarent. Ajunt autem *terniones* apud inferos honoratos eſſe.

17. *Neque quantum luſciniæ dormiunt.*

Οὐδ᾽ ὅσον ἀηδόνες ὑπνώουσιν.

Hy is vande ſeven ſlapers niet.

In eos competit, qui ſomni parciſſimi ſunt, ſiquidem luſciniæ minimum dormire feruntur.

18. *Cujuſmodi portento me involvit fortuna?*

Οἵῳ μὲ ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν.

Aen welcken ram ben ick gekoppelt?

Ubi negotium incidit cum homine moroſo, difficilique, cum quo non queas vivere, nec à te poſſis extricare.

19. *Fixis oculis intueri.*

Ἀτενὲς ὁρᾷν.

Een ſaeck wel doorſien.

Pro eo quod eſt, attentius accuratiuſque conſiderare. M. Tullius pro Lucio Flacco: *Vt totam cauſam quàm maximè intentis, ut ajunt, oculis acerrimè contemplemini.*

20. *Pulverem oculis offundere.*

Een Man blint-hocken. Een ſaeck intricaet maken.

Quando de induſtria rem obſcurant, & adverſario judicium eripiunt. A militia traductum, ubi nonnunquam hoſtis in hoſtem pulverem ciet.

21. *Pſecas aut ros.*

Ψεκὰς ἢ δρόσος.

Ick hebbe al wy-water gehadt.

In crebrius expuentes dictitabatur. *Pſecas* autem pluvia minutula eſt, rori ſimillima. Primitus dictum in Antima-

chum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

chum Poëtam, quòd ſubinde expuens, eos quibus cum loquebatur, conſpergeret.

22. *Hæſitantia cantoris tuſſis.*

Ἀπορία ψάλτου βήξ.

Als ghy 't niet en kont/ ſoo hoeſt eens.

Quoties non ſuppetit quod dicamus, idque velut aliud agentes diſſimulamus. Sumptum à cantoribus.

23. *Extritum ingenium.*

Παρεξηυλημένον νοῦν ἔχων.

Een daer niet op en loopt. Een arm verſtant.

De iis, qui mente parum valent, ac ingenio infirmiore ſunt.

24. *Panagæa Diana.*

Ἡ παναγαία Ἄρτεμις.

Hy ſlacht pijpers Paert.

Qui peregrinationes impenſius amat, errabundus, inſtabilis, nulla certa ſede conſiſtens. Siquidem Diana vagari dicitur apud Poëtas.

25. *Paſtillos Ruſillus olet, Gorgonius hircum.*

Het is heel ondieſt/ of niet een mijt.

In hominem ſui diſſimilem, nempè modo loquaciorem quàm ſat ſit, modò impendiò taciturnum. Interdum pueriliter ineptum, interdum Catone ſeveriorem, nonnunquam profuſum, nonnunquam ſordidum.

26. *Claudus optimè virum agit.*

Ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ.

Mijn Claes is de lieſſten baes.

Ubi quiſpiam ſuam ſortem, vel parum egregiam anteponit alienæ, tametſi præſtantiori.

27. *Ogygia mala.*

Ὠγύγια κακά.

Duyſendt laſten.

Rectè de ingentibus dicetur malis. Refertur ad Ogygum primum Thebanæ civitatis principem, cujus filius Cadmus ob filias ſuas in varias calamitates incidit.

28. *Omnia chnaumata.*

Πάντα χναύματα.

Het een met het ander. Alle de Pꝛoetelingh.

Quoties omne negotium ſignificabant. χναύματα enim Græci placentarum, atque id genus ciborum fragmina vocant.

29. *Ad pugnæ partes re peracta veniet.*

Hy ſal achter aen komen / vꝛagen waer het is.

Jocus erat proverbialis, ubi quis negotio peracto tum demum adveniret.

30. *Obſequium amicos, veritas odium parit.*

Die niet dooꝛ de vinger kan ſien / dient in de Werelt niet.

Seght een dat hem miſ-ſtaet / ſoo woꝛdt hy quaet.

Hanght de heuyck nae de wint / ſoo zijt ghy mijn kint.

Apud Terentium in Andria eſt, neque admonet, quid oporteat fieri, ſed oſtendit, quid vulgo fiat.

31. *Obviis ulnis accipere.*

Al ſijn vingeren nae lecken.

Hoc eſt, avidè ac ſitienter. Tranſlatum ab iis, qui diu deſideratum porrectis in complexum ulnis excipiunt.

32. *Oblivionis campus.*

Λήθης πεδίον.

Dat hy hier ſiet is hem ginder vergeten.

Hy heeſt een garnaets memory.

De vehementer obliviosis dici conveniet.

33. *Omnia ſapientibus facilia.*

Ἅπαντα τοῖς σοφοῖσιν εὔκολα.

De verſtandigen weten een ſaeck te handelen.

Nihil tam arduum eſſe ſignificat, quod prudenti conſilio non facilè conficiatur.

34. *Omnia eſculenta obſeſſis.*

Ἅπαντα γάρ τοι βρωτὰ πολιορκουμένοις.

Honger maeckt raeuwe boonen ſoet.

By noot / is alle dingh bꝛoot.

Vehe-

Vehementer ſamelicis nullum non ſuavem eſſe cibum ſignificat.

35. *Omnia ſimilia.*

Ἅπανθ' ὅμοια.

Gelijcke Monicken / gelijcke kappen.

Quoties omnium eandem conditionem eſſe ſignificamus.

36. *Totus echinus aſper.*

Ἅπας ἐχῖνος τραχύς.

Men magh met hem eggen noch eeren.

In homines moroſos, & injucundis moribus quadrat, cum quibus nulla ratione poſſis agere citra litem. Nam *echinus* piſcis, & item *Erinaceus*, undique ſpinis obſeptus eſt.

37. *Omnia bonos viros decent.*

Ἅπαντα τοῖς καλοῖσιν ἀνδράσιν πρέπει.

Het valt al goet / dat die beminde doet.

Veram virtutem decus quoddam comitatur, ut quicquid vir bonus agat, id decorum eſſe videatur. Venuſtius erit, ſi dicas in bonam partem accipi, quicquid aut dixerint, aut fecerint, qui apud aliquem in gratia ſunt.

38. *Oderint dum metuant.*

Laetſe my benijden en haten / ick gae rijden mijnder ſtraten.

Ick ſluyt mijn deur / ende paſſe op niemandt.

Tyrannica vox eſt nemine probo digna.

39. *Omitte vatem.*

Πάρες τὸν μάντιν.

Laetter toch yemant voordeel hebben.

Laet deſe met een ſchreef vry gaen.

Quoties alicui parcendum admonebimus, quod is eximius ſit, & immunis habendus à vulgari ſorte.

40. *Odit eum cane pejus & angue.*

Hy magh hem in't wit noch in't ſwart.

Sentit opinor de cane rabiente, & odium multo graviſſimum ſignificat.

41. *Stul-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

41. *Stultior Corœbo.*

Ἠλιθιώτερος Κοροίβου.

Hy heeft een ſtuck van 't malle beeſt op.
Het malle kint in de wagen.

In ſtupidos & vecordes. *Corœbus* enim maris undas numerare conatus, non potuit ultra quinque ſupputationem proſequi.

42. *Stupa ſeniculus.*

Στυπεῖον γερόντιον.

Een out Man is een nacht ijs.

De ſene viribus effœto. Simile illi eſt, *Homo bulla.*

43. *Phormionis thori.*

Στιβάδες Φορμίωνος.

De lange veeren.

De ſtratis ſordidis, minimeque delicatis, qualia ſunt cubilia militaria. *Phormio* autem dux quidam fuit militum, in proferendis militiæ incommodis notæ patientiæ. *Noctem in Phormionis thoris agere,* **een nachtjen over banckketteren/** hoc eſt, *ſcamno indormire.*

44. *Stultitia eſt, Jovem putare eſſe.*

Τῆς μωρίας, τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί.

Het mal komt boven.

Inſcitia eſt, natum tot annos credere, eſſe ullum Jovem. In eum qui grandis natu dicit, aut ſentit abſurdum quippiam.

45. *Tuum tibi narro ſomnium.*

Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.

Hout u ſoo vreemt niet van dat ick ſegh.
Ick betael u met u eygen geldt.

Perinde eſt quaſi dicas, Narro tibi quod ipſe rectius me noſti.

46. *Sponſi vita.*

Νυμφίου βίος.

Coninghs leven.

De vita molli ac delicata.

47. *Et fama fuit, & eras.*

Ἦ μὲν κλέος ἦδε καὶ ἦθα.

De ſpraeck was ſulcks / ende het ſcheelde de helft niet.

Quoties facta reſpondent opinioni.

48. *Innocuus alium aſpiciam, meum habentem malum.*

Ἐξάντης λεύσσω τοὐμὸν κακὸν ἄλλον ἔχοντα.

Ick ſal my aen een ander ſpiegelen.

Hoc eſt, Ex aliorum malis conſulam rebus meis.

49. *Simul & dictum & factum.*

Ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον.

Het was met een veegh gedaen.

Ubi quis citra moram id re præſtat, quod verbis pollicetur. Latini dicunt, *Cum dicto*, pro eo quod eſt ſtatim. Virgilius: *Dicto citius tumida æquora placat.*

50. *Objicere canibus agnos.*

Προβάλλειν τοῖς κυσὶν ἄρνας.

Den Joden leveren.

Qui pacatum & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponeret.

51. *Nullius indigens Deus.*

Ἀνενδεὴς ὁ θεός.

Niemant ſonder dat / dan die 't al beſat.

Admonet parœmia, nullum eſſe mortalium tam abſolutum, in quo non aliquid deſideretur. Unum eſſe Deum undequaque perfectum.

52. *Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina.*

Het Heylighdom ben ick quijt / de kaſſe is blijven ſtaen.

Verba ſunt Hegionis, ex Plauti Captivis, ubi reſciviſſet ſibi impoſitum eſſe, & herum dimiſſum pro ſervo, ſervum pro Domino retentum.

53. *Nudo mandas excubias.*

Γυμνῷ φυλακὴν ἐπιτάττεις.

Quoties

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quoties negotii quippiam mandatur ei, cui deeſt præſtandi facultas.

54. *Nunc contingat ſervari.*

Νῦν γένοιτο σωθῆναι.

Had ick my hier door ick ſoude my wachten.

Cùm ſignificamus nos ſatis cauturos in poſterum, ſi modò liceat præſens periculum effugere. Natum à teſtudine, quam raptam aquila parabat è ſublimi dejicere.

55. *Nunc bene navigavi, cùm naufragium feci.*

Νῦν εὖ πεπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα.

Het luckt beter dan 't geſchooren was.

Quoties id quod videtur incommodum, fortuna præter ſpem vertit in bonum.

56. *Nunc in regionem veni.*

Νῦν εἰς χώραν ἦλθον.

Nu ben ick in bekende Landt.

Ab iis dictitari ſolitum, qui tandem ſua ſponte illuc, quò oportuit, perveniunt, cum diu non quiverint.

57. *Nunc illa advenit Datidis cantilena.*

Νῦν ἥκει τὸ Δάτιδος μέλος.

Nu mogen wy ſingen Te Deum Laudamus.

Ubi quid lætum ac feſtivum accidiſſet. *Datis* quiſpiam erat Perſarum ſatrapes excellens in rei bellicæ gloria. Is Græcè loqui conatus, conſuevit dicere, ἥδομαι καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι, *Delector, gaudeo, lætor.* Ea cum ſæpius & male Græcè proferret, res in vulgi jocum abiit.

58. *Non enim ſpinæ.*

Οὐ γὰρ ἄκανθαι.

Het is beter dan 't was.

De conditione in melius mutata dicetur. Sumpta metaphora à novalibus, quæ repurgatæ à ſpinis, frugiferæ incipiunt eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

59. *Non ſtatuar leana in machara.*

Οὐ στήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος.

Ick ſal u heeten-doenken niet weſen.

Ghy ſult het gat niet booren.

Cùm negat ſcortum ſui copiam ſe facturum. Nam in capulis militarium gladiorum elephantes ac leones imponi ſolent. At hi procumbentes inſcalpuntur. Poteſt & adagium ad verecundiorem uſum detorqueri, ut ſi quis negans ſe per omnia morem geſturum, inſerviturumque pro libidine, dicat: *Non ſtatuor leana in machara.*

60. *Ne contra bovem opta.*

Μὴ κατὰ βοὸς εὔχου.

U ſal geen gebraden Duyf in de mont vliegen.

Admonet non eſſe vitam inſtituendam juxta votum animi, neque quidvis ſperandum à ſuperis. Ductum ab agricola, qui negligens adhibere bovis operam in colendis agris, optat, ut citra ſuum laborem proveniat ſeges.

61. *Non noſtrum onus, bos clitellas.*

Het is van mijn ſpeculatie niet / kan ick my daer mede behelpen?

Bovi clitellas.

Voorſiet daer een ander mede.

Proverbium eſt recuſantis munus aliquod, veluti parum accommodatum ſibi. Neque enim boum eſt clitellis tergo impoſitis onera ferre, ſed potius aſinorum ac mulorum.

62. *Nota res mala optima eſt.*

Ick weet wat ick hebbe / maer niet wat ick krijgen ſoude.

Dictum in Plauti Trinummo ſub perſona ſenis eſt, ſuadere conantis amico, ne uxorem, tametſi malam, repudiaret, aliam ducturus, propterea quod plerunque fit, ut qui commutat primum pro malo pejus accipiat, tum ignotum pro noto, poſtremò inſuetum pro familiari. Tantum enim valet aſſuetudo, ut mala quibus aſſueverimus, optima videantur.

63. *Inveni non quod pueri in faba.*

Sic Strophylus Plautinus in Aulularia ſe magnum quiddam reperiſſe ſignificat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

64. *Midas in teſſaris conſultor optimus.*

Μίδας ὁ ἐν κύβοισιν εὐβουλότατος.

Als het luck mede wil / ſoo kalſt den Oſſ.

Accommodari poterit ad rem, quæ fortè fortuna fœliciter cadit. *Midas* autem jactus vocabulum in teſſaris eſt.

65. *Ni purges, & molas non comedes.*

Ἂν μὴ καθαρῇς καὶ ἀλέσῃς οὐ μὴ φαγῇς.

Siet ghy ſelf niet upt u oogen / u dingen zijn niet.

Non continget tibi victus, niſi tuam item induſtriam adjunxeris. Ita Ceres dixiſſe fertur Triptolemo, cum frumenti uſum oſtenderet. Poteſt transferri longius. Non proderit tibi ingenii felicitas, niſi exercueris, nil principum favor, niſi te geſſeris, ut oportet.

66. *Nihil differs à Cærephonte.*

Οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος τὴν φύσιν.

Ghy zijt recht Mager-man / roert den pot.
Ghy ſiet daer upt of ghy de lepel-ſucht hadt.

In macilentum pallidumque dicebatur, qualis fuit Chærephon Tragœdiarum ſcriptor.

67. *Nihil ab elephante differs.*

Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν.

Ghy zijt een rechte Olifant.

In magnos, & ſtupidos dicebatur. Elephantini autem corporis moles & fœditas, adagio locum fecit.

68. *Ne intra veſtibulum quidem te admitteret.*

Οὐδ᾽ ἐντὸς ἰωροῦ.

Hy liet u niet riecken daer hy gepiſt heeft.

In tumidos, feroces & inſolentes dici ſolitum, qui procul omnes à ſeſe ſubmovent. Prima autem magnatum atria ſolent patere quibuſlibet.

69. *Neque cum malis, neque ſine malis.*

Οὔτε σὺν πανωλέθροισιν οὔτ᾽ ἄνευ πανωλέθρων.

Het is niet ſoo klaer of 't een duyf geleſen hadde.

De

De uxoribus dictum, cum quibus incommodè vivitur, ſed nec citra has conſtant familiæ.

70. *Ne in pelle quidem.*

Οὐδ' ἐκ δέρματι.

Hy heeft niet een nagel om ſijn Aers mede te krauwen.

Hyperbole proverbialis de ſupra modum tenuibus, velut uſque adeo nudis, ut ne pelle quidem propria tegantur.

71. *Ne tria quidem Steſichori noſti.*

Οὔτε τὰ τρία Στησιχόρου.

Ghy weet niet hoe veel dagen dat ghy oudt zijt.

De vehementer indocto & imperito dici ſolitum. Originem vide in Eraſmi Chiliadibus.

72. *Nephalia ligna.*

Νηφάλια ξύλα.

Droogaerts.

Dici poſſe videtur in immodicè abſtemios, & ab omni voluptate procul alienos. *Nephalia* autem ſonat, quaſi dicas ſobria.

73. *Nephalium ſacrum.*

Νηφάλιος θυσία.

Een ſober portie.

De convivio vehementer frugali ſobrioque. *Nephalium exhibebo ſacrum*, **Ghy ſult u niet verbraſſen.**

74. *Neglectis urenda filix innaſcitur agris.*

Een dingh is niet / indien't niet gehavent wert.

Ex Horatii ſatyra tertia eſt. Mira admonuit allegoria animum honeſtis excolendum diſciplinis, alioqui futurum, ut inutili ſylva vitiorum occupetur.

75. *Nauphracton tueris.*

Ναύφρακτον βλέπεις.

Ghy ſiet of ghy daer ſeven op hadt.

Ghy ſiet of ghy een menſch op ſoudt eten.

De his, qui latis ac prægrandibus, aut torvis & minacibus oculis quempiam aſpicerent. *Nauphracton* Græcè claſſis eſt ad

bellum inſtructa. Solent autem triremibus magna quædam ineſſe foramina, oculorum inſtar, per quæ remos inſerunt.

76. *Negotium ex otio.*

Πρᾶγμα τ' ἐξ ἀπραξίας.

Het valt my recht contrary.

Ubi res præter opinionem evenit, & inde tumultus oboritur, unde tranquillitatem & otium ſperabamus.

77. *Navis aut galerus.*

Πλοῖον ἢ κυνῆ.

Het is een vreemt fatſoenken. Een Hin oft haer kiecken.

Non invenuſtè dicetur in eos, qui cultu moribuſque diverſam perſonam præ ſe ferunt. Veluti ſi quis pallio Philoſophico baltheum adderet militarem. Aut ſi cultu monachum, moribus & lingua lenonem ageret.

78. *Mazam pinſuit à me piſtam.*

Μάζαν μεμαχὼς τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.

Ick heb het Vercken gemeſt / ende hy is met het ſpeck onder 't bedde.

Qui ſibi alienæ induſtriæ laudem vindicant, & magnam gloriam alieno labore partam, verbis in ſe tranſmovent. Eſt autem *Maza* cibi genus ex lacte & farina, fermè panis inſtar confectum. **Ick haddet gebrockt / ende een ander ſchockt het.**

79. *Nauſon Naucrati.*

Ναύσων Ναυκράτῃ.

Loot aen oudt yſer. Sulcke groet / ſulck antwoort.

Quoties aliqui ſimilia invicem reſpondent, veluti ſi quis herus ſalutatus herum reſalutet, nebulo nebulonem. ***Nauſon*** enim & ***Naucrates*** utrumque à nave dicitur.

80. *Tolle, tolle mazam quàm ocyſſimè ſcarabeo.*

Αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα κανθάρῳ.

Wech / wech / voor het Vercken daer mede.

Quoties ſordidus cibus convivæ apponitur.

81. Non

81. *Non eſt meum negotium, multum valeat.*

Οὐκ ἔςʼ ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω.

Het is van mijn ſpeculatie niet / laet varen.

Quoties negabimus nos laborare de re, quæ nihil ad nos pertineat.

82. *Myſia cantharis.*

Μύση κανθαρίς.

Een arme Aerd-worm.

De contemptiſſimo viliſſimóque homunculo. *Cantharis* autem cùm alioqui vermiculus ſit lethali veneno, hic diminutivum nominis κάνθαρυ eſt, ut *ſcarabeolum* ſignificet. Sic & ſacris literis *vermis* in proverbium contemptus abiit.

83. *Moleſtum ſapientem apud ſtultos loqui.*

Het is verdrietigh roosen by Verckens te ſtroyen.

Apud ſtultos ſilendum eſt viro cordato, aut fortè oratio moribus illorum accommodanda eſſet.

84. *Modio dimetiar.*

Μεδίμνʼ ἀπομετρῶ.

Wy ſullen't by hoopkens om leggen.
By mutſen vol deelen.

Proverbialis hyperbole ſperantis ingens & cumulatum emolumentum.

85. *Mens non ineſt Centauris.*

Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροισιν.

De dwaſen hebben geen verſtandt.
Sy willen met haer eygen hooft door.

In vecordes & ſtultos dicebatur, aut contentioſos & alieni ſtultè appetentes.

86. *Melle teipſum perungis.*

Ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάττεις.

O hertken leydt in een bonte lapje.

Molliter ſuaviterque vitam agis, quaſi parum ſit veſci melle, niſi totus ſis melleus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

87. *Mercurius infans es.*

Ἑρμῆς ἀμύθητος εἶ.

Ghy hebt de blinde man ſien leyen,
Y oude ſchoenen weten't wel.

Ironia proverbialis, ubi quis fingit ſe rudem ejus artis, cujus eſt callentiſſimus. Mercurius enim eloquentiæ diſciplinarumque parens eſt.

88. *Mendicorum loculi ſemper inanes.*

Πτωχῶν οὐλοὶ ἀεὶ κεναί.

De bedelſack die heeft een gat.

De petacibus dictum eſt, & inſatiabilibus.

89. *Meliacum navigium.*

Τὸ Μηλιακὸν πλοῖον.

Het is een deckſel op een aſſyn kan.

Ubi quis cauſas fingit, quo ſuffugiat officium. Ariſtoteles enim Meliacus quidam deducendæ coloniæ præfectus, cùm multi detrectantes navigationem varia cauſarentur, ille indignatus imprecatus eſt illis, ut nunquam haberent naves integras, ſemperque ſub imperio uxorio viverent.

90. *Melanione caſtior.*

Μελανίονος σωφρονέστερος.

Hy magh van geen vrouwen hooren.

Ajunt Melanionem quendam odio mulierum in ſolitudinem demigraſſe, perque avia montium & nemorum, cane, quo uno convictore utebatur, feras inſectari ſolitum, nec unquam domum revocari potuiſſe.

91. *Matris ut capra dicitur.*

Τῆς μετέρος ὡς αἶξ καλεῖται.

Het is een wijs kindt dat ſijn vader kent.

In ſpurios dictum videtur, quorum pater incertus eſt. Ductum ab hœdis, qui in caprilibus à matre dignoſcuntur, nam à patribus haudquaquam poſſis.

92. *Quaſi locum in balneis.*

Hy heeft d'oudtſte brieven.

Ubi non ex merito datur locus, ſed ex vetuſtate. Tertulliani eſt.

93. *Mi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

93. *Milium torno ſculpere.*

Τὰς κέγχρους ἀποτορνεύειν.

Semel knoopen.

In eos, qui rem abſurdam molirentur. *Milium* enim non patitur ſculpturam.

94. *Magnetum mala.*

Μαγνητῶν κακά.

Daer kat noch muys over blijſt.
Opt de gront bedorven.

De malis ingentibus dicetur, nam Strabo libro 14. *Magnetas* commemorat *olim opibus florentes à Treribus, gente Cimmerica, funditus fuiſſe perditos.*

95. *Complura maſculi canis cubilia.*

Πολλαὶ κυνὸς ἄρσενος εὐναί.

Hy loopt op ſchut gebaert.
Hy laet niet een Hoer Maeght.

In eum qui non contentus certo thoro, paſſim per aliena cubilia volutari gaudet.

96. *Multa belli inania.*

Πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

Alle dingh laet hem ſeggen / kaes en broot laet hem eten.

De inani ſuſpicione, aut pavore ſine cauſa oborto. Q. Curtius: *Fama maximum utique in bello momentum eſt.*

97. *Militavit cum Eraſinade.*

Ἐστρατήγησε μετ' Ἐρασινάδου.

Hy is drie dagen voor 't geluck geboren.

Vulgo per jocum dicebatur, de his quibus res undequaque male procederent. Erat enim *Eraſinades* dux parum felix, unde & male audiebat quod pecunias Helleſpontiacas furatus erat.

98. *Mulieri ne credas, ne mortuæ quidem.*

Γυναικὶ μὴ πίστευε μηδ' ἂν ἀποθάνῃ.

Het ſal een rouwen / die looft de vrouwen.

Hyperbole proverbialis. Nam noverca quædam legitur

 ſepul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

ſepulta etiam privignum interemiſſe, illapſa in pueri caput pyramide.

99. *Mulierum exitia.*

Γυναικῶν ὄλεθροι.

Van Vrouwen / veel rouwen.

Geluck van Vrouwen / ramp in de Beurs.

De his qui funditus ac miſerabiliter pereunt per mulieres, quæ variarum ſæpe calamitatum autores fuiſſe viris dicuntur. Teſtis Pandora Heſiodia, teſtis bellum Trojanum, teſtis Hercules à Deianira extinctus, teſtis Danaidum fabula, teſtis Lemniarum mulierum hiſtoria, teſtis Cleopatra, teſtis Eva prorſus infamis apud omnes.

100. *Multa noris oportet, quibus Deum fallas.*

Πολλά κεν εἰδείης οἷς τὸν θεὸν ἐξαπατήσεις.

Hy moet vroegh opſtaen / die hem bedriegen ſal.

Ubi quis fucum facere conatur ei, cui difficile ſit dare verba, propter aſtutiam ſingularem.

Finis Chiliadis ſecundæ.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS TERTIÆ
CENTURIA I.

I. *Multi Mannii Ariciæ.*

Lier is vol Gommers.

M*Annius* Dianæ Aricinæ lucum conſecraſſe legitur, & ex hoc viro laudatiſſimo quàm plurimi extiterunt viri item clariſſimi, eodem nomine, ut hinc natum proverbium ſit, *Multos Ariciæ Mannios eſſe.* Quaſi mea ſententia dicas: *Multos Gandavi Levinos eſſe, Mechliniæ Rumoldos, Norvici Ierones.*

2. *Murus aheneus eſt.*

Daer magh niemandt tegen.

Apud Horatium in epiſtolis uſurpatur pro certo & immutabilis animi decreto: *Hic murus aheneus eſto,*
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

3. *Multi te oderint, ſi teipſum amas.*

Πολλοί σε τοι μισοῦσιν ἂν σαυτὸν φιλῇς.

Selfs lief/ niemandts lief.

Deterret à faſtu proverbium & philautiâ. Multis enim diſpliceat oportet, qui ſibi nimium placet. Modeſtia vero præcipua favoris & benevolentiæ conciliatrix eſt.

4. *Malorum panegyris.*

Κακῶν πανήγυρις.

De ſtapel van alle ongeluck.

De malis agminatim ingruentibus & invicem ſibi ſuccedentibus. *Panegyris* autem apud Græcos dicebatur ſolennis ille populi conventus ad ludos feſtos celebrandos: voce hinc compoſita, quod feſtis diebus omnes convenirent.

5. *Magis impius Hippomene.*

Ἀσεβέστερος Ἱππομένους.

Het is een Jan ſonder genade.

Hic enim Athenienſium princeps, filiam à cive quopiam vitiatam, unà cum equo feroci concluſit in domicilio,

nec huic, nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam adortus confecit: deinde periit & ipſe.

6. *Manivoro vinculo.*

Χειροβρῶτι δεσμῷ.

Sic quiſpiam appellavit *manicas* veſtium Ponticarum, quod manus offendant, atterantque. Idem objicitur Trojanis apud Virgilium:

Et tunica manicas, & habent redimicula vitta.

7. *Malum Hercules.*

Μῆλον Ἡρακλῆς.

Hy ſpeelt hael in. Hy neemter al in't goet / al voor ſuycker.

Ubi quis munuſcula quantumvis puſilla, boni conſulit. Veluti Hercules qui bove fugâ elapſo, ex malo confictum bovem, immolari ſibi non indignè tulit.

8. *Manum habere ſub pallio.*

Met de handen in de mouw gaen.

In eos, qui otio languent. Sumptum eſt à geſtu rhetorum, nam qui languent, manum occultant ſub pallio: qui commoti ſunt, proferunt. Sic de concionatore: *Manum habebat ſub pallio*, **'t Ginck hem ſoo doot aſ.**

9. *In ſinu manum habet.*

Ὑπὸ κόλπου χεῖρας ἔχει.

Sijn voet magh in ſijn buydel niet.

In tenaces & ad largiendum pigros hoc dixit Theocritus.

10. *Præmanſum in os inſerere.*

Pap bieden. Te voren kauwen.

Pro eo quod eſt, rem in docendo nimis enucleatè nimiſque fruſtulatim tradere.

11. *Mala proditio.*

Κακὴ πρόδοσις.

Dat is hy brengen.

Ubi quis pactam mercedem non accipit, cùm turpem præſtiterit conditionem.

12. *Ma-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

12. *Mali thripes, mali ipes.*

Κακὰ μὲν θριπὲς κακὰ δ' ἰπές.

Ick viel om die keur van die balck niet.

De duplici malo dici ſolitum, ut non magni referat utrum elegeris. *Thrips* enim vermiculus eſt, qui lignis innaſcitur. *Ips* verò cornibus.

13. *Mali bibunt improbitatis fecem.*

Κακοὶ πίνουσιν πονηρίας τὴν ὀμίχλην.

Boeven komen in 't eynde aldaer ſy 't vinden.

Dici ſolitum, ubi pœna maleficis digna meritis contigiſſet.

14. *Lydio more divinat.*

Hy ſtaet daer nae.

Ubi quis ariolatur, ac auguriis, divinationibuſque ſervit. Hac enim ſuperſtitione Lydi laboraſſe feruntur.

15. *Lydi mali, poſt hos Ægyptii, tertiique Cares.*

Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι,
Τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.

Men vint noch arger.

Deucht hy niet / men vinter meer.

Tempeſtiviter utemur, ſi quando mali cum malis conferentur. Et collatus cum ſceleratioribus ita demum minus illaudatus aliquis videtur. At opus eſt bonum eſſe, non autem reſpectu ſcelerati minus ſceleratum judicari ſat eſt.

16. *Lutum ſanguine maceratum.*

Πηλὸν αἵματι συμπεφυρμένον.

Een loome quaetaerdige aert.

Tiberium Cæſarem ſic vocabat inter objurgandum ipſius præceptor Theodorus Gadarenus; proſpiciens in eo ſævitiam quandam cum ingenii ſtupore conjunctam.

17. *Liberæ capræ ab aratro.*

Ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρων.

Daer zijn wy door.

Dictum olim ab iis qui ſe ab onere quopiam aut moleſtia liberatos gloriarentur. *Quàm gravi aratro nunc liberæ ſumus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

mus capra, **Wat een roof is ons van den aers gevallen.**

18. *Lis litem ſerit.*

Ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.

Uyt kijf komt kijf.

Negligendam ſignificat injuriam, non retaliandam, alioqui reciprocandi mali nullus finis eſt.

19. *Lignum tortum haud unquam rectum.*

Ξύλον ἀγκύλον, οὐδέποτ' ὀρθόν.

Van een krom hout quam noyt rechte ſtaeck.

Significat diſtorta praváque ingenia vix unquam ad bonam frugem traduci.

20. *Lesbiis digna.*

Λεσβίων ἄξια.

Het is goet Noortwijcks.
Het is goedt Leydts.

Quoties aliquorum vanitatem notamus, & res ipſorum ferè irritas eſſe.

21. *Lemnia manu.*

Λημνία χειρί.

Een overdadige hant.

Sic manum vocant nefariam, impiam & crudelem, ut quæ propriorum liberorum atque concubinarum ſive maritorum etiam necatrix ſit.

22. *Lepus apparens infortunatum facit iter.*

Φανεὶς ὁ λαγὼς δυστυχεῖς ποιεῖ τρίβους.

Nu ſullen wy geen deegh doen.

Torqueri poteſt ad interventum cujuſpiam, qui videatur incommodum aliquod allaturus. Vulgo namque creditum eſt, etiam his temporibus, occurſum leporis omen eſſe parum felix iter ingreſſis.

23. *Limen ſenectæ tenet.*

Ἐπὶ γήραος οὐδῷ ἐστί.

Hy heeft die ſes kruycen al op ſijn hoornen.

Senectæ limen antiquitus vocabant velut extremum autumnum

tumnum ætatis humanæ, cui jam appetit hyems decrepitæ ſenectæ.

24. *Lingua bellare.*

Γλώττῃ πολεμίζειν.

Na hy de kan / der van de man.
Met de tongh ſtormen.

Qui magnificè conviciantur atque minantur hoſti, ſed cum tutum eſt. Alluſit huc Virgilius in Æneïde:

—— *An tibi Mavors*
Ventoſa in lingua pedibuſque fugacibus iſtis
Semper erit? ——

25. *Larus hians.*

Λάρος κεχηνώς.

Hy hadt geern een ſtuck ſpecks uyt de pan.

Ubi quis avidius prædæ inhiat.

26. *Laconiſmus optimus.*

Λακωνισμὸς ἄριστος.

Kort en goet.

Laconiſmum veluti proverbio breviloquentiam vocant, quod Lacedæmonii facta magnificis dictis prætulerint, & in apophthegmatis præcipuè valuerint.

27. *Late vivens.*

Λάθε βιώσας.

Hout u binnen u ſchulp.

Admonet adagium in humili fortuna vitam eſſe feliciorem iis, qui obſcuri vivunt & à publicis negotiis ita ſemoti, ut cùm vita deceſſiſſent, nemo illis vixiſſe ſentiret. Alluſit huc Horatius: *Nec vixit male, qui natus morienſque fefellit*, id eſt, quem nemo ſenſit nec prodeuntem in hanc vitam, nec excedentem. Ovidius in triſtibus:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

28. *Labyrinthus.*

Λαβύρινθος.

Een verwart werck.

Sic rem vocant vehementer impeditam & inextricabilem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

29. *Labore laborioſus.*

Πόνῳ πόνηρος.

Nimmermeer ruſt.

Ipſa figura hyperbolen habet immodici laboris.

30. *Laciadæ.*

Οἱ λακιάδαι.

Die over 't beenken ſlaen. Die geen wey houden. Hoe ſoudmenſe door nemen.

Vulgatum in mœchos convitium erat. Populus quiſpiam eſt Atticæ, Laciadarum tribus Oenoidis, apud quos ingens raphanorum copia. His autem utebantur in adulteros deprehenſos, ludibrii cauſa.

31. *Laborem ſeris.*

Πόνον σπείρεις.

Hier ſal hy niet dan moeyten af komen te maeyen / ghy helpt u ſelven aen werck.

In fruſtra laborantes, ut qui præter laborem ipſum, nihil fructus reportaturi ſint.

32. *Labrax Mileſius.*

Λάβραξ Μιλήσιος.

Het is een quade brock daer een aen worcht.

In ſtolidum & avidum dicebatur. *Labrax* enim piſcis genus lato oris rectu eſt, unde eſcam totam unâ cum ære faucibus corripit, atque facile capitur. Apud Miletum autum prægrandes, & plurimi ſunt.

33. *Lavares Peliam.*

Λούσαις τὸν πελίαν.

Ghy ſoudt hem van de wal in de ſloot helpen.

Ubi quis prodeſſe conatus ingens addidit malum. Ductum ex Peliæ fabula, cui filiæ juventam revocare ſtudentes, necis autores fuerunt.

34. *Iterum atque iterum ad Pythum via.*

Αὖτις αὖ πύθωδ᾽ ὁδός.

Iſt altijdt weer aen / 't oude vragen.

De iis, qui moleſti ſunt eadem de re iterum atque iterum per-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

percontando. Quemadmodum ſolent ignari viæ quemcunque obvium de via rogare.

35. *Cum Delphis ſacrificaverit, ipſe carnes abſumit.*

Δελφοῖσι θύσας, αὐτὶς ὀψωνεῖ κρέας.

Hy noot gaſten op een Schaeps-hooft.

De iis, qui vocatis convivis ipſi cibos appoſitos devorant, ut illis ſpectare tantum liceat, non veſci. Noſtrates caput ovillum duobus competere dicunt, ita ut reliqui ſpectent vacui.

36. *Iſthmiazare.*

Ἰσθμιάζειν.

Wonder willen koocken / maer 't blijft het oude koocken.

In eos, qui magna quidem moliuntur, ſed omnis eorum opera fruſtranea eſt. Ab Iſthmi perfoſſione à multis infeliciter tentata.

37. *Ipſi curandum eſt, ſed in domum.*

Αὐτῷ μελητέον ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν οἶκον.

Gheleende paerden / ende eygen ſpooren rijden beſt.

Convenit in eos, qui rebus alienis liberiùs utuntur, ut ſæpe ſolent qui in conducto habitant.

38. *Hyperberetæa.*

Ὑπερβερεταῖα.

Het komt al dat ten laeſten komt.

Admodum ſerotina quæque vix tandem advenirent. Nam apud Macedones extremus anni menſis *Hyperberetaus* vocabatur.

39. *Vlyſſis remigium.*

Een hoop deugh-nieten / daermen eer een hulck mede ſoude verteeren / dan een boot winnen.

Homines nequam & voluptatibus addictos Horatius in epiſtolis, *Vlyſſis remigium* appellavit. *Remigium vitioſum Ithacenſis Vlyſſis*, ut qui nec à Circes poculis temperarint, nec à Lotophagis avelli potuerint, nec à Solis bubus abſtinuerint.

40. Ze-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

40. *Zeleuci lex.*

Ζαλεύκου νόμος.

De wet der ongenade.

Cùm filius Zeleuci ſecundum jus ab eo conſtitutum ob adulterium utroque oculo privandus eſſet, ac tota civitas in honorem adoleſcenti pœnam remitteret; tandem victus precibus Zeleucus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, ſalvâ lege, ſupplicii modum temperavit.

41. *Zopyri talenta.*

Ζωπύρου τάλαντα.

Dat zijn dingen van waerden.

De præclaris factis magnoque æſtimandis: ſiquidem rex Darius, quando per Zopyrum naribus & auribus in gratiam regis mutilum, Babylonem devicerat, ſe unum Zopyrum integrum malle dixit, quàm centum Babylonas capere. Et oblato aliquando malo granato tantum ſibi optavit Zopyrorum, quantum ibi granorum inerat.

42. *Una ſcutica omnes impellit.*

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει.

Als men gus ſeydt ſoo meentmen al de hoenders.

De negotio dictum quod facile fieret, videlicet à promptis omnibus ac ſuapte ſponte currentibus. Fortaſſis & in hos quos eadem cauſa impellit, puta eadem ſpes lucri, quo ſenſu Germanicè dicimus: **Wy jagen al op een wilt/ op een ſpoor.**

43. *Tanquam Chalcidica nobis peperit uxor.*

Ὥσπερ χαλκιδικὴ τέτοκεν ἡμῖν γυνή.

Sy magh haer kinderen met een wan in de Son ſetten.

De ea quæ liberos quàm plurimos peperiſſet. Heroina enim quædam nomine *Combe*, cui cognomen fuit *Chalcidi*, traditur centum enixa liberos.

44. *His Medus non inſidiabitur.*

Τάδε μῆδος οὐ φυλάξει.

Dit Schaep ſal ons de wolf niet ontjagen.
Hier ſullen ons erven niet om kijven.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Græci aliquando deſperatis rebus facultates ſuas abſumpſerunt, ne multum reliquum fieret, quod hoſtis tolleret; ita dicentes: *Hæc Medus non obſervabit.*

45. *In Orci culum incidas.*

Ἄιδϐ πρωκ]ῷ ϖειπέσοις.

Loopt voor de donder / in abben aers.

Sermo perniciem & extremum exitium imprecantis eſt.

46. *Invitus Jupiter novit.*

Ἄκων μὲν ὁ Ζεὺς οἶδεν.

Het was my leet / dat ick het dede.

Ubi quis pollicetur quippiam ſed invitus.

47. *Excubias agit, aut ditatur.*

Φρϐρεῖ, ἢ ϖλϐ]εῖ.

Hy teert vaſt van den hoogen boom / het moet een af komen hebben.

De iis, qui ampliter facerent ſumptus. Cæterum ut divites hoc valent, ita & milites nihil parcere ſoliti ſunt opibus alienis. Athenienſes autem excubitores magno conducere ſolent.

48. *Intra ſeptimam adeſſe.*

Ἐντὸς ἑβδόμης παρεῖναι.

Op ſijn gety paſſen.

Subauditur *lunam.* Edictum enim erat Athenis, ut ante ſeptimum diem menſis exercitum educerent. Admonet itaque maturè ſuóque tempore negotium aggrediendum eſſe.

49. *In Cotyla geſtaris.*

Ἐν κοτύλῃ φέρῃ.

Sy hebben u binnen.

De iis, qui arbitrio alieno, quo libitum eſſet, huc atque illuc ducerentur. Aut ubi quis indulgentius foveretur. **Nu zijt ghy daer in met bey u pootkens.** Natum à luſu puerili, ubi quiſpiam reductis atque conſtrictis in tergum manibus, alium genibus impoſitum ferebat, qui ipſius oculos obtegebat. *Cotyla* enim præter alia & cavam manus partem ſignificat.

50. *In apes induxiſti.*

Εἰς μελίττας ἐκώμασας.

Ghy hebt my aen den dans gebracht.

Ubi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur.

51. *Orci habet galeam.*

Ἀΐδος κυνῆν ἔχει.

Hy weet onder de aerde ende boven de aerde te gaen.

Dictitari ſolitum in eos, qui ſemet arte quapiam occultarent. Orci autem ſive Plutonis galea ſic ſe habebat, ut quiſquis eam geſtaret, is quoſcunque voluiſſet videbat, ipſe nemini conſpicuus. Unde & *Orci induere galeam*, de eo dicitur, qui occultis inſidiis nocere molitur, **Een op ſijn weeckſte nemen.**

52. *Hinc initium belli.*

Ἐνθένδ᾽ ἀρχὴ πολέμου.

Hier komt al het woel uyt.

Dum mali alicujus fontem primamque originem nos comperiſſe atque ſcire dicimus.

53. *In fermento jacere.*

Ἐν τῇ ζύμῃ κεῖται.

In 't voet-ſant leggen.

De his, qui animo eſſent ægro atque iracundia turgerent. Fermentum enim & acorem habet & tumorem. Unde & in divinis literis malitiæ ſimultatiſque ſignificationem habet. Plautus in Caſina: *Nunc in fermento tota eſt*, *Ita turget mihi.*

54. *In eo ipſo ſtas lapide, in quo præco prædicat.*

Ghy wort verkocht daer ghy by ſtaet.

In Bacchidibus Plauti Chryſalus ſervus ſenem irridens, quem argento defraudabat: *O ſtulte*, inquit, *neſcis nunc venire te. Atqui in eo adſtas lapide, ubi præco prædicat.* Quadrabit ubi quis præſens, videns, audienſque tamen deluditur.

55. *Inus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

55. *Inus dolores.*

Ἰνοῦς ἄχη.

Hondert duyſent laſten. Onlijdelijck lijden.

Ino Cadmi filia ex Athamante duos peperit filios, quos ille in inſaniam verſus arcu peremit, & Ino cum Melicena ſuo filio ſeſe in mare abjecit.

56. *In omni fabula & Dædali execratio.*

Ἐν παντὶ μύθῳ καὶ Δαιδάλου μῦσος.

Over al in't ſpel als Pilatus in het Credo.

Quadrat in autores atrocium facinorum, aut ingentium calamitatum, ut frequenter illorum incidat mentio, ſed non ſine deteſtatione. Dædali enim opera Paſiphaë ligneo in vaccæ ſimulachro incluſa ex tauro conceperat Minotaurum, cui Athenienſes quotannis ſeptem oportebat immolare virgines, & totidem adoleſcentulos. Hinc diræ in Dædalum imprecationes.

57. *In parte vel ignem prædetur aliquis.*

Ἐν τῷ μέρει τις καὶ τὸ πῦρ σκυλευέτω.

Al ſpeelen wy primum mihi.

Al willen wy aen 't langhſte eynt weſen.

De iis, qui parum æqua referunt in commune. Cum enim res communis commiſſa fuerit manibus unius aut paucorum, maxima pars nonnunquam penes eos hæret, qui dividunt. Quid autem non prædetur, qui prædatur ignem.

58. *In nihil ſapiendo jucundiſſima vita.*

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.

Malle luy/ 't beſte leven. Sotheyt maeckt vreucht.

Mal houdt wel jeucht.

Huic concinit illud Eccleſiaſtæ: *In multa ſapientia, multa indignatio, Et qui addit ſcientiam, addit dolorem.*

59. *Ignem palma.*

Πῦρ παλάμῃ.

Hy verſtaet u weyden wel.

Si quando protinus intellectum aliquid eſſet à quopiam: ut ſi ſcommate dicto, ſtatim ſentiat aliquis in ſe dictum. Aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

mea quidem ſententia, ſi quem repentinum aliquod malum affligat, atque ſubito dolore mordeat: quo ſenſu noſtrates dicunt, **Ick worde huyden den dagh ſoo wel niet ontwaer.**

60. *Sub cultro linquere.*

In de laſt laten. In de pekel laten ſteken.

In præſentaneo periculo deſerere eſt. Horatius in ſermonibus: *Fugit improbus, ac me Sub cultro liquit.* Non abludit huic Ariſtophanicum hoc:

61. *Caput epixeno impoſuero.*

Ὑπὲρ ἐπιξήνου θελήσω τὴν κεφαλήν.

Quando periculo capitis parati ſumus affirmare quippiam. Eſt autem *epixenon* truncus in quo coqui ſuas carnes ſecant.

62. *Apio opus eſt.*

Τοῦ σελίνου δεῖται.

Hy magh ſijn biecht wel ſpreecken.

Ita loquebantur, quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur.

63. *Fores habet tritas, ut paſtorum caſæ.*

Τὴν θύραν ἔχει τεθλιμμένην, ὥσπερ αἱ ποίμναι.

Men magh niet een vliech uyt ſijn nap krijgen.
Men magh tot ſijnen huys̃ 't gat niet boren.

Ironia proverbialis in homines inhoſpitales, aditu difficiles, & ſibi viventes.

64. *Ialemo frigidior.*

Ἰαλέμου ψυχρότερος.

Het heeft geenen geeſt.

De cantione, oratione, argumento, joco, aut ejuſmodi re quapiam ſupra modum frigida. *Ialemi cantilena*, **Een barmhertige ſanckt.**

65. *Humi hauris.*

Χαμαὶ ἀντλεῖς.

Ghy ſchiet het grondt uys.

Quo-

Quoties exhauſta copiâ non multum ſupereſt, quod hauriás. *Humi haurit*, De huych is hem al gelicht. *Humi haurit*, *quæ Veneris ſunt*, Het hollen is hem al benomen.

66. *Humi ſerpere.*

Hem leegh houden.

Humi ſerpit oratio, quæ preſſior humiliorque eſt. Sic Horatius in arte;

Serpit humi tutus nimium timiduſque procellæ.

67. *Holerum additamenta.*

Αἱ τῶν λαχάνων προσθῆκαι.

Een Appelken om mede te ſpeelen.

De re nullius nomenti.

68. *Fictilis homo.*

Κεράμιος ἄνθρωπος.

Een papieren menſch.

Hoc eſt mollis, imbecillis & fragilis. Simile eſt illi, *Homo bulla.*

69. *Hipparchorum tabula.*

Ἱππάρχων πίναξ.

Men ſal daer op elckx handen paſſen.

Quoties haud impunè futurum ſignificamus, ſi quid peccetur. Apud Syracuſanos enim Hipparchi, hoc eſt, equitum præfecti in tabellis deſcribebant militum nomina, ſi qui ordinem deſeruiſſent.

70. *Cauſa Heteromalia.*

Ἑτερομάλιος δίκη.

Daer geen renkonter valt.
Daermen het velt alleen heeft.

Cauſa quæ ab altera tantum agitur parte, nullo præſente qui contradicit. Uſurpabitur non ineleganter, ubi quis damnat abſentem.

71. *Harmodii cantilena.*

Ἁρμοδίου μέλος.

Het Liedeken van requiem.

De lugubribus ac triſtibus dicebatur. Simillimum illi; *Admeti nænia.*

72. *Haud canit paternas cantiones.*

Οὐ πατρῷϊκὰ αὐλεῖ μέλη.

Hy ſlacht ſijn Vader niet.

Sijn Vader hadt aen een ander eyndt geſtaen.

De eo, qui à paternis moribus degeneraret.

73. *Non certatur de oleaſtro.*

Οὐ φυλίας ὁ ἀγών.

Het is geen kinder-ſpel.

't Koſt meer dan noote doppen.

Quoties non de nugis, neque de gloria, aut corollis, ſed de re ſeria ac pecunia ageretur.

74. *Haſta caduceum.*

Δόρυ κηρύκειον.

Sy mogen kieſen of deylen.

Quoties aliquis ſimul & minaretur, & ad concordiam invitaret. *Haſtam ſimul & caduceum mittemus*, Wy ſullen 't haer te neem of te geef ſetten. Op 't oogh ſetten. Divus Hieronymus, *Scuto pacem petere* dixit.

75. *Gallorum incuſare ventres.*

Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν.

De edacibus ac luxu multum abſumentibus facultatum. *Gallorum incuſat ventres*, Hy laet hem duncken dat ſy hem inde grondt teeren. *Ventre gallinaceo eſt*, Hy behoeft wel een gepeperde Lewerick. Huic enim animanti venter vehementer calidus eſt.

76. *Ardens veſtis.*

Αἴθεις πέπλος.

Het is een heet hangh-yſer aen te gaen.

Dici ſolitum de iis, quæ ſeditionem moverent, calumniaſque ſererent, quos quis merito timeat ac horreat. Natum ex veſte, quam Neſſi ſanguine tinctam Deianira Herculi dedit. Aut quam Medea venenis imbutam Jaſonis novæ nuptæ dono miſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

77. *Senecta leonis præſtantior hinnulorum juventâ.*

Γῆρας λέοντος κρεῖσσον ἀκμαίων νεβρῶν.

Den goeden vroomen ouden / Salmen ſchicken te houden. De jonge verbeteren d'oude niet.

Significat ſenectutem viri fortis ac ſtrenui eſſe juventa quorundam ignavorum & imbecillium juvenum præſtantiorem.

78. *Nudior paxillo.*

Γυμνότερος πατάλου.

Heel berooyt.

De extremæ paupertatis homine dicebatur hæc hyperbole. Nam paxillis corticem quoque detrahimus.

79. *Herculei labores.*

Ἡράκλειοι πόνοι.

Paerts Arbeydt. Ezels laſt.

Plurimi atque ingentes labores dicuntur, ut qui vires deſiderent.

80. *Effugi malum, inveni bonum.*

Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Ick hebbe goede mael gedaen.

Dici ſolitum, ſi quando fortuna lautior cuipiam contigiſſet.

81. *Ægypti nuptiæ.*

Αἰγύπτου γάμος.

De inauſpicatis & infelicibus dicebatur. Sumptum ab Ægypti fabula, qui filios quinquaginta totidem fratris filiabus maritos dedit. Et hi præter unum, omnes à ſponſis jugulati ſunt.

82. *Ædilitatem gerit ſine populi ſuffragio.*

Hy ſtelt het heer / ſonder yemandts begeer.

Ubi quis imperioſior eſt in re aliena. Plautinum eſt.

83. *Oetæus genius.*

Οἰταῖος δαίμων.

Seght of doet dat niet / dat het Godt hoore of verneme.

Huic ajunt inviſam fuiſſe ferocitatem & arrogantiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

84. *E duobus tria vides.*

Ἐκ δυοῖν τρία βλέπεις.

Ghy behoeſt wel een bril.

Ghy ſiet een koe voor een windt-molen.

Jocus proverbialis in eos, qui vel ætate, vel ebrietate, vel alio quopiam oculorum vitio cæcutiunt.

85. *Edentulus veſcentium dentibus invidet.*

Niet hebben doet benijden.

Die hongerige benijdt den verzaden.

Cùm aliis invidemus quod non habemus ipſi. D. Hieronymus epiſtolam quandam concludens: *Cui quaſo, ut ſuadeas* (inquit) *ne veſcentium dentibus edentulus invideat, & oculos caprearum talpa contemnat.*

86. *Iiſdem veſcentes cepis.*

Ταὐτὸν θύμον φαγόντες.

Die uyt eenen ſchotel eten. Volcxken van eender veeren.

In pauperes ac bonos viros inter ſe amicos. θύμον enim viliſſimum herbæ genus eſt, quo tenues & agreſtes vitam utcunque ſuſtinent. Quidam cepam agreſtem eſſe putant.

87. *Solidos è clibano boves apponebat.*

Παρετίθει ὅλους ἐκ κριβάνου βοῦς.

Hy ſchepte van den hogen boom. Met de groote pollepel.

De lautitiis affatim ſubminiſtratis. Antiquitus enim in delitiis erant cibi in clibano cocti.

88. *Drachma grandinans.*

Δραχμὴ χαλαζῶσα.

Dit is gevonden gelt. Dit valt uyt den Hemel.

De lucro, quod tanquam cœlitus miſſum obtigit.

89. *Duodecim artium eſt.*

Δωδεκαμήχανός ἐστι.

Hy is van alle marckten weder gekomen.

Sic callidum, verſutum, verſipellem, vafrum ac variis inſtructum dolis appellabant.

90. *Duplices viros.*

Διπλοῦς ἄνδρας.

Luyden daermen geen touw aen beleggen magh.

Duplices viros proverbiali joco vocabant, qui eſſent lubrica & inſyncera fide.

91. *Domi manere oportet bellè fortunatum.*

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

Die ſijn gemack wil hebben die blijve t' huys.

Cui ſuppetit copia facultatum, is ſi velit felicem agere vitam, domi maneat: nuſquam enim vivitur commodius, nuſquam liberius. Qui eget, rem peregrinando quærit.

92. *Per haſtæ cuſpidem cucurriſti.*

Δι' ὀξείας δεδράμηκας.

Ghy hebt een groote Zee overgeſeylt.

Qui in re magnopere periculoſa verſatus fuiſſet.

93. *Alia Menecles, alia porcellus loquitur.*

Ἄλλα λέγει Μενεκλῆς, ἄλλα τὸ χοιρίδιον.

Ghy werpt het hier / ghy leght het daer / Koentjen miſt ſijn Vercken.

Ubi quis multum verborum effutit, quæ nihil ad rem pertineant.

94. *Haud annuncias bellum.*

Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις.

Aureorum nuncius verborum es.

Ὦ χρυσῶν ἀγγείλας ἐπῶν.

Met die mont moet ghy wijn drincken.

Ubi quis rem oppidò lætam nunciat.

95. *Machinas poſt bellum adfers.*

Τὰς μηχανὰς μετὰ τὸν πόλεμον κομίζεις.

Ghy komt als koppe met ſijn ſchollen.

Qui peracto negotio ſerò adhiberent apparatum.

96. *Leniſſima res oratio.*

Κουφότατον πρᾶγμα λόγος.

Een woort vliet daer heen.

Sic *verba volatica* vocantur. Horatius: *Volat irrevocabile verbum.*

97. *Non omnia eveniunt quæ animo ſtatueris.*

Hoogh opgenomen is niet al gedaen.
Men magh niet al beſeylen datmen beſtevent.

Quoties ſignificabimus non evenire protinus, quicquid ſpe, votiſque conceperimus.

98. *Mureus oſtendit pro leone.*

Μῦν ἀντὶ λέοντος ἀπέδειξεν.

Het quam op een ſchijt-voer uyt.
Het viel een witten hont met een ſwarte.

Proverbiali ſchemate dictum, pro eo, quod eſt: Ingentia pollicitus & fortia, longe diverſa exhibuit.

99. *Pugnis & calcibus.*

Πὺξ καὶ λάξ.

Met hant en met voet voor weſen.

Pro eo, quod eſt, omni contumeliæ genere, totiſque viribus.

100. *Inimicus & invidus vicinorum oculus.*

Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός.

Onder gebuyren valt een leep oogh.
Nijt loopt niet wijt.

Non enim invidemus iis à quibus longè abſumus. Sed vicinus invidet vicino, juxta Heſiodi ſententiam.

CHILIADIS TERTIÆ
CENTURIA II.

I. *Totum ſubvertere.*

Ὅλον ἀνατρέπειν.

Gansch uyt de grondt bederven.

De eo qui funditus perdit quempiam.

2. *Bona terra.*

Τὰ τῆς γῆς ἀγαθά.

Al dat u ſoude mogen luſten.

De bonis immenſis & omnigenis, quaſi dicas, quicquid terra progignit, omnium rerum parens.

3. *Palumbem pro columba.*

Φάτταν ἀντὶ περιστερᾶς.

De Bruydt was een Hoer.

Ubi quod deterius eſt, & adulterinum pro eo quod eſt præſtantius ac legitimum ſupponitur.

4. *Cilix haud facile verum dicit.*

Κίλιξ οὐ ῥαδίως ἀληθεύει.

Als den Ambachts-man niet liecht / ſoo gaet het hem niet wel.

Quadrabit in hominem avidum lucri, & ob id ſæpenumero dicentem, non quæ vera ſunt, ſed quæ utilia.

5. *Culicem elephanti confers.*

Κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλεις.

Het komt niet by.

Cùm quis minima maximis comparat.

6. *Dum clavum rectum teneam.*

Soo langh als ick de wagen recht laet gaen.

Hoc eſt, Dum meo fungar officio, neque præter jus ac æquum fecero.

7. *Incus maxima non metuit ſtrepitus.*

Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς ψόφους.

Een oude Wolf is wel gerucht gewoon.

Excelſus animus non commovetur fortunæ ſævientis procellis.

8. *Veneri ſuem immolâſti.*

Ἀφροδίτῃ ὗν τέθυκεν.

Het was een ſtront op een ſpaen.

Ubi quis munus offert minimè gratum. Inviſus enim Veneri ſus, propter Adonidem illius amaſium apri dente peremptum.

9. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

9. *Non licet bis in bello peccare.*

Ἁμαρτεῖν οὐκ ἔνεστι δὶς ἐν πολέμῳ.

Eens hier gemiſt is heel gemiſt.

In rebus periculoſis non tutum eſt labi. Nam ſi ſemel erretur, actum eſt de capite, nec eſt ſecundo errori locus.

10. *Panidis ſuffragium.*

Πανίδου ψῆφος.

Sulck wijſen is mallen.

In eos, qui ſtultè ac ineruditè judicarent. *Panis* enim rex Chalcidis, Heſiodum Homero præferebat.

11. *Pattæcione calumnioſior.*

Παταικίωνος συκοφαντικώτερος.

Een tribulateur van waerden.

Pattæcion enim quidam infamis calumniator fuit.

12. *Omni pede ſtandum.*

Ὅλῳ ποδί.

Men moetter dicht voor weſen.

Een ſtoot ont ſtaen mogen.

Pro eo quod eſt ſumma vi, ſummoque niſu.

13. *Callum ducere.*

De voncken gewoon werden.

Callum ducere, & occaleſcere, proverbiales metaphoræ ſunt, ſi quidem ad animum detorqueantur.

14. *Extra organum clamoſus.*

Hy roept ſonder beſul.

Quod immodicum eſt, & extra vulgarem menſuram, extra organum eſſe dicetur: Unde in vehementer clamoſum maximè competit.

15. *Demulcere caput.*

Pruymen geven.

Allegoria eſt proverbii vice recepta, pro blandiri, ſumpta ab adulantium geſtu.

16. *Toto organo inſtructum*

Daer niet aen vergeten is.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quæ numeris omnibus conſtant, & undique quadrant. Sumptum à muſicorum inſtrumentis.

17. *Ultra linum vivit.*

Ὑπὲρ τὸ λίνον ζῇ.

Hy ſit in ſijn kinder goet.

Vltra linum, pro eo quod eſt, extra decretum fatale. Simile illi, *Vltra penſum.*

18. *Omnia ſecunda ſaltat ſenex.*

Alle dingh komt ter goede ſtaet.

Quoties res prius in periculum adducta, præter expectationem feliciter exit.

19. *Gladium dediſti quo ſe occideret.*

Ghy geeft hem het mes/om ſijn ſelven mede te kelen, De baſt om hem ſelven mede te verhangen.

Hoc eſt, Miniſtraſti materiam & adjumentum ad perniciem. Plautinum eſt.

20. *Alienum arare fundum.*

Ἀλλοτρίαν ἄρουραν ἀροῦν.

Sijn eyeren buyten leggen.

Pro eo, quod eſt, alienum agere negotium, aut cum alienis uxoribus habere rem. Sic Plautus de marito adultero; *Fundum alienum arat, ſuum incultum deſerit.*

21. *Fluvius quæ procul abſunt irrigat.*

Ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζων, τὰ δ' ἔγγιον καταλείπει.

De vrienden hebben het toeſien / de vreemden het geniet.

De his dici conveniet, qui bene merentur de externis, & nihil ad ſe pertinentibus, ſuos verò negligunt. Fluvius enim ubi oritur minor eſt; quò longius autem recedit, hoc eſt copioſior fere ac uberior.

22. *Magno flumini rivulum inducis.*

Ποταμῷ μεγάλῳ ὄχετον ἐπάγεις.

Ghy werpt een boon in een brouw-ketel.

Maximis rebus puſillum & inutile momentum addis.

23. Pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

23. *Patris nomen dicere non poteſt.*

Οὐδὲ πατρὸς τοὔνομ' εἰπεῖν δύναται.

Hy weet op hondert man niet wie ſijn Vader is.

In vehementer obſcuros & ſpurios, incertoque patre natos.

24. *Ne ſi bos quidem vocem edat.*

Οὐδ' εἰ βοῦς φθέγξαιτο.

Al begonden die ſteenen oock te ſpreecken.

Vox increduli, quique nulla ratione perſuaderi poteſt. Narrant autem annales non rarò bovem humanam edidiſſe vocem.

25. *Ægæum navigat.*

Τὸν Αἰγαῖον πλεῖ.

Hy vaert ende vlet.

In hominem ob lucri ſtudium nihil omnino periculi recuſantem.

26. *Liberi poëtæ & pictores.*

Ἀνεύθυνοι ποιηταὶ καὶ γραφεῖς.

De kunſt heeft vier witte voeten.

Liberum eſſe poëtis & pictoribus, quicquid velint fingere. Ad quod alluſit Horatius, cum ait: *Pictoribus atque poëtis, Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.*

27. *Per tranſennam inſpicere.*

Door een glas ſien.

Pro eo quod eſt, non propius, neque ſingillatim, ſed procul & ſummatim inſpicere. Sic de eo, qui ſe rarius in publico conſpiciundum præbet, dicunt noſtrates: **Men magh u niet ſien/ dan door een glas.**

28. *Ne judex fueris, partes ni audiveris ambas.*

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Een Man gehoort/ maer half gehoort.

Alteram partem audite.

Admonet non temerè pronunciandum de quopiam, niſi re ultro citroque cognitâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

29. *Duobus pariter euntibus.*

Σιώτε δύ' ἐρχομθύω.

Socium in re omni adjunctum probat. Quale noſtratibus eſt: Daer gaet noyt goet Monnick alleen.

30. *Manu ſerendum non thylaco.*

Τῇ χειρὶ δεῖ σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ.

Men moet geven dat men gevende blijft.
Niemant ſal tot een reyſe heel uyt leggen.

Modum omni in re ſervandum docet. Eſt autem *Thylacus* corbis ſeminaria aut panaria etiam.

31. *A fronte atque à tergo rem perſpicere.*

Πρόσω καὶ ὀπίσω τὸ πρᾶγμα περιβλέπειν.

Voorſien al dat op een dingh loopen magh.

Pro eo quod eſt, diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus ac futuris conferre.

32. *Gallos quid execas.*

Γάλλους τὶ τέμνεις.

Wat ontjaeght ghy den naeckten.

Quaſi dicas, Quid ſpolias nudum? Nam Galli, Cybelis ſacerdotes, ſua ſponte ſunt exectis teſtibus.

33. *Quanto aſinis praſtantiores muli?*

Ὅσον ὄνων κρείσσονες ἡμίονοι;

Wat ſcheelt het al Heer of knaep te zijn?

Ubi quid longo intervallo aliud præcedere ſignificabimus.

34. *Forſan & innocuum culpet gravis atque potens vir.*

Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο.

Een goet Man neemt ſomtijdts wel een quade voet voor.

Hunc Homeri verſiculum olim in Demoſthenem vulgo jactatum fuiſſe, multorum autorum ſententiis conſtat.

35. Unum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

35. *Unum augurium optimum tueri patriam.*

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Noyt deught t'onty / noch ondeught te ty.

Verſum hunc Homericum ſic reddit Eraſmus: *Vna avis optima pro patria pugnare tuenda.* Quintus Fabius Maximus apud M. Tullium de ſenectute hanc ſententiam expreſſiſſe videtur. Is enim cùm eſſet augur, dicere auſus eſt, optimis auſpiciis ea geri, quæ pro Reipub. ſalute fierent; quæ contra Rempub. ferrentur, contra auſpicia ferri. Paraſitus quidam, *Vna avis optima* (inquit) *pro cœna pugnare tuenda.* Avarus mercator, *Vna avis optima pro lucro pugnare tuendo.*

36. *Ne quid ſuo ſuat capiti.*

Dat hy geen roede tot ſijn eygen aers maeckt.

Sic Terentius in Phormione, pro eo quod eſt, ne quid mali ſibi conciliet. *Suendi* vocabulum hoc pacto frequens eſt Græcis, *θάνατόν τε μόρον τε ῥάπτεις*, *Mortem ſuis exitiumque*, *κακὰ ῥάπτομεν*, *mala ſuimus.*

37. *Tellus optem prius ima dehiſcat.*

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.

Ick wilde liever verſincken.

Sic apud Virgilium Dido ſeſe diris devovet. Æneidos libro quarto:

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam:
Antè pudor quàm te violem, aut tua jura reſolvam.

38. *Veſtis virum facit.*

Εἵματα ἀνήρ.

De kleederen zijn de Man / Dieſe heeft die treckt ſe an.

Quintilianus, *Et cultus*, inquit, *conceſſus, atque magnificus, addit hominibus, ut Græco verſu teſtatum eſt, autoritatem.* Sed meminerit unus quiſque decoris atque conditionis propriæ, opus eſt, nec vanus ſit.

39. *Teneri calidis balneis.*

Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις.

Die niet een handeken in kout water ſteken.

In molles & luxu diffluentes dicebatur. Nam antiquitus calida balnea delitiarum nomine taxata fuerunt. *Calidus balneis, tenera*, **een laudaet.**

40. *Dextrum pedem in calceo, ſiniſtrum in pelvi.*

Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον.

In eos, qui ſe norunt commodè ad rei præſentis conditionem applicare, proque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam ſuſtinere perſonam.

41. *Dea impudentia.*

Θεὸς ἡ ἀναίδεια.

De onbeſchaemde hebben het derdendeel des werelts.

Dici ſolitum, ubi quis ex audacia inverecundiáque ſuâ, lucrum atque emolumentum ferret. Nam *inutilis*, ut ait Homerus, *verecundia viro egenti.*

42. *De poſſeſſione dejicere.*

Een uyt ſijn beſit drijven.

Ex ſermone Juriſconſultorum in vulgi ſermonem abiit, pro eo quod eſt famam cuipiam eripere, quam jam omnium conſenſu obtinuerit: Aut adimere quippiam, quod ſuo jure tenere videtur.

43. *Dædali alæ.*

Δαιδάλου πτερά.

Men moet het verſtant ſcherpen/ ende te werck ſtellen.

Ubi quis non ſatis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicujus aut auxilii acceſſionem adjungendam cenſebit.

44. *Deinde expergiſcebar.*

Εἶτα ἐξηγρόμην.

Doen wierde ick eerſt wacker.

Quoties quæ memorantur, vana ſomniiſque ſimillima videntur.

45. *De lapide emptus huc appuliſti.*

Ghy zijt hier op een ſtroo-wiſch komen drijven.

In viliſſimum & vehementer obſcurum hominem dicebatur;

tur: nam inter ſervos extremæ notæ habebantur emptitii, qui palàm in foro divenditi fuiſſent.

46. *Date mihi pelvim.*

Δότε μοι λεκάνην.

Ick wordt buyck ſieck. Ick krijge de koude pis.

Ubi quid vehementer moleſtum eſſet, ita ut ferri jam diutius non poſſet.

47. *Dares Entellum provocas.*

Ghy port u Meeſter. Ghy ſult weer-werck vinden.

Si quando quiſpiam juvenili temeritate laceſſet aliquem, non perinde promptum ad ſuſcipiendum certamen, verùm intolerandum, ſi ſemel inierit. Hieronymus ad Auguſtinum: *Memento Daretis & Entelli.* Sumptum ex quinto Æneïdos.

48. *Ad Cynoſarges.*

Ἐς κυνόσαργες.

Aen een galgh. Door den Donder.

Erat autem *Cynoſarges* locus in Attica, in quo nothi ſpuriique exercebantur.

49. *Cythnicas calamitates incides.*

Κυθνώδεις συμφοράς.

Ghy ſult op alle lijden komen.

Cythnos olim miſerrimè afflixit atque divexavit Amphitryo. Eſt autem *Cythnus* una ex Cycladibus.

50. *Cythonymi probrum.*

Κυθωνύμου αἶσχος.

Het is deck toe de pot.

In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdique nominis. Græca autem vox à celando nomine dicta eſt.

51. *Cyziceni ſtateres.*

Κυζικηνοὶ στατῆρες.

Daer ſchuylt een boef onder.

Cùm hominem ſignificamus inæqualem, ac ſui diſſimilem, aut qui longè aliud agat, quàm præ ſe ferat. Nummi enim Cyziceni ex uno latere Cybelen oſtendebant effœminatam, ex altero leonem.

52. Cyr-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

52. *Cyrnia tellus.*

Κυρνία γῆ.

Ghy ſulter van u veeren moeten laten.

Ferunt olim *Cyrnum* regionem latrociniis fuiſſe infamem. Non ineptè itaque detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum.

53. *Cinyræ opes.*

Κινύρου πλοῦτος.

Goedt ſonder eyndt.

De immenſis dicebatur divitiis. Simillimum illi, *Midæ divitiæ.*

54. *Minus de iſtis laboro quàm de ranis paluſtribus.*

Μέλει μοι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἧττον τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων.

Cùm ſignificamus nihil ad nos pertinere negotium.

55. *Cucurbita ſanior.*

Κολοκύνθης ὑγιέστερος.

Hy is ſpijcker hardt.

Cucurbita enim non facilè læditur aëris injuria, eò quod cruſto obtegitur.

56. *Cum Deo quiſque gaudet & flet.*

Σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται.

Iſt geluck iſt ongeval / dat Godt een ſchickt / hy krijght het al.

Admonet rerum humanarum celerem eſſet mutationem, neque in nobis ſitum, ut res perpetuò ſecundæ ſint, verum utcunque Deo lubitum fuerit, ita vel ſecundis rebus, vel adverſis afficimur.

57. *Cum Coryco luctari.*

Πρὸς Κόρυκον γυμνάζεσθαι.

Ghy mooght u hooft breecken.

Qui ſumeret inanem operam. Opinatur autem D. Eraſmus *Corycum* palæſtritem fuiſſe inſuperabilem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

58. *Curetum os.*

Κουρήτων στόμα.

Den Heyligen Geeſt ſpreeckt uyt ſijn mondt.

Dici ſolitum, ſiquando quis numine afflatus loqui videretur. *Curetes* Cybelis comites, furore ſacro perciti divinare viſi ſunt.

59. *Melius nobis eſt quàm heri.*

Ἄμεινον ἢ χθὲς πράττομεν.

Het is beter dan 't was.

Cùm ſignificamus fortunam in melius commutatam.

60. *Cretenſes ſacrum.*

Οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν.

Het gebrade voor onſe mont /
Ontjaeght ons de kat of de hont.

Ubi quis non fruitur his quæ paravit. Quemadmodum uſuvenit Agamemnoni, qui incenſam victimam Cretenſibus devorandam reliquit, cum ejus captivi cum omnibus illinc navibus, præterquam una aufugiſſent.

61. *Simul & miſertum eſt, interiitque gratia.*

Ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.

Huyden deucht gedaen / Morgen den danck vergaen.

Senarius eſt, dici ſolitus in ingratum, qui ſimul atque levatus eſt malis, deſinit meminiſſe beneficiorum ejus, cujus opera reſtitutus eſt.

62. *Fruſtrà currit.*

Εἰς κενὸν τρέχει.

Sijn doen is dingen van niet.

Pro eo quod eſt, fruſtrà laborat. Sic non ſemel D. Paulus uſus eſt.

63. *Morſus aſpidis.*

Δῆγμα ἀσπίδος.

Dat is een ſteeck al bloetſe niet.

De lingua vehementer virulenta, ac mordaciore ſcommate.

mate. Ferunt autem adverſus viperarum omniumque ſerpentium morſus remedium inveniri, aſpide una excepta.

64. *Arbore dejectâ, quivis ligna colligit.*

Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Die onder is / die houdtmen onder.

Daerder een overvalt / daer haecktmen altemael op.

Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc paſſim omnes incurrunt, & quiſque quod poteſt, diripit.

65. *Nihil eſt ab omni parte beatum.*

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

Elcke huyſken heeft ſijn kruyſken.

Niet ſonder dat.

Aut abeſt quod adeſſe quis velit, aut adeſt quo carere cupiat.

66. *Felicium multi cognati.*

Τῶν εὐτυχούντων πάντες εἰσὶ συγγενεῖς.

Rijcke luyden hebben veel vrienden.

Goet rijck / bloet rijck.

A vulgi moribus ſumptum: Amicos enim res invenit.

67. *Amantium ira amoris redintegratio.*

Τῶν φιλούντων ὀργαί.

Vrienden mogen kijven / maer vrienden moeten vrienden blijven.

De iracundia neutiquam duratura. Sic Mimus ille Publianus: *Diſcordia fit charior concordia.*

68. *Primum rectè valere, proxima forma, tertio loco divitiæ.*

Ἄριστον ὑγιαίνειν, δεύτερον ἢ κάλλος, τρίτον ἢ πλοῦτος.

Voor al geſont van lijf / dan van forme ſchoon /
Van gelt dan goet gerijf / deſe ſpannen de kroon.

Quoties ſignificabimus in bonis externis aliud alio prius eſſe, & iis quæ potiora ſunt majorem curam deberi. Circumfertur apud noſtrates & Græcorum ſententia: ὑγίεια καὶ

ὑγιεῖς ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύω, Geſont ende wel geſint/Is de meeſte rijckdom diemen vint. *Rectè valere & ſapere duo vitæ bona*, Item, Geſontheydt is een onbekende rijckdom.

69. *Fœnum te eſſe oportet.*

Ghy zijt een buffel ende beeſt.

Etiam ſi Ambroſiam volet.

Al woude hy gout uyt een hoorẽ ſuygen.

Alterum in indoctos & brutos homines: Alterum in præſtantes & egregios: ut intelligas illos pecudibus, hos diis æquandos, quorum cibus Ambroſia eſt.

70. *Spes alunt exules.*

Αἱ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας.

Sonder de hoop berſte het hert.

Altijt leeſtmen op hoopen.

Homo enim, dum ſpirat, ſperat. Maximè verò qui priſtina fortuna excuſſus, ſemper id ſperat, atque agit, ut priorem in ſtatum reſtituatur.

71. *Et nati natorum.*

Παῖδες παίδων.

Kint en kints kint.

Proverbialis figura, qua longam rei cujuſpiam propagationem ſignificamus. Ex carmine Homeri ſumptum:

Καὶ παίδων παῖδες, καί τοι μετόπισθε γένωνται.

Quod Virgilius ita reddidit:

Et nati naterum, & qui naſcentur ab illis.

72. Ἱπτομανεῖ.

Sy is rits. Sy is ſpeels. Sy ſoeckt het.

In viroſas, ac libidine præter modum prurientes. Ab equabus in equos furientibus ſumpta metaphora.

73. *Ovillis nimium moribus.*

Al te Schaeps.

In ſtupidos ac ſtolidos jaci ſolitum, ita ut ovium ingenium ſtultum eſt, ac ſimplex.

74. *Muris interitus.*

Κατὰ μυὸς ὄλεθρον.

Dat is kort recht.

Quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quoties de repente, neque ita longa decubatione hinc aliquis emigrat. Siquidem mus ſua ſponte defluentibus inteſtinis, ocyus emori ſcribitur. *Iuxta muris interitum periturus eſt*, **Ghy ſult hem al ſtaende verlieſen.**

75. *Ante lentem augere ollam.*

Πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα.

Voor de wiegh ſorgen / eer het kint gemaeckt is.

Pro eo, quod eſt, ſpem ſive curam in animo concipere, prius quàm res ipſa teneatur. Alluſit autem ad morem plebis, quæ ſolita ſit excitare ſeditiones, ſi conſpiciat optimates ſibi præponi. Nam lopade apponebantur aut coquebantur etiam cibi lautiores: Lentes verò viles erant & plebei.

76. *Pudebat recuſare, & non audebant ſuſcipere.*

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

Het was quaet te doen / niet goet te weygeren.

Quoties incidit ejuſmodi negotium, ut aliud ſuadeat honeſtas, aliud utilitas & dedecoroſum ſit non ſuſcipere provinciam, rurſum periculoſum ſuſcipere. Homericum hunc verſum ſic reddit Eraſmus:

Detrectare pudor, formido ſubire vetabat.

77. *Sphæram inter ſe reddere.*

Σφαῖραν ἀποδοῦναι πρὸς ἀλλήλους.

Malkanderen tot de veeren toe in 't lijf ſchieten.

Quadrare dicit Eraſmus in eos, qui ſeſe viciſſim dicteriis inceſſunt. *Confine* (inquit) *ſicut opinor, illi Perſiano: Cedimus, inque vicem præbemus crura ſagittis.* Noſtrates hiſce verbis longè aliud ſignificant, quoties dicunt: **Sy rollen malkanderen de bal toe** / *Curſu lampada tradunt.*

78. *Animo ægrotanti medicus oratio eſt.*

Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

Der krancken gemoet / is vroomer tongen reden goet.

Huc ſpectat illud Horatii:

Sunt verba & voces quibus hunc lenire dolorem
Poſſis, & magnam morbi depellere partem.

Amica enim & in tempore adhibita conſolatio, laboranti animo remedium efficax eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

79. *Si quid mali, in Pyrrham.*

Εἴ τι κακὸν, εἰς πύῤῥαν.

Iſſer ongeluck of quade maer /
Dan hebbe ick die donder tot een nieuwe Iaer.

Ad hunc modum malum, ſi quod timeretur, abominantes & in hoſtium caput imprecantes, deprecabantur. Pyrrhæos autem omnes finitimi oderant, quorum in Lesbo civitas Pyrrha eſt. Pari modo in Bacchanalibus noſtrates dicunt, item in Enceniis aut Amburbialibus. *Si quid mali in Bacchanalia, in Amburbialia, Encenia:* **Worter yet miſdaen / dat ſalmen op de Vaſtenavondt ſlaen. Het gaet met de kermiſſe door.** Sic vulgus feſto indulgere ſolet.

80. *In tuum ipſius malum limam deduces.*

Ἐπὶ σαυτῷ τὴν σελλώην καθελεῖς.

Ghy ſult u ſelven in de rijſen ſingen.

Qui ſuis ipſorum artibus ſibi malum accerſerent. A maleficarum mulierum incantamentis ſumptum.

81. *Corvus aquat.*

Κόραξ ὑδρεύει.

Een goet bode om te ſenden om de doot.

Ubi quis rem novis quidem artibus, ſed ceſſanter nimis tentat efficere. Ductum ab apologo, de corvo congeſtis lapillis aquam ex imo fundo in ſummam vaſis oram evocante. Aut potius ad eam fabulam, quam de corvo habet Ovidius Faſtorum libro ſecundo, ubi major adhuc ceſſatio eſt.

82. *Convenerunt Attabas & Numenius.*

Συνῆλθον Ἀτλαβάς τε καὶ Νουμήνιος.

Haech is aen Hupgh geraeckt.
Sy hebben malkander gevonden.

Quoties improbus aggregatur cum improbo. Simile illi Horatiano, *Cum Bitho Bacchius.*

83. *Coloſſæâ magnitudine vir.*

Ἀνὴρ κολοσσαῖος τὸ μέγεθος.

Een man als een boom.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

In homines prægrandi corporis mole. A ſtatuis ingentibus, quos Coloſſos nominant.

84. *Mali commatis.*

Πονηρȣ̃ κόμματος.

Het is hage-munt. De ſchouw magh daer niet over.

Ita quicquid adulterinum, improbum rejiculumque eſt, appellari conſuevit. Sumpta metaphora à nomiſmatis reprobatis. *Comma* autem genus eſt viliſſimi nomiſmatis.

85. *Benevolus trucidator.*

Εὔνȣς ὁ σφάκτης.

Accipe totum, weeſt hem genadigh.

In hos, qui cùm ſummam adferant perniciem, tamen benevolentiæ ſpeciem admiſcent. Sic Oreſtes trucidatâ matre Clytemneſtrâ, parentale tamen convivium in illius honorem exhibuit.

86. *Corytheo deformior.*

Κορυθέως εἰδεχθέστερος.

Te lelijck om op een ſchoon bedde te liggen.

A Corytheo homine inſignite ſtulto ſimul atque deformi, qui & liberos habuit ſui ſimillimos.

87. *Contra torrentem niti.*

Het ys met de handt breken.
Met het hooft door de muyr willen.

Qui fruſtrà certant cum iis, quos vincere non queant.

88. *Uſque ad aras amicus.*

Μέχρι τȣ̃ βωμȣ̃ φίλος εἰμὶ.

Vriendt hout ſeer / Godt hout meer.

Docet propter hominem amicum numinis reverentiam non eſſe violandam.

89. *Codali chœnix.*

Κοδάλου χοῖνιξ ἐςί.

Het is al een oude maet. Hy wil ſijn ſiel niet vermeten.

De magnis menſuris dicebatur. Conjectare licet ortum à ſervo edaciore, cui *chœnix* capacior fuerit, ad fraudandum herum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

90. *Concha dignus.*

Κόγχης ἄξιος.

Een Man als Moſſel vis.

Quem contemptiſſimum, nulliuſque rei ſignificamus.

91. *Conto naviga.*

Κοντῷ πλεῖν.

Si quem admonere voles, ut quaque re utatur ad id, in quod inventa ſit. Ut quorſum ſervas nummos, non in hoc natos ut ſpectentur, ſed quò vitæ ſubſidio ſint? *Conto naviga.*

92. *Cydi pœnam debet.*

Κύδου δίκην ὀφείλει.

Hy moet barrevoets te bed.
Men ſal hem over ſijn neus ſien.

Cùm quis ob rem frivolam, veluti verbum aliquod temerè aut duriuſculè dictum, deferretur, vexareturque, cum proverbio dicebant, *Cydi pœnam luiturum*, Significat autem *Cydus* prima correpta *convitium*, & producta *gloriam.*

93. *Cnips in loco.*

Ὁ κνίψ ἐν χώρᾳ.

Niet langh op een.

In eos, qui ſubinde ſedem mutarent, & aliunde alio demigrarent, ita ut *Cnips*, hoc eſt, vermiculus materiis innaſcens.

94. *Cyclobori vox.*

Κυκλοβόρου φωνή.

Een roggen-broodts ſtem.

De clamoſis & male obſtreperis, aut quibus vox eſſet vitioſa, raucaque. *Cycloborus* autem fluvius Atticæ erat ingenti fluens ſtrepitu.

95. *Thaſium infundis.*

Θάσιον ἐνέχεις.

Ghy wilt u Ziel niet verbrouwen.

Thaſium infundere, eſt vinum non aqua, ſed generoſiore vino, quale in Thaſo inſula naſcitur, diluere. Utemur itaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

que quoties non pejus meliori, ſed melius pejori miſcetur, id quod per confeſſarios homini licet.

96. Κλειτοριάζει.

In mulierem immodicè libidinoſam dicetur.

97. *Claudiana tonitrua.*

Piet-zoens geratel.

Claudius Pulcher inſtituit olim, ut ludis poſt ſcenam factis, lapidum conjectus ita fieret, ut veri tonitru ſimilitudinem imitaretur. Quale & hodie apud nos fit, finitis in hebdomade ſancta matutinis, ut vocant, tenebroſis. Unde & obſtreperos vocamus, **Ratelaers.**

98. *Claudi more tenere pilam.*

Op een anders woort tzeyl gaen.
Die 't hebben hooren ſeggen.

In eos, qui quicquid à præceptoribus acceperint, ſive id doctum ſit, ſive indoctum, nullo delectu, nulloque judicio tenere ſolent, ac ſequi. Veluti iſti, quibus ſatis erat dixiſſe, *αὐτὸς ἔφα.*

99. *Loripidem rectus derideat.*

Laet de donder den necker niet ſchenden.

Quoties aliquis id aliis opprobrat mali, cui ſit ipſe obnoxius. Plenus Juvenalis verſiculus eſt, *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.* Et ſubdit continuo:

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis cœlum terris non miſceat? & mare cœlo?
Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni,
Clodius accuſet mœchos, Catilina Cethegum.

100. *Cliſthenem video.*

Κλεισθένην ὁρῶ.

Een peerlen pop.

Qui cultu indecore ac laſcivo nimis uterentur, hoc adagio notatur, ſiquidem hoc nomine comicorum convitiis laceratus quidam eſt Cliſthenes.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS TERTIÆ
CENTVRIA III.

1. *Cleocritus.*

Κλεόκριτος.

Een deugh-niet.

ID nominis contumeliæ cauſa jaciebatur in viros mirum in modum impudicos, à Cleocrito quodam, qui & forma & moribus fœdiſſimis fuit.

2. *Coturniſſat.*

Κιχλίζει.

Hy magh niet van kiecxkens ende randekens van pannekoecken.

Quadrabit in liguritores, atque cupediis addictos.

3. *Cilicum exitium incides.*

Κιλίκιος ὄλεθρος.

Ghy ſult op alle lijden komen.

Cilices enim ob piraticam, quam exercebant, & aſſiduas hoſtium deprædationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine.

4. *Centauricè.*

Κενταυρικῶς.

Als een beul.

Centauricè fieri dicebatur, quod immaniter, ferociter, inciviliterque fieret, ſumpta voce è Centaurorum moribus, qui viribus & vi peragebant omnia. *Quis oſtium pulſavit ita Centauricè ?*

5. *Cilicius Imperator.*

Κιλίκιος στρατηγός.

Een onbehouden block.

Quando Cilicios duces vocabant homines hirſutos & pilis obſitos, quæ res ferocem promittit animum, ac mores inconditos ac incompoſitos comites habet, nos hoc de iis di-

cendum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

cendum putamus, qui in rebus ſuis negligentiores ſunt & parum accurati, de cujuſmodi & noſtrates dicunt, **Hy loopt met een halve rijſ over het velt. Het komt hem niet recht nauw toe.**

6. *Civitates ludimus.*

Πόλεις παίζομεν.

Elck doet ſijn ſchoonſt.

Eraſmo quadraturum videtur, quoties ſuum quiſque commodum quacunque ſectatur via, & æmulo competitorique modis omnibus tendit inſidias. Quale in hoc ludo latrunculano ſcilicet fit.

7. *Ciſſamis Coüs.*

Κίσσαμις Κῷος.

Droom is bedrogh / nochtans ſeytſe ſomtijts wat.

Hic vir dives pecoris fuit. At anguilla quædam, quotannis in ejus pecudibus apparere ſolita pecudem omnium pulcherrimam rapiebat: Quæ tandem in ſomnis hominem commovit, ut ſepeliret ſeſe, quod ille negligens, & ſeſe, & univerſum genus ſuum radicitus perdidit.

8. *Carcini poëmata.*

Καρκίνου ποιήματα.

Cantallenen.

Sic dicebantur quæ obſcuriora inſtar ænigmatis ſcribebantur. Noſtrates ſolis ipſis ſcriptoribus intellecta aut cognita vocant.

9. *Carica victima.*

Καρικὸν θῦμα.

De hondt in de pot.

De macilenta hoſtia, minimeque eſculenta dicebatur. Hinc ductum, quod Cares ſoliti ſunt canem immolare.

10. *Callicyriis plures.*

Καλλικυρίων πλείους.

Soo veel als gras.

Quoniam Callicyriorum ingens admodum multitudo erat, proverbio receptum eſt, ut ſi quos admodum numeroſos ſignificare vellent, καλλικυρίους appellarent.

11. Cera

11. *Cerâ tractabilior.*

Κηροῦ εὐπλατέστερος.

Ghy ſult hem om u vinger winden.

Voor een vyer jagen.

De ingenio facili, tractabilique, & in quemvis habitum ſequaci.

12. *Occiſionis ala.*

Φόνου πτερόν.

Het is kort recht. Het is haeſt gekomen.

De ſubito interitu dici ſolitum. Sumpta metaphora ab alatis jaculis, quæ repente mortem adferunt, vel quod mors quaſi alata ſit. Mihi quidem non alienum, imò ipſiſſimum eſſe videtur, quod noſtrates ferunt, **Het is een nagel van u doot kiſt**/ quoties aliquid incommodi, ut venturæ mortis velut alam quandam moveri ſentiunt.

13. *Celmis in ferro.*

Κέλμις ἐν σιδήρῳ.

Wie ſoude hem nu ſeggen / Een ſtront / &c.

De iis, qui ſupra modum ſuis fiderent viribus, tanquam inexpugnabiles ac cæteris invicti. *Celmis* autem ex Idæis Dactylis erat, ſolidiſſimi ferri cudendi artifex.

14. *Ceſtum habet Veneris.*

Τὸν κυπρίδος κεστόν.

Qui novis modis quemlibet in ſui amorem pellicit. Erat autem *ceſtus Veneris*, Zona ejus, efficax ad illectamenta gratiarum & amorum, quo illa Martem ſibi conciliare ſolet. Unde ſic Eraſmus ex Homero:

Hanc cape nunc, ſinuique tuo ſuccingito zonam
Contextam variè, per quam quacunque parabis,
Polliceor, nil tu fruſtra tentaveris unquam.

15. *Pontificalis cæna.*

Een mael voor een Koningh.

Olim cœnas ſumptuoſas, opiparaſque *pontificales* appellabant. Plautus conſimili figura dixit: *Cerealeis cœnas dat, ita menſam extruxit.* Terentius: *Dubiam cœnam* dixit.

16. Cepas

16. *Cepas edere aut olfacere.*

Κρόμμυα ἐσθίειν.

De water-landers op den dijck laten komen.

De iis, quibus lachrymæ oborirentur in oculos. Ductum à ceparum acrimonia, quæ lachrymas excutit.

17. *Scarabeo nigrior.*

Κανθάρου μελάντερος.

Soo blanck als een mol.
Soo ſwart als een torre.

In fœdos ac vehementer atros ac fuſcos. *Scarabeus* enim inſigni ac fœdo nigrore eſt.

18. *Chalcidiſſare.*

Χαλκιδίζειν καὶ χαλκιδεύεσθαι.

Het is een hael in.
Een houw-vaſt.

Qui rapaciores & plus ſatis ad rem attenti viderentur. Notati ſunt Chalcidenſes, Bœoticus populus, in vetere comœdia avaritiæ.

19. *Phicidiſſare.*

Φικιδίζειν.

Phicidiſſare dicebantur, qui obſcœnis amoribus dediti eſſent.

20. *Canthare aſtutior.*

Κανθάρου σοφώτερος.

Hy is Duyvels argh. Hy weet alle katte quaet.

Natum à *Cantharo* caupone quodam, qui ob maleficia, ac impoſturas, & proditiones, capitis ſupplicio affectus fuit. Poteſt referri & ad animantis naturam, qui ingenii virtute longè ſe ſuperiorem aquilam ſuperavit. Vide adagium, *Scarabeus ſive Cantharus aquilam.*

21. *Canis tanquam Delum navigans.*

Ἄδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.

Ghy ſinght het uyt den treuren.

Mos erat Athenienſibus, ut quotannis navem ſolenni apparatu Delum mitterent religionis ergo, qua qui vehebantur, hymnos ſoliti ſunt cantare in laudem Apollinis multa

lætitia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

lætitia ac ſecuritate. *Canunt tanquam Delum navigantes*, **Sy ſingen als lijſters.**

22. *Caunius amor.*

Καύνιος ἔρος.

Hatige lieſde ende onbehoorlijcke.

De fœdo amore atque inconceſſo, veluti quo Caunum ſua ſoror Biblis amavit, impotenter adeò, ut repulſa ſibimet necem conſciverit. Ovidius:

Biblis in exemplo eſt, ut ament conceſſa puellæ.

23. *Scarabei umbræ.*

Κανθάρου σκιαί.

Een blaes met boonen. Een vligh op u neus.

Inanem metum repellentis eſt, quod hoc inſectum repente advolans, inaniter terrere ſoleat parum attentos.

24. *Papyri fructus non poſtulat magnam ſpicam.*

Βύβλου ὁ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ μέγαν ςάχυν.

Dici ſolitum de iis, qui ſuis ipſorum bonis frui non poſſent. Mihi tamen non aliud eſſe videtur, quàm id quod noſtratium vulgaris ſermo hic ſuppeditat, **Kleyne aerſen behoeven geen groote broecken** / (Vulgo enim ferunt, **Groote aerſen behoeven groote broecken.**) Ita ut *papyri fructus*, qui aut parvus aut nullus eſt, non poſtulat magnam ſpicam.

25. *Budoro more.*

Βουδόρῳ νόμῳ.

Suidam hoc interpretari dicit Eraſmus de iis, qui digni ſunt, ut bovis more excorientur. Unde non ineptè minitando dixerimus: *Budoro more exercebo te*, **Ick ſal u het vel over 't hooft ſtroopen. Het vel van u gat ſlaen.**

26. *Bœotia auris.*

Βοιώτιον οὖς.

Een dick oor.

In pingui judicio hominem quadrat. Ita ut Bœotorum ſtoliditas multis proverbiis locum fecit. Horatius: *Bœotûm in craſſo jurares aëre natum*, **Ghy ſoudt hem voor de plompſte menſch van de wereldt aenſien.**

27. *Bo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

27. *Botrus oppoſitus botro.*

Βότρυς πρὸς βότρυν.

Daer een by ſit / daer een by leert.

Cum ſignificamus talem quemque evadere, cum qualibus habet conſuetudinem. Juvenalis: *Vvaque conſpecta livorem ducit ab uva.*

28. *Immolare boves.*

Βουθυτεῖν.

Met de groote pol-lepel op ſcheppen.

De magnos ac amplos ſumptus facientibus dicitur. Noſtrates quoque de cœna ſumptuoſiore dicunt, **Alle dingh moet daer vloeyen / ende drie dubbel zijn**: βουθυτεῖ: Bovem immolatum oportet, ſi convivas tractandos excipiat.

29. *Boves meſſis tempus expectantes.*

Βοῦς ἄμητον ἐπιτηροῦντες.

Sy verhoopen op een goeden teelt.

Ubi quis ingentium emolumentorum ſpe laborem ſumeret, aut alicui quicquam crederet. Bos enim per meſſem majore laborat fructu, atque inter triturandum longè paſcitur largius, quàm dum aratrum ducit. Dicimus quoque, *Bos in meſſem*, ſubaudi *incidit*. **Nu iſt hem in ſijn bouw.**

30. *Bos Homolottorum.*

Βοῦς ὁμολοττῶν.

Jan allemans ſlaef.

Qui in plurima diſtrahitur ac veluti diſſecatur negotia; ſollicitaturque ab omnibus. Aut ut ad rem referas nimis minutatim diviſam ſive conſciſſam, atque in plurimos diviſam. **Het wijt gedeelde kalf / liever een voet / dan een half.** Si verò & mihi hic addivinare fas eſt, *Bovem Homolottorum* appoſitiſſimè vocabimus, qui ad ſarciendam diſſidentium amicitiam, ad componendam pacem, ad ſancienda fœdera nuſquam non detrahitur, atque ab omnibus deſideratur, ita ut hic ſe quàm plurimis totum impendat, **Die over al de zoen moet maken.** *Homolotti* enim diſſecto atque diviſo in minimas particulas bove, fœdus jungere ſoliti ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

31. *Bos apud acervum.*

Βοῦς ἐπὶ σωρῷ.

Nu gaet hy in gras-duynen.
Hy teert van den hoogen boom af.

De ſplendidè ampliterque viventibus, quique in ubere rerum affluentia prolixius faciunt ſumptum.

32. *Aut oportet tragœdias agere omnes, aut inſanire.*

Ἢ χρὴ τραγῳδεῖν πάντας ἢ μελαγχολᾶν.

Ondieſt / of niet met allen.

Dici ſolitum de iis, qui ſemper quaſi ſtupent ac frigent, ita ut nec gaudere poſſint ex animo neque dolere, niſi validiſſimè vellicentur atque afficiantur: ita ut à poëtis nihil prodire eximium dicerent, niſi ſuo corriperentur œſtro ac ſingulari Apollinis flatu.

33. *Aufer mothonem à remo.*

Ἄπαγε τὸν μόθωνα ἀπὸ κώπης.

Laet loopen de brabbelingh.

D. Eraſmus ex Polluce docet *mothonem* ſaltationis moleſtum, ac nauticum genus eſſe, unde ortum arbitratur adagium, ut accipiamus ἀπὸ κώπης, pro eo quod eſt à remo profectum. Eſt autem quicquam velut indignum rejicientis. Aut ſi ad perſonam referas, tunc illud eſt, quod nos dicimus, **Wech met den bloet.** Nam Lacedæmonii vernas ſuos *mothonas* vocitabant. Unde in viles ac ſordidos homines convitium eſſe cœpit.

34. *Auribus arrectis auſcultare.*

Ὦσιν ἑστῶσιν ἀκούειν.

Syn ooren te weyck leggen.

Quadrat in eos, qui ſitienter atque avidè auſcultant, quæ dicuntur, aut expectant dicenda. Virgilius: *Arrectiſque auribus aſtant.*

35. *Aurum Colophonium.*

Χρυσὸς ὁ κολοφώνιος.

Nobel goudt.

Apud Colophonios enim aurum ſolet fieri nobiliſſimum, quod

quod purum putum ac ſpectatiſſimum eſſet. Noſtrate autem lingua ad quidvis eximium atque excellens hoc accommodamus.

36. *Aſini mortes.*

Ὄνου θανάτους.

Het is van Koentkens Verckens.

Subaudi *narrat*. Dicebatur autem in abſurda, dictuque ridicula narrantes.

37. *Aſinus compluitur.*

Ὄνος ὕεται.

Hy laet het ſijn kapproen hooren.

Dictum in eos, qui maledictis nihilo magis commoventur, quàm aſinus pluvia, qui vix fuſtem ſentit.

38. *Aſperſiſti aquam.*

Daer ſteeckt ghy my 't hert weder onder den riem.
Daer helpt ghy my weder te Paerde.

Cui dicto quopiam animus redditur, metuſque abſtergetur. Sumptum ab iis, qui in deliquio, in faciem aſperſa aqua, ad ſe redeunt.

39. *Arcadiam me poſtulas.*

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς.

Het ſoude u dienen als het vijſde wiel aen een wagen.

In inutilia petentem.

40. *Arcades imitans.*

Ἀρκάδας μιμούμενος.

Die de Verckens ſcheert / en een ander de Schapen.

Qui aliis, non ſibi laborant: nam Arcades olim inter Græcos bellicoſiſſimi, ſuis auſpiciis, ſuoque titulo nunquam hoſtem ullum ſuperârunt, verum aliis ſuppetias ferentes perſæpe.

41. *A quinque ſcopulis deſilire in fluctus.*

Ἀπὸ πέντε ἅλλεσθαι πετρῶν ἐς κῦμα.

Scherp geneuſt / en dun gelipt / hangen hangen.

Ita noſtrates de eo, quem mulier ſponſa acuto naſo, &

labiis tenuioribus à ſuſpendio conabatur eripere: quam cum ille ex facie ita aſperiorem eſſe colligeret, præelegit ſuſpendio perire, quàm tali uxori ſe allegare.

42. *Aqua præterfluit.*

Ὕδωρ παραῤῥεῖ.

Aen my niet verhangen / de wegh loopt verby de deur.

Qui quidvis ſeſe effecturum polliceretur, nullumque officii genus recuſaret, adeò ut in præterfluentem aquam navigio ſui ejectionem permitteret.

43. *Aquila non captat muſcas.*

Ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας.

Hy vockt om geen kleyntjen.
Hy ſlaet om geen Talingh.

Summos viros ſignificat minutula negligere, ità ut animus excelſus res humiles deſpicit. Aut ſi ſignifices eximiè doctos nonnunquam in parvis labi, & maximis occupatos negotiis, ad puſilla quædam connivere, tunc illud eſt quod vulgo dicimus, **Hy paſt op een kleyntjen niet / hy wil het ſoo naeuw niet ſoecken.**

44. Ἀνερίναστος εἶ.

Incaprificatus es.

Ghy zijt al te vroegh van u moeder genomen / Ghy komt eerſt uyt den dop.

Ajunt mariſcis, qui caprifici fœtus eſt, innaſci vermiculum, quem Græci ψῆνα vocant. Horum vim colligunt ruſtici, deque fici ramis ſuſpendunt, ne videlicet fœtus immaturi decidant. Nam his vermibus per rimas irrepentibus matureſcunt ficus. Itaque arborem cui hoc maturitatis remedium adhibitum non fuerat, ἀνερίναστον appellabant. Atque hinc deinde transferebant in hominem inutilem, à quo nihil bonæ frugis adhuc expectandum eſſet.

45. *Repariazare.*

Ἀναπαριάζειν.

Sijn aers aen den diſſel-boom werpen.
Het bladt om ſlaen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

De iis, quos pœniteret inſtituti, quique à conventis diſcederent. *Parii* enim cùm poſt promiſſam Thebanis ſuæ civitatis deditionem, aliquid boni auxilii ſibi affulgere aliquando ſenſiſſent, pactum irritarunt, integrato cum Thebanis bello. Inde natum proverbiale verbum. Noſtrates quoque dicunt de iis, qui pactum gauderent irritare, ut quos pœniteat inſtitutæ rei, **Hy heeft veel berouws** / *Gauderet repariazare, Dolet de facto.*

46. *Mari è foſſa aquam.*

Θαλάττῃ ἐκ χαράδρας ὕδωρ.

Subaudiendum, *infundis*. Simile illi dicit Eraſmus: *Glebæ arvum. In ſylvam ligna.* Non ineptè eo utemur pro eo quod noſtrates dicunt: **Ghy leert u meeſter** / *Sus Minervam.* Vel **Ghy geeſt u rijcker.** Ovidius:

In freta collectas alta quid addis aquas?

47. *Hamaxiaa loquitur.*

Ἁμαξιαῖα λαλεῖ.

Hy ſlaet buysen met oor-kuſſens.

Hamaxiaa, ampla magnificaque proverbialiter dicuntur. Perinde autem vox ſonat, quaſi Latinè dicas *plauſtralia*, quæ juſtum plauſtri onus videri poſſint.

48. *Muſcum demetere.*

Ἄμυια θερίζειν.

De douw wat voor af treden.
Met de voor Schepen tzeyl weſen.

Dici ſolitum, ubi quis tener adhuc, & intempeſtivus durius tractaretur: aut ubi antè alios emolumentum tolleretur priuſquam opportunum eſſet. Tranſlatum ab iis, qui non ſinunt adoleſcere gramen. Hic & noſtrates dicunt, **Ghy ſoudt hem eerſt te degen laeten begraſen** / *Patereris illum probè obduci muſco.*

49. *Extis pluit, Lucanicis pluit illic.*

Ἄλασιν ὕει.

De huyſen zijn daer met panne-koecken gedeckt / ende met worſten ingeregen.

De prodigioſa rerum copia. Ἀλλᾶς autem exti genus eſt,

ex quo fruſtillatim conciſo, ſarta conficiuntur, unde *Alantopolæ* dicti ſunt.

50. *Aliis lingua, aliis dentes.*

Ἄλλοισι γλῶττ᾽ ἄλλοισίν εἰσι γόμφιοι.

Vintmen quade tongen/ men vinter quade handen weer tegen.

Venuſtum erit ſi longiuſculè detorqueas. Veluti ſi quis minatus ſit ſe facto nociturum ei, qui verbis duntaxat læſerit. Poëtis eſt lingua qua invehantur, at principibus ſunt molares, quibus eos conficiant.

51. *Improbi conſilium in extremum incidit malum.*

Ἀπήντησε κακοῦ βουλὴ πρὸς ὑπέρτατον ἄτην.

Hy is ſijn moeder in 't eynt al t'huys gekomen.

In eum, qui poſtquam diu peccavit impunè, tandem in tantam calamitatem incidit, ut omnium ſcelerum pœnas ſemel dependat.

52. *Aliud noctua ſonat, aliud cornix.*

Ἄλλο γλαὺξ, ἄλλο κορώνη φθέγγεται.

Een koeckoeck ende een Cijs/ ſingen verſcheyden wijs.

Cùm certamen alicui eſt cum longe præſtantiore. Aut ſi de iis loqueris quos favor in diverſum trahit ob ingenii vel morum pugnantiam, tunc illud eſt, quod noſtrates dicunt, **Elck ſpreeckt na dat ſijn gicht draeght. Elcke vogel ſinght na dat hy gebeckt is.**

53. *Reperire rimam.*

Een openingh vinden.

Het een gat of het ander vinden.

Aliquam reperietis rimam, inquit Plautus, in cauſatores & tergiverſatores, qui nulla in cauſa tot fidei vinculis aſtringi poſſunt, quin aliquid inveniant, quo elabantur. Ductum ab avibus aut muribus. Horatius: *Mille adde catenas, Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.*

54. *Album panem pinſo tibi.*

Λευκὸν μάζαν φυρῶ σοι.

Ick bie of doe u meer dan vol.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ubi quis magnarum rerum ſpes amplas oſtendit, bene & quàm commodiſſimè alicui faciens aut promittens. Siquidem *panis albus* in delitiis ſemper fuit.

55. *Candidum linum lucri cauſa ducis.*

Λευκώλενον λῖνον κερδογαμεῖς.

Om haer gelleken trout ghyſe / niet om haer belleken.

In eum, qui dotis cauſa ducit vel deformem, vel anum. *Linus* autem uxorem vocat, vel quòd apud veteres ſolæ mulieres lineis uterentur, vel quòd virum alliget matrimonio.

56. *In capras ſylveſtres.*

Κατ' αἶγας ἀγρίας.

Loop voor 't Vercken.

Abominantis eſt ſermo & malum deprecantis, inque ſylveſtres capras avertentis. Confine huic eſt illud centuriæ primæ, *In Pirrham.*

57. *Adſint dii beati.*

Συν ἦ θεοὶ μάκαρες.

Wel aen in Nomine Domini. Godt ſlae daer luck toe.

Sermo eſt bene ominantis in re quapiam aggrediunda.

58. *In Aphannis.*

Εἰς Ἀφάννας.

Daer de hondt de bijl at.

D. Eraſmus autore Srephano, *Aphannas* locum quempiam eſſe ſcribit Siciliæ, vehementer obſcurum & ignobilem, unde & nomen inditum putat. Et adagium hoc de incertis dici & quæ nuſquam ſunt.

59. *Ad id quod erat opus.*

Εἰς τὸ δέον.

Daer 't de Heer van noode was.

Daer 't beter gegeven dan gehouden was.

Subaudi *inſumpſi*, aut ſimile. Narrant Periclem aliquando à Lacedæmoniorum rege datis pecuniis impetraſſe, ut ab Attica diſcederet, quarum cum populo rationem redderet, εἰς τὸ δέον, inquit, ἀνήλωσα τοσαῦτα τάλαντα, *in uſus neceſſarios*

rios tantum talentorum inſumpſi. Torquetur itaque per jocum in eos, qui expenſæ pecuniæ non poſſunt rationem reddere.

60. *Adactum jusjurandum.*

Ἐπακτὸς ὅρκος.

Sic dicebatur, vel quod non vernaculum eſſet, ſed peregrinum. Ut per ventum, per acinacem, per anſerem, ac canem. Vel etiam quod non ſpontaneum, ſed vi adactum, & hac quidem forma noſtratibus proverbiale eſt, **Een gedwongen eet/ is Godt leet.**

61. *Scabroſior leberide eſt.*

Κεντρότερος λεβηρίδος.

Hy heeft niet een ſoete beet aen al ſijn lijf.

Qui moribus vehementer aſperis ſunt & inſuavibus. Eſt autem *leberis* exuvium ſerpentum vel piſcium exuentium ſenectam, quod & σύφαρ vocatur.

62. *Procul ab auribus nuncius veniat.*

Ἀπ' οὔατος ἄγγελος ἔλθοι.

Dat wil ick beneden mijn knie binden.

Sermo deprecantis nuncium male auſpicatum. *Procul abſit nuncius aure.* Sic & apud Homerum:

Αἲ γὰρ δή μοι ἀπ' οὔατος ὧδε γένοιτο,
Iſta velim mihi ſint procul auribus.

63. *A puro pura defluit aqua.*

Ἀεὶ λευκὸν ὕδωρ ῥεύσετ' ἀπὸ λευκοῦ.

Die ſijn vinger heel vint/ magh die altijt weder heel ontbinden.

Quadrat in hominem uſque quaque inculpatum & innocentem, quem etiam ſi quis criminetur, illuſtrior fit. Sic Cato Cenſorius quater & quadragies judicum ſententiis abſolutus eſt.

64. *A lupi venatu.*

Ἀπὸ λύκου θήρας.

Wy hebben daer met de Donder ende ſijn Moeder te doen gehadt.

Dici ſolitum de negotio inſuavi ac moleſto, unde & quis

re in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

e infecta ferè diſcedit. Inſuavis enim ac difficilis lupi venatus eſt.

55. *A ſubeunte portum navi.*

Ἀπὸ καταδυομένης.

By tijts aen de merckt / of brugh / ſoo dringht men u daer niet van.

Subaudi, *lucrum capias*; dicit autem adagium celeritatem ad quæſtum plurimum valere. Et in negotiatorem illud in primis competere, ὕπνος ἀπέστω, *Summus abſit*, **Wacker daer aen.** Sumptum ab iis, qui merces ſtatim emunt ab ipſis nautis in portum appellentibus, qui turpis eſt quæſtus.

56. *A bis ſeptem undis.*

Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων.

Soo reyn als een nieuw gebooren kint.

In eos, qui à noxia quapiam purgati ſunt, eò quòd antiquitus mos erat homicidio pollutos, veſtes ſuas bis ſeptem inundationibus immerſionibuſque lavare.

57. *Exigit & à ſtatuis farinas.*

Αἰτεῖ γε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.

Hy neemt het van Godts Autaer wel.

In eum, qui nullius miſertus, undecunque quod poteſt avellit, vel ab ipſis mortuorum ſtatuis. Simile illi: *Vel à mortuo tributum.*

58. *Athos celat latera Lemniæ bovis.*

Ἄθως καλύπτει πλευρὰ λεμνίας βοός.

Deſe gaet hem in prijs te nae.
Deſe verduyſtert ſijn kaers.

Ubi quis officit, aut moleſtus eſt, aut gloriam cujuſpiam obſcurat. Tradunt in Lemno bovis fuiſſe ſimulachrum ingens, candido factum lapide. Id *Athos* mons, tametſi longe diſſitus, ob ſummam celſitudinem, umbrâ ſuâ obſcurat.

59. *Præſentem mulge, quid fugientem inſequeris?*

Τὴν παρεοῦσαν ἀμέλγε τί τὸν φεύγοντα διώκεις.

Neemt het wis voor het onwis.

Præſentem mulgeto, quid inſequeris fugientem? Heroicus pro-

proverbialis eſt, admonens præſens lucrum non omittendum, ſpe commodi abſentis & incerti.

70. *Quid ad Mercurium?*

Τὶ πρὸς τὸν ἑρμῆν;

Wat komt het by? Wat heeft het te beduyden?

Idem cum illo, οὐδὲν πρὸς ἔπος, *Nihil ad rem*, *Nihil ad verſum.* Nam Mercurius orationis autor eſt.

71. *Quid Achivos à turre judicatis?*

Τὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀπὸ πύργου κρίνετε;

Men moeſt malkander het van voorẽ ſien.

Quoties quis pronunciat de re non ſatis accuratè conſiderata. Sumptum ex Homero, ubi Priamus in mœnibus, accerſitam Helenam, de Græcis percontatur, quinam eſſent, quos procul in Græcorum exercitu conſpiceret.

72. *Quis uſus cepis putridi?*

Τίς χρεία πυθομένου κρομμύου.

Wat gaetmer mede maken daer men geen waer mede magh ſeggen.

De rebus, aut etiam hominibus rejiculis, & quorum nullus uſquam eſt uſus. Etenim cùm cepe ſit herba per ſe viliſſima, ſimul atque computruit, nihil poteſt eſſe abjectius.

73. *Philoxeni non.*

Τὸ Φιλοξένου οὔ.

Hy blijft daer by als een dief by de daſt.

Ubi quis obſtinatè aliquid inficiatur, aut etiam aliquid recuſat. Ita ut Philoxenus poëta, nulla ratione adduci potuit, ut carmina Dionyſii probaret, adeò ut maluerit reduci ad fodinas lapidarias.

74. *Meos corymbos necto.*

Τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω.

Ick heet Broer Jooſt.

Suos corymbos aut cincinnos nectere dicetur, qui reſpondet, quod nihil pertineat ad interrogata. Neque ei, quem in rem aliquam ſe intromittere, aut de ea loqui nolumus, dicetur: *Tu tuos necte corymbos*, **Als de Hondt vijſt ſoo ſeght ghy dat is mijn.**

75. Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

75. *Compendiaria res improbitas.*

Σύντομος ἡ πονηρία, βραδεῖα ἡ ἀρετή.

Onkruyt waſt van ſelfs.

Men hoeft geen luys in de pels te ſetten.

Quæ turpia ſunt αὐτοδίδακτοι protinus arripimus. Quæ honeſta vix longis laboribus inculcantur.

76. *Umbram pro corpore.*

Σκιὰ ἀντὶ τοῦ σώματος.

Hy heeft het / maer een ander gaet met de proven te marckt.

Quoties quis magnum aliquid videbitur aſſecutus, cùm nihil tandem auferat præter titulum, aut ſpes meras. *Abi, umbram pro corpore*, **Gaet heen / ghy zijt berecht voor u ſeven deuyts.**

77. *Sinopiſſat.*

Σινωπίζει.

Hy loert ende ſiet ſoo lodderlijck.

A *Sinope* ſcorto quodam, quòd oculis illud laſcivis fuerit, noxiis atque illecebroſis.

78. *Vitiat lapidem longum tempus.*

Σήψει καὶ πέτραν ὁ πολὺς χρόνος.

Alle dingh ſlijt / met der tijdt.

Nihil in rerum natura durabilius ſaxo. At illud & temporum diuturnitas abſumit. Id quod poëtæ innuunt cum fingunt Saturnum temporis Deum ſaxum Jovis loco poſitum devoraſſe. Et, *Gutta cavat lapidem, non vi, ſed ſæpè cadendo.*

79. *Silenus Alcibiadis eſt.*

Σιληνὸς Ἀλκιβιάδου.

Hy gaet of hy geen vijf tellen konde.

De eo, qui habitu vultuque longe minus præ ſe fert, quàm animo claudit.

80. *Sarone magis nauticus.*

Σάρωνος ναυτικώτερος.

Het Schippert al datter aen is.

Ajunt

Ajunt *Saronem* Deum quempiam fuiſſe nauticum. Congruit itaque in hominem horrido cultu & moribus feris. Quod genus nautas pleroſque videmus.

81. *Aſſidua ſtilla ſaxum excavat.*

Ῥανὶς ἐνδελεχοῦσα κοιλαίνει πέτραν.

Aenhouden doet verkrijgen.
De ſtadige aenhouder wint.

Admonet nihil eſſe tam durum quod non emolliat, nihil tam arduum quod non efficiat aſſiduitas. Plinius ſcribit inveniri ſilices, formicarum pedibus attritas.

82. *Salamina navis.*

Σαλαμινία ναῦς.

Een vogel van een Schip.
Dat van't ſeylen verſtant heeſt.

De prævelocibus dictitatum. *Salaminii* enim navali bello excelluerunt.

83. *Pyrrhandri commentum.*

Πυῤῥάνδρου μηχάνημα.

Een geeſtige klucht. Een aerdige treck.

De callido aliquo invento. *Pyrrhander* enim hic ſycophanta quiſpiam fuit inſignitè verſutus, notæque malitiæ, unde *Pyrrhandrica techna*, vel *commentum* dicitur.

84. *Parvifacta divitiæ.*

Ἄζηλος πλοῦτος.

Onbekende rijckdom.

Cùm quis ſuas dotes ignorat, ut ſi quæ formoſa cum ſit, ſibi tamen putida videatur ac diſpliceat. Aut eruditus qui eſt, ſibi videatur ineruditus, ἄζηλον enim hic Eraſmus vocat, quod nemo miratur. Fluminum quoque hinc eſſe dicit, ὁ τυφλὸς πλοῦτος, *Cæca divitiæ.* Noſtrates autem vulgo ferunt, **Een geſont lijf is onbekende rijckdom**/ *Corporis incolumitatem* ἄζηλον πλοῦτον vocant.

85. *Dicas tria ex curia.*

Εἴπῃς τὰ τρία τὰ ἐκ τῆς αὐλῆς.

Spreeckt u leſte ſpreecken.
Spreeckt dat u het hert verſt.

Anti-

Antiquitus qui judicum ſententiis fuiſſent ad capitale ſupplicium condemnati, prius quam ad mortem ducerentur, ea facultas concedebatur, ut vino ciboque expleti tria quædam quæcunque lubitum eſſet, dicerent. Quæ ſimulatque dixiſſent, promulgata damnatione producebantur ad ſupplicium.

86. *Pyrauſtæ gaudes gaudium.*

Χαρὰν Πυραύστου χαίρεις.

De momentanea fluxaque voluptate. Noſtrates hic accenſa ex lino flamma ferè dicunt: *Sic tranſit gloria mundi,* **Een korte vreught/ een kort jolijt/ is deſe tijt.**

87. Πτερυγίζειν.

Experiri alas ſuas.

Sijn wiecken proeven.

Sic & noſtrates loquuntur, quoties quis primulum conatur atque geſtit quippiam efficere. Sumptum ab avium pullis parum volucribus.

88. *Ante barbam doces ſenes.*

Πρὸ τοῦ γενειάδος διδάσκεις τοὺς γέροντας.

Ghy komt te mael vroegh toe.

Cum junior atque imberbis aliquid ſenile ac viro dignum præſtare incipit, ut cui, uti Perſius ait, *rerum prudentia velox Ante pilos venit, dicenda tacendaque callens.*

89. *Bellum Cononi curæ fuerit.*

Πόλεμος Κόνωνι μελήσει.

Hy ſorght die ſorgen bevolen is.

Laet ſorgen die ons borgen.

Conon dux Athenienſium fuit multum in belli negotiis exercitatus. Competit itaque in eum, qui curat negotium quod nihil ad ſe pertineat.

90. *Antehac putabam te habere cornua.*

Πρὸ τούτου σὲ ᾤμην κέρατα ἔχειν.

Ick hadt u voortijdts voor een ander man in 't velt aengeſien.

Ick meynde ghy oock handen gehadt hadt.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

De his, qui prius habiti fortes & ſtrenui, poſtea cùm res virum poſtulat, apparent ignavi. Unde & Comicus *cornutam beſtiam* vocat hominem paratum ſe defendere. Horatius: *Parata tollo cornua. Parata tollit cornua*, **Hy hoot hem 't punt.**

91. *Prius quàm mactaris, excorias.*

Πρὶν ἐσφάχθαι, δέρεις.

Ghy haelt het hemt over die rock.

Ubi quid præpoſterè fieri videtur. Apud Homerum autem per προθύστερον ſæpe excoriatur taurus, priusquàm occiditur.

92. *Prius quàm aſſa ſit farinam.*

Πρὶν ὀπτῆσαι ἄλευρα.

Ghy zijt al te haeſtigh in u warmoes.

Subaudi *inſpergis*. Solent enim ad plenum ferè aſſis farinam inſpergere, unde pulchro quidem rubore illa incruſtantur. Id autem primum facere, dum igni admoventur, impedit percoctionem, atque præpoſterum eſt. Hic quoque licebit dicere: *Ne prius quàm aſſa ſit farinam*, **Laet de hin eerſt op haer eyeren komen.**

93. *Plures adorant ſolem orientem quàm occidentem.*

Πλείους προσκυνοῦσι τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα, ἢ δύνοντα.

Men houdt het meer met de rijſende marckten / dan met de afgaende.

Juveni magis adhæretur, quam ſeni. Pompejum ſcribit Plutarchus hoc adagio minatum Cinnæ. Senſit autem Pompejus ſe ſolem eſſe orientem, nimirum juvenem indies fama creſcentem, illum occidentem, utpote affecta jam ætate, & cujus dignitas ac gloria jam conſeneſceret.

94. *Auro loquente nihil pollet quævis oratio.*

Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος.

Des Penninghs reden klinckt beſt.

Des Penninghs klanck verdooſt alle reden.

Proverbium indicat munera plurimum valere apud multos.

95. Pel-

95. *Pellenæa veſtis.*

Πελληναῖος χιτών.

Diverſum illi quod alibi dictum eſt, *Levidenſe munus.* Lepidius verò erit ſi per ironiam adhibeatur. Veluti ſi cui pro laborioſis, ac diutinis officiis vile munuſculum miſſum ſit, dicamus, πελληναῖον χιτῶνα contigiſſe. Solent autem veſtes Xeniorum loco miſſitari. *Pellene* autem pervetuſta Achaiæ civitas eſt.

96. *Aquilam cornix provocat.*

Ἀετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ.

Dat hy veel keſt / ſchaet noch baet.

Locus fuerit adagio, ſi quando leviuſculus quiſpiam homuncio, qui neque prodeſſe queat neque lædere, maximis viris oblatrat.

97. *Lupus pilum mutat, non mentem.*

Ὁ λύκος τὴν τρίχα οὐ τὴν γνώμην ἀλλάττει.

Een oudt wagenaer / hoort noch geern het klappen van de ſweep.

Senecta canitiem adfert improbis, non ita facilè aufert malitiam.

98. *Laqueus laqueum cepit.*

Ἄπερ ἡ πάγη ἔοικε λήψεσθαι πάγην.

d' Een heeſt d' ander op ſijn eyeren betrapt.

Ubi malus malum capit, veluti adulter adulterum, aut fur furem, perfidus perfidum, quod interdum uſu venit, ut dum duo ſibi viciſſim inſidias tendunt, uterque deprehendat alterum.

99. *Ipſum oſtii limen attigiſti.*

Αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τῆς θύρας.

Daer liggen de Moſſelen. Daer leght het hem.

Dici ſolitum, quoties ad rem ipſam pervenitur.

100. *Gallus inſilit.*

Ἀλεκτρυὼν ἐπιπηδᾷ.

Hy wil weer aen / als een quade haen.

Ubi quis ſemel victus redintegrat certamen. A gallorum certaminibus ſumptum.

CHI-

CHILIADIS TERTIÆ
CENTVRIA IV

1. *Nunc ipſa vivit ſapientia.*

Αὐτὴ νῦν σοφία ζῆ.

Nu zijt ghy een Super Magiſter.

APplaudentis ac adgratulantis eſt ſermo, ſi quid videtur aliquando ſcitè & artè dictum factumve.

2. *Nunc ipſa floret Muſa.*

Αὐτὴ νῦν ἀνθεῖ ἡ μοῦσα.

Nu ſchiet ghy de Papegay af.

Superiori ſimillimum eſt. Ubi quid eruditè, facundè, venuſtè dictum aut ſcriptum videbitur. Feſtivius fuerit ſi per ironiam efferatur, **Nu zijt ghy Meeſter Canjaert.**

3. *Onus navis.*

Ἄχθος νεώς.

Hy is altijt goede ballaſt.
Het Schip wil van hem ſincken.

In inertes & inutiles jacere conveniet. Confine illi: *Telluris inutile pondus*, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης.

4. *Marinam auditionem fluviali abluit ſermone.*

Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀπεκλύσατο ποτίμῳ λόγῳ.

Tegen alle die ſuyre Appelen / geeſt hy hem nu weder een ſoet neeſken.

Ubi quod erat audire moleſtum diverſa oratione velut edulcatur. Etenim quod palato aqua marina eſt, id auribus eſt oratio triſtis aut contumelioſa. Item quod palato liquor fontanus, id auditui ſermo placidus & benignus.

5. *Arcadicum germen.*

Ἀρκάδιον βλάστημα.

Soo luy als hy groot is. Een ſchoone ſpruyt.

De grandibus & ignavis dici ſolitum, *Læva in parte mamillæ, Nil ſalit Arcadico juveni*, Juvenalis, **Daer loopt niet op.**

6. Hic

6. *Hic Rhodus, hic ſaltus.*

Αὐτοῦ ῥόδος, αὐτοῦ πήδημα.

Wel hier / wel daer / doetet hier indien 't is waer.

Da demonſtrandi, ut illic, hic.

De his qui ſeſe de negotio quopiam jactarent inſolentius, cujus fides non extaret. Conveniet igitur, ubi quis jubetur re præſtare, quod alibi ſe feciſſe jactat.

7. *Archidamicum bellum.*

Ἀρχιδάμιος πόλεμος.

Een Oorlogh die wijf ende kint beſchreyen ſal.

De bello ſævo crudelique dicebatur, cum funditus omnia tolluntur. Ab *Archidamo* duce Lacedæmoniorum, qui maximis copiis impreſſionem fecit in Atticam, eamque decem annis divexavit.

8. *Mortuum unguento perungis.*

Νεκρὸν μυρίζεις.

Het is al te kits geſeyt.

Cum ſerò quid adhibetur. Unctio enim viventibus conducit.

9. *Mortuus jacet pedens.*

Νεκρὸς κεῖται βδέων.

Sterbende ſal hy ſtinckende ruymen/
Als het bed ſcheurt / ſoo ſtuyven de pluymen.

Dici ſolitum ſi quando pauper ſimularet opulentiam.

10. *Rudentes & remos cum armis commutavit.*

Νήϊα καὶ κωπέας ἀνθ' ὅπλων ἠλλάξατο.

Hy wil op beter water viſſchen.

Ubi quis artem, aut quæſtum ſolitum relinquit, gloriæ cupiditate commotus. Veluti ſi quis è nauta fieret miles.

11. *Niobes mala patitur.*

Νιόβης πάθη φέρει.

Hy is in hondert duyſent laſten.

De maximis, & acerbiſſimis dicitur malis. *Niobem* enim ferunt poſt occiſos liberos, quos permultos habebat, præ dolore in ſaxum converſam.

12. *Radit uſque ad cutem.*

Ξυρεῖ ἐν χρῷ.

Hy braecht een t' hemdt uyt den aers.
Hy taſt een al te diep in de mondt.

De eo dicebatur, qui nimium exactè videretur agere cum aliquo. Plautus in Captivis: *Sed utrum, ſtrictimne dicam attonſurum eſſe, an per pectinem neſcio: verum ſi frugi eſt, uſque admutilabit probè.* Loquitur autem de hero diligentius omnia percunctaturo, & tanquam ad cutem raſuro.

13. *Signum bonum aut malum.*

Σύμβολος ἀγαθὸς ἢ ὁ φαῦλος.

Iſſet goet/ of iſſet quaet/
Godt de Heer die vint ons raet.

Ubi quis de re incognita divinat incertus. *Symbolum* autem vocant augurium, quod ſumitur è ſternutamentis. Quin & hominis primum occurſum, ex quo ſignum aliquod eventus captabant, *ſymbolum* appellabant.

14. *Duos inſequens lepores, neutrum capit.*

Ὁ δύο πτῶκας διώκων, οὐδέτερον καταλαμβάνει.

Die't al wil hebben/ die krijght niet.

Qui ſimul duplex captat commodum, utroque fruſtratur.

15. *Cui multum eſt piperis, etiam oleribus immiſcet.*

Ὁ πολὺ ἔχων πέπερι, τίθησι κἂν λαχάνοις.

Daer het ruym is/ neemt men de ruymte.
Het komt op geen turf aen/ als men in't Veen is.

Cui rei cujuſpiam largior adeſt copia, ea profuſius utitur.

16. *Domus amica, domus optima.*

Οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος.

Iſt Ooſt/ iſt Weſt/ t' huys iſt beſt.

Nuſquam commodius, nuſquam lautius homini vivere contingit, quàm domi.

17. *Aſini caput ne laves nitro.*

Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ.

Het ſop en is de kool niet waert.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ne multum ſumptus operæve impendas in rem vilem ac ſordidam.

18. *Aſini mandibula.*

Ὄνου γνάθος.

Het is een kluyver / een moogh-veel.
Een etende Man.

Convenit in edaces, alioqui ſtolidos & ignavos.

19. *In occipitio oculos habet.*

Ὄπισθεν κεφαλῆς ὄμματα ἔχει.

Hy gaet onder de Aerde / ende boven de Aerde.
Hy is van Gauweriaen.

De circumſpectis, quos neutiquam proclive ſit fallere.

20. *Lutum niſi tundatur, non fit urceus.*

Ὁ πηλὸς ἢν μὴ δαρῇ, κέραμος οὐ γίνεται.

Nimmermeer wort het grooter Man /
Die hem lijden noch dulden kan.

Significat citra laborem nullum evadere in virum abſolutum.

21. *Viri jurejurando, pueri talis fallendi.*

Ὅρκοις ἄνδρας, ἀστραγάλοις δὲ παῖδας ἐξαπατέον.

Jae ende neen / is Koopluyden voer /
Koot ende Bickel der kinderen.

Docet, viris nulla re citius imponi poſſe, quam jurejurando.

22. *Aves quæris.*

Ὄρνις ζητεῖς.

Een onſeker ey / is een onwis kuycken.
Het is een vliegende Valck.

Qui rem vagam, & captu difficilem ſequitur.

23. *Mons cum monte non miſcetur.*

Ὄρος ὄρει οὐ μίγνυται.

Twee groote Meeſters konnen haer rijck niet delen.

Non convenit inter pariter elatos.

24. *Qui canem alit externum, huic præter linum nihil ſit reliqui.*

ὁ κύνα τρέφει ξένον τούτῳ μόνον λῖνος μένει.

Aen vreemde luyden kinderen/ende vreemde honden is ſomtijts de koſt verloren.

Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam. Nam canis alienus, relicto ſune quo alligatur, priſtinum dominum repetit.

25. *Cum Nibas coccyſſaverit.*

ὅταν Νίβας κοκκύσῃ.

Als u vingers even lanck zijn.
Als twee Sondagen in een weeck komen.

Tradunt in Theſſalonica Macedoniæ civitate vicum eſſe, cui nomen *Nibas*, ubi galli nunquam vocem edant.

26. *Ignis non extinguitur igni.*

Πυρὶ οὐ σβέννυται πῦρ.

Hert tegen hert is quade kans.
De Donder verdrijſt den Picker niet.

Malum malo non tollitur. Ira non ſedatur iracundiâ, ſed ferocitas ſedatur lenitate, malum patientia tollitur, injuria beneficio vincitur.

27. *Ne terrâ quidem juvaret.*

Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν.

Hy gaf hem niet dat hy uyt ſpouwt.

Perinde quaſi dicas: Ne glebam quidem impertiret: aut ne terræ quidem hoſpitio dignaretur. Ut apud Maronem: *Hoſpitio prohibemur arenæ? Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.*

28. *Nullus emptor difficilis bonum edit obſonium.*

οὐδεὶς δυσώνης, χρηστὸν ὀψονεῖ κρέας.

Men kan niet veel gouts koopen om een ey.
Snoot gelt ſnoode waer. Schoen nae u voet.

Qui nimium vili ſtudet emere, ſemper merces vitioſas emit. Conveniet in hos, ſi qui parvo labore conentur egregias

gias aſſequi literas, quæ non contingunt niſi maximis & diuinis vigiliis.

29. *Non potes Tethydem ſimul & Galateam amare.*

Οὐ δύνασαι Τέθυδός τε ϗ Γαλατείας ἐρᾷν.

Ghy mooghts niet al hebben / een ſchoone vrouw ende reyn ſuyvel.

Non potes idem diverſa ſequi, velut literas & pecuniam, voluptatem & gloriam. Uxorem pulchrè excultam, ſimul & ſuppellectilem aut cibum per omnia mundum. Quomodo id & noſtrates ferunt.

30. *Malum lucrum æquale diſpendio.*

Κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.

Onrechte winſt / rechte ſchae.
Onrechtveerdigh goet rijckt niet.

Celebratur Heſiodium dictum, Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτῃσιν, *Ne male lucreris, mala lucra æqualia damnis.*

31. *Thericlei amicus eſt.*

Θηρικλείου φίλος.

Hy bemint Truy met een oor.

Dictum in biboſos: nam Thericles primus excogitavit poculum vitreum. Unde & Græci poculum vitreum θηρίκλειον, appellant.

32. *Theagenis Hecateum.*

Θεαγένους ἑκάτειον.

Daer magh niet een veeſt verrijſen / of hy loopt nae de Kerck.

In ſuperſtitioſos, & ridiculè meticuloſos. *Theagenes* enim hic legitur uſque adeò fuiſſe ſuperſtitioſus, ut domi haberet Hecates ſimulachrum, nec uſque pedem moveret, niſi illo conſulto.

33. *Fiducia pecunias amiſi.*

Πίστει χρήματα ὄλεσα.

Door goet vertrouwen verloor het meyſken haer Maeghdom.

Significat fiduciâ frequenter mortales falli. Hinc illud Epichar-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

picharmi: Νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν, *Sobrius eſto, & memineris diffidere.*

34. *Aliud ſtans, alius ſedens loquitur.*

Hier hebt ghy hem / daer verlieſt ghy hem.

Salluſtii eſt in Ciceronem, quo utuntur qui ſummam animi inconſtantiam ſignificant.

35. *Lingua amicus.*

Ἀπὸ γλώττης φίλος.

Jan ſchoon praet.

Qui verbis oſtendit, non re præſtat beneficium. Hinc Theognis illud:

> Μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ,
> *Ne lingua mihi quis ſit amicus, ſed magis facto.*

36. *Saturni podex.*

Κρόνου πυγή.

Het ſmaeckt als een out-wijf onder den arm.

De carnibus vetulis jamque mancis & ſenſu vacantibus. Quicquid enim putre jam & effœtum intelligi volebant, olim id *Saturnium* appellabant.

37. *Qui vitat molam, vitat farinam.*

Ὁ φεύγων μύλον, ἄλφιτα φεύγει.

Die eyeren wil / moet hem 't kakelen der Hinnen trooſten.

Die ſpaert ſijn handen / ſpaert oock ſijn tanden.

Qui refugit induſtriam & laborem, non fruetur emolumentis.

38. *Geometriæ rudis nemo ingreditor.*

Ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω.

Niemant valt hier in als een Endt in een bijt.

Valet perinde proverbium, quaſi dicas: Illotis pedibus, hoc eſt, temerè & imparatus nemo ingreditor. Erat autem hæc Platonicæ ſcholæ inſcriptio.

39. *Serpens ni edat ſerpentem, draco non fiet.*

Ὄφις ἢν μὴ φάγῃ ὄφιν, δράκων οὐ γενήσεται.

De grooten moeten van den kleynen aſen.

Indi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Indicat potentes quoſdam aliorum damnis creſcere opti- matum quorundam fortunæ non in tantum augerentur, niſi eſſent, quos exugerent.

40. *Certamen non expectat occaſionem.*

Ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει.

Als het op een nijpen gaet / ſoo moet men de bal nemen ſoo ſy komt.

In præſentaneo periculo non oportet occaſionem expectare, quemadmodum aliis in rebus.

41. *Phallus Deo.*

Ὁ φαλλὸς τῷ θεῷ.

Al is het niet weert / de ſteen valt nochtans in de mortel.

Dici ſolitum, ubi parum quidem honeſta, ſed tamen apta tribuuntur. Plutarchus oſtendit hanc fuiſſe priſcorum in ludis ſolennibus pompam, ut primo loco duceretur amphora vini, & clematis, id eſt, fabæ genus: poſt aliquis hircum trahebat: deinde nucum ſportulam geſtabat alius: poſtremo loco Phallus ferebatur.

42. *Obturbas mihi fruſtrà, velut unda.*

Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως.

Ghy mooght u hooft breecken.

Id eſt, Incaſſum moleſtus mihi es. Traductum ab unda cautem verberante. In prima perſona, *Obturbo fruſtra velut unda,* **Het is al om niet dat ick doe.**

43. *Optimum obſonium labor ſenectuti.*

Ὄψον ἄριστον πόνος τῷ γήρᾳ.

Denckt om den ouden Man.

Laborandum in juventa, quò ſeni ſuppetat commodius vivendi facultas. Diogenes enim aliquando rogatus, quid ſenſerat miſerrimum, reſpondit, ſenectutem inopem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

44. *Omne æs alienum cepe, & mulcta allium.*

Πᾶν μοι χρέος κρόμμυα, καὶ τὸ τίμημα σκό-
ροδα εἴη.

**Ick wilde dat ick alleman met moſſel-ſchulpen be-
talen mocht.**

Cùm quis obſtrictus multo ære alieno, optat ut parvo dependere poſſit, quicquid debet.

45. *Omnibus corydalis criſtam innaſci.*

Πάσῃσι κορυδάλοισι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι.

Niemant ſonder dat.

Significat nullum eſſe mortalis ingenium, cui non ſit aliquod vitium admixtum, ceu perinde ſecundum hominis naturam ſit non carere vitio, ut corydalo naturale eſt habere criſtam.

46. *Omni devorato bove in cauda defecit.*

Πάντα ἐκταργὼν τὸν βοῦν εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαμεν.

**Het was een heel gewonnen ſpul/ dan in't leſt gaf hy
de kaets: Hy liet het vaentjen leggen.**

Reliquo negotio peracto, in extremo fine delaſſatus eſt.

47. *Juxta fluvium puteum fodit.*

Παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει.

Hy wil beter dan wel.

De ſtultam & inanem ſumentibus operam. Finitimum illi, *In ſylvam ligna.*

48. *Mutabilior Metra Eriſichthonis.*

Μεταβλητότερος Μήτρας τῆς Ἐρυσίχθονος.

Men vint hem niet daermen hem laet.

In eum congruit, qui ſecum non conſtat. Sumptùm à *Metra*, puella, in varias rerum figuras mutari ſolita.

49. *Catella Melitæa.*

Μελιταῖον κυνίδιον.

Moeders liefſte kint.

Quadrat in eum, qui habetur in delitiis, ac lautius in otio alitur, ad voluptatem potius quàm ad uſum, veluti ſi adulatorem quis alat.

50. Ne

50. *Ne cinerem vitans in prunas incidas.*

Μὴ τέφραν φεύγων εἰς ἀνθρακίαν πέσῃς.

Dat ghy niet loopt uyt het Vagevier in de Hel.

Ne ſic defugias malum hoc aut illud, ut in aliud longè majus incidas.

51. *Syrus cùm non ſis, ne Syriſſa.*

Μὴ ὢν Σύρος, μὴ σύριζε.

Grimt niet / ſoo ghy van Grimbergen niet zijt.

Ne ſumas perſonam parum decoram. Ne velis aliud videri, quàm ſis.

52. *Ne move feſtucam.*

Μὴ κάρφος κίνει.

Muysjen / wacht u ſtaertjen.

Jocus proverbialis, ubi quis omnis ſtrepitus impatiens eſt. Quoſdam enim videas uſque adeò moroſos, ut quicquid agas, offendantur, etiam ſi ſtipulam duntaxat moveas.

53. *Cum parvula eſt, bona videtur ſpina.*

Μικρόθεν ἡ ἄκανθα ἀγαθὴ φαίνεται.

Kleyne kinderen goede kinderen / wel hem die geen heeſt.

Pueritia ſemper amabilis eſt. Quemadmodum ſpina quoque innoxia eſt, atque adeò veſca etiam, donec ætate dureſcat.

54. *Moſchus canens Bœoticum.*

Μόσχος ᾄδων βοιώτιον.

Veel quaet ſnaps als al de bedden in 't Gaſthuys.

Quadrabit in multiloquos, ſed tamen ineptè loquaces. Nam *Moſchus* citharœdus fuit imperitus, qui citra reſpirationem vocem producebat in longum.

55. *Filum contentionis tunc erat.*

Μίτος ἔριδος τότ' ἦν.

Elck wilde ſijn krijgh houden / hart tegen hart.

Cùm uterque pertinax eſt, & neuter concedit alteri. *Funiculum ducebant contentioſum*, **Sy trocken een lijn / maer elck op een eyndt.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

56. *Neque cæcum ducem, neque amentem conſultorem.*

Μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον.

Behelpt u met krepel noch met blinde.
Beter tot een ſmit / dan tot ſmitkens.

Subaudi, *adhibeas.* Diſce, ſed à doctis. Conſilium pete, ſed à conſultis.

57. *Mus non ingrediens antrum, cucurbitam ferebat.*

Μῦς εἰς τρώγλην οὐ χωρῶν κολοκύντην ἔφερε.

Hy wil een ander helpen / die hem ſelven geen raet weet.

In eum congruit, qui cum ipſe ſibi conſulere non poteſt, aliis opitulari conatur.

58. *Novos parans amicos, ne obliviſcere veterum.*

Νέους φίλους ποιῶν, λῷστε, τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου.

Men ſal de oude vrienden niet verwerpen / gelijck men de oude ſchoenen doet.

Torqueri poteſt & ad mutata ſtudia, ad quæ ſi bona ſint, convenit nonnunquam reſpicere etiam, poſtquam diverſæ te addixeris diſciplinæ.

59. *Etiam dormiens ſomniat.*

Ὀνειροπολεῖ καὶ καθεύδων.

Hy droomt daer ſlecht af.

Quoties ſignificamus aliquem toto pectore rei cuipiam addictum. Ariſtophanes:

Ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν,
Et dormiens equeſtre ſtudium ſomniat.

60. *Tanquam chordæ vice.*

Ὡς ἀντὶ χορδῆς.

Dit boort het gat. Dit maeckt het ſpel even.

Conveniet, ubi quod alicubi diminutum videtur, ſuppletum aliunde ſignificabimus.

61. In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

61. *In caput præcipitari.*

Ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖσθαι.

Heel uyt de ſchreef geworpen werden.

De eo, qui per ſummam contumeliam expelleretur, vel potius funditus perderetur.

62. *Irreconciliabile bellum.*

Ἄσπονδος πόλεμος.

Een ſtaende Oorlogh / die niet te verſoenen is.

Ἀσπόνδον vocant perpetuum, atrox, & irreconciliabile. Sic ἀσπόνδους ἐχθρούς, qui in concordiam redigi non poſſunt.

63. *Ab Eteobutadis ducit genus.*

Ἐξ Ἐτεοβουταδῶν ἕλκει τὸ γένος.

Het is een groot Ezelingh.

Eleganter per ironiam torquebitur in hominem obſcurum, aut nobilitatis & imaginum oſtentatorem.

64. *Ergini canitie eſt.*

Ἐργίνου πολιὰς ἔχει.

Hy heeft een hooft op dat lijf verſleten.

Poterit torqueri in eos, qui ætate juvenes, jam tum ingenio, moribuſque ſenem agunt. Et quibus rerum prudentia velox, ante pilos venit, ut inquit Perſius: Natum ab Ergino quodam, uno ex Argonautis, qui præter ætatem canus, omnes athletas ſuperaſſe aliquando legitur.

65. Ἐσκιμαλίζει.

Hy laet hem in den aers ſien.

Contumeliam, contemptumque ſupremum ſignificat.

66. *Extrema extremorum mala.*

Ἐσχάτων ἔσχατα κακά.

Hondert-duyſent laſten.

De graviſſimis ac intolerandis malis, *Extrema extremorum patitur mala*, **Hy heeft het ſoo quaet als 't was dat vernt.**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

67. *Cucurrit quiſpiam ne pluviâ madeſceret, & in foveam præfocatus eſt.*

Ἔτρεχέ τις μὴ βρεχθείη, καὶ εἰς βόθρον ἀπεπνίγη.

Hy ſchoude den regen / ende viel in de ſloot.

Ubi quis levius malum incautius fugiens in maximum incurrit.

68. *Heterognathus eſt.*

Ἑτερόγναθός ἐστί.

Het is een moogh-beel.

In edacem dici conſuevit, quòd ob voracitatem alternatìm, utraque mandibula cibum commanderet: nam hinc dictum ἑτερόγναθος, quòd nunc in hanc, nunc illam mandibulam cibum transferat.

69. *Urbanus nihil æqui cogitat.*

Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον γ' ἀνὴρ ἀστυκός.

De beſte luyden die men vijnt /
Zijn die de Son op 't velt beſchijnt.

Admonet ruſticanam vitam innocentiorem eſſe, ut quæ *ſola cum ſolis habeat commercia terris.* Contra qui degunt in urbibus propter contagia negotiorum & hominum, nonnunquam aſtutiores evadere, & fide minus certa.

70. *Patroclo ſordidior eſt.*

Πατρόκλεους φειδωλότερος ἐστί.

Hy ſoude ſijn eygen dreck wel eten.

In divitem quidem, ſed oppido quàm ſordidum ac parcum. Taxatur hic in Ariſtophanis Pluto.

71. *Omnis herus ſervo monoſyllabus.*

Πᾶς δεσπότης δούλῳ μονοσύλλαβον.

Der Heeren liet / is een kort gebiet.

Heris & potentibus breviſſimo tantum verbulo opus eſt, ut vel annuant, vel renuant, ναὶ ἢ οὔ. Servis autem & impotentioribus, multis opus eſt verbis ut exorent, aut perſuadeant.

72. *Peni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

72. *Peniciſſare.*

Πηνικίζειν.

Een blaſſen-baert maecken.

Perinde valet, quaſi dicas *fucum facere.* Nam πηνίκη comam ſignificat non genuinam, ſed appoſititiam.

73. *Cicadis pleni.*

Τεττίγων ἀνάμεστοι.

Sy laten de geck uyt kijcken.

In glorioſos ac ſtultos dicebatur. Antiquitus enim mos erat Atticis, capillorum cincinnis aureas cicadas addere.

74. *Quid de puſillis magna proœmia?*

Τί μικρῶν περὶ μεγάλα προοιμιάζῃς;

Om een deuytweert waers / een half uyr dingen.

Ubi quis in re non magni momenti, verboſa utitur præ-locutione.

75. *Tunc canent cygni cum tacebunt graculi.*

Τότ᾽ ᾄσονται κύκνοι, ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσι.

Als de Koeckoeck ſwight / ſoo hoortmen de Lewerick.

Hoc eſt, tum loquentur eruditi, cùm garrulis non erit loquendi locus.

76. *Malis ter mala.*

Τοῖς κακοῖς τρὶς κακά.

Argh raeckt argh.

Hoc eſt, Digna dignis eveniunt, circumfertur inter Græcas ſententias & hic verſiculus:

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός,
Viro bono bona largiuntur cœlites.

77. *Canis peccatum ſus dependit.*

Τὸ κυνὸς κακὸν ὗς ἀπέτισεν.

De onnoſele betaelt het gelagh.

Quoties pro iis, quæ peccavit alius, alius dat pœnas.

78. *Interfecta muſica eſt.*

Ἐκκέκοφθ᾽ ἡ μουσική.

Nu is ons Liedeken uyt.

Quoties aliquis interveniens ſermonem inſtitutum interpellat, ac rumpit. Veteres enim in conviviis eruditis confabulationibus uti conſueverunt: poſt cantores, hiſtriones & ſaltationes induci cœptæ, quod quidam moleſtè ferentes, dicebant, ἐκκέκοπται ἡ μουσική.

79. *Chamæleonte mutabilior eſt.*

Χαμαιλέοντος εὐμεταβολώτερος.

Men magh geen touw aen hem beleggen.
Hy waeyt met alle winden.

Chamæleon numeratur inter animantia quæ colorem mutant. Competit autem adagium in verſipellem, ſive inconſtantem.

80. *Suus cuique crepitus bene olet.*

Ἕκαστος αὐτοῦ τὸ βδέμα μήλου γλυκίον ἡγεῖται.

Eens eygen dreck ſtinckt niet.

Nemo eſt cui non ſua dicta vel facta non videantur vel optima.

81. *E poculo perforato bibit.*

Ἐκ τετρημμένης κύλικος πίνει.

Hy heeft van een exter gegeten.

In futiles, parumque fideliter ſibi concredita arcana continentes.

82. *In pulicis morſu Deum invocat.*

Ἐν ψύλλας δήξει θεὸν ἐπικαλεῖται.

Hy is al te machtigh kreen/
Bijt hem een vloo/ ſoo is Hollant in laſt.

In eos, qui quantumlibet levi de re graviter perturbantur, perinde ut in maxima.

83. *Adulterinum non eſt.*

Κίβδηλον οὐκ ἐστί.

Het is van het Echte Bedde.

Quod ſimplex non eſt, neque ſyncerum, id Græci κίβδηλον vocant. Traductum à nummis. Cum negatione verò rem aliquam comprobantis eſt.

84. *Nemo*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

84. *Nemo malus hoc ſciet.*

Οὐδεὶς κακὸς τοῦτο εἴσεται.

Dit is alleman niet te ſeggen.

Quoties rem egregiam & cognitu dignam ſignificamus. Huic non diſſimile eſt quod dicunt, de cibo prælauto atque eximio, *Nemo malus hoc edet.*

85. *Mœnia ferrea non terrea habent.*

Χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ τείχη ἔχουσι, μᾶλλον ἢ γήϊνα.

Sy hebben Menſchen voor de handt.

Dicebant tutamentum civitatis non oportere in mœnibus collocare, ſed in viris armatis & ſtrenuis.

86. *Nemo nos inſequitur.*

Οὐδεὶς ἡμᾶς διώκει.

Niemant jaeght ons. De tijt is aen Godt ende ons.

Cum ſignificamus liberum eſſe, diutius in re quapiam immorari.

87. *Mare alluit omnia mortalium mala.*

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

De Zee kan veel afwaſſchen. De Zee verſwellight veel.

Legimus Euripidem Platoni comitem fuiſſe peregrinationis, cum Ægyptum adiret. Ibi cum morbo ſuo corriperetur comitiali, ni fallor, ſacerdotes Ægyptii merſione marina ſanârunt hominem. Unde & poſtea verſiculum hunc compoſuit.

88. *Canit cantionem Telamonis.*

Ἄδει τὰ Τελαμῶνος.

Hy klout ſijn hooft.

Hy heeft veel berouws.

Hinc ortum, quod Telamon impotentius defierit Ajacem filium, qui apud Trojam periit.

89. *Argiva calumnia.*

Ἀργεία φωρά.

Het is een ſaegh / al ſnijtſe niet.

De calumnioſis & delatoribus dici ſolitum. *Argivus calumnia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

lumniator, Die liever een war heeſt/ dan reet gelt.
Antiquitas enim olim notavit Argivos, tanquam ſycophantas & litium avidos.

90. *Initio confidens, in facto timidus.*

Θρασὺς περὶ ἔργου ἐν πολλοῦ κακός.

Die daer ſpreecken moſtaert ſterck/ ſouden als het te doen is/ niet een gebroeden Haen de ſtaert uyt haelen.

Videmus hoc uſuvenire vulgo, ut qui ſunt audaciſſimi & magniloquentiſſimi prius quàm appareat periculum, ubi res virum poſtulat, ibi ſunt animi nullius.

91. Γοργὸν βλέπειν.

Sien ofmer thien op hadt.
Het aenſicht onder d' Orgel.

Viſu terribili aliquem obtueri hoc eſt.

92. *Tollere digitum.*

Αἴρειν δάκτυλον.

De kaets geven. De handt op ſteecken.

Se victum fateri eſt. Nam hoc ſigno qui in conflictu ſuccubuiſſet τὴν ἧτlαν agnoſcebat. Cognatum illi quod alibi dictum eſt, *Dare herbam.*

93. *Videberis me videns planè Martem videre.*

Βλέπειν γὰρ ἀντικρὺς δόξῃς μ' ἄρην.

Ghy ſult ſien dat ick geen kleyntjen ben.

De his, qui ſe ſtrenuè pollicebantur opitulaturos, ac Martem quendam acturos.

94. *Bos in civitate.*

Βοῦς ἐν πόλει.

Hy is verheven als een kickvorſch op een kluyt.

Ubi quis ad novos honores evehebatur. In agris autem boum uſus eſt, non in civitate.

95. *Bra-*

95. *Braſidas quidem vir bonus, ſed Lacedæmon multos habet præſtantiores.*

Βρασίδας μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, ἁ δὲ Λακεδαίμων πολλοὺς ἔχει κάῤῥονας.

Al is deſe goet / men vint wel beter.
Is deſe goet / men vinter meer.

Adverſus eos, qui ſe non modò primos, verùm etiam ſolos exiſtimant.

96. *Hedera poſt anthiſteria.*

Ἀκισσὸς μετ᾽ ἀνθιστήρια.

Hy komt als Kiop met ſijn ſchollen.
Als daer gegeven is. Vijgen nae Paeſchen.

Cùm ſerò quippiam adhibetur. In Floralibus enim, ſive Anthiſteriis, hederæ uſus erat.

97. *Ex Academia venis.*

Ἀκαδημίηθεν ἥκεις.

Ghy zijt van Peer proncks geſlacht.

Per ironiam torqueri poteſt in faſtuoſos & nitidius cultos. Plato enim munditiei & nitoris ſtudioſior fuiſſe legitur.

98. *Senem erigere durum eſt, qui juvenis cecidit.*

Γέροντα δ᾽ ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πέσοι.

Het is quaet te rechten dat van jonghs krom gewaſſen is.
Het is quaet oude Honden aen een bandt te leeren gaen.

Haud facilè dediſcuntur à ſenibus vitia, quæ pueri didicerint.

99. *Terrâ defoſſum habes.*

Γῇ κρύψας ἔχεις.

Ghy hebt het in biecht geleert.

In eum, qui non impertit, neque profert ſuas dotes.

100. *Seneſcit bos.*

Γηρᾷ ὁ βοῦς.

Cum ob ætatis imbecillitatem aliquis inutilis redditur ad obeundum munus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS TERTIÆ
CENTURIA V.

1. *Sus acina dependes.*

Ἀπολίσεις χοῖρε γίγαρτα.

Ghy ſult de pijper looven.

UBI puſillum commodi magno dependitur malo. Natum à ruſtico, qui verbis hiſce comminatus ſit ſui paſcenti racemos.

2. *Cùm ceſſat Boreas.*

Λήγοντος βορέαο.

Als het punt geeſt.

Ἀρχομένου τε νότου, καὶ λήγοντος βορέαο,
Surgit ubi notus exoriens, boreaſque reſidit.

Significabant hoc verſu tempus oportunum navigationi. Licebit autem longius ad cujuſvis rei commodam oportunitatem hoc detorquere. *Expectabo dum ceſſet boreas*, **Ick ſal mijn ſlagh waer nemen.**

3. *Invulnerabilis ut Cæneus es.*

Ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς.

Op u is niet te winnen.

De his, qui lædi non poſſunt. Eſt enim in Poëtarum fabulis *Cæneum* munere Neptuni nullo telo violari potuiſſe.

4. *Sale perunctus hic adjuvabitur.*

Ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσί.

Het ſal deſen met ſlapen wel beteren.

In eos dicebatur, qui ex vino delirarent. Nam temulentia laborantes mos erat ſale & oleo perungere, id quod adverſus ebrietatem remedium putabatur.

5. *Divûm hæc juſtitia eſt, magnus quos claudit Olympus.*

Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

Dit is Manus Domini.

Quoties pœnas dant ſceleſti, velut diis ipſis ultoribus.

6. *Non*

6. *Non eſt apud aram conſultandum.*

Οὐδὲν δεῖ περὶ τὸν βωμὸν τὰς ἐπινοίας.

Men moet eerſt verſinnen / eermen ſal beginnen.
Eerſt gedaen / ende nae bedocht /
Heeft meenigh Man in laſt gebrocht.

Conſultandum docet antequam incipias: nam in ipſo negotio ſera conſultatio eſt.

7. *Mars haud concutit ſua ipſius arma.*

Ἄρης τὰ αὑτοῦ ὅπλα οὐ σαλεύει.

Een krepel overladen ſijn krucken niet.

Commodè feruntur quibus aſſuevimus, quæque nobis quadrant, etiamſi ſint graviſſima.

8. *Smaragdus in luce obſcurus.*

Σμάραγδος ἐν τῷ φάει σκοτεινός.

Als het te doen is / heeft hy daer niemant geſien.

In eos jaci ſolitum, qui præpoſterè ibi ſemet occultarent, ubi maximè conveniebat virtutis edere ſpecimen.

9. *Martis pullus.*

Ἄρεος νεοττόν.

Een wilt kuycken. Een wilt-vangh.

Sic vocant ad bella magnopere propenſum.

10. *Utrem mergis vento plenum.*

Ἀσκὸν βαπτίζεις πνεύματος πλήρη.

Ghy mooght u hooft breecken.

Competit in eum, qui fruſtra conatur, ut qui caſtigat inemendabilem.

11. *Durus alloquiis.*

Ἄτεκτος ἄνθρωπος προσηγορήμασιν.

Die niet te bepraten is.

Conveniet in hominem inexorabilem.

12. *Profectus ad apaturia, rediit Majo.*

Ἀπιὼν ἐς ἀπατούρια, ἐπανῆκ' ἐς θαργηλιῶνα.

Hy neemt een daechjen aen hem ſelven.

Dici ſolitum in eos, qui licentius immorarentur negotio cuipiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

13. *Ego tibi de alliis loquor, tu reſpondes de cepis.*

Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυ' ἀποκρίνεις.

Cum aliud reſpondetur quàm rogaris, vel contra, cùm ineptè reſpondetur ineptè interroganti.

14. *Aurificem te futurum credebas.*

Χρυσοχοήσειν ᾤου.

Ghy meende de Keyſer te vangen.

Ubi quis ingentes ſpes animo concepit, ſed diſcedit fruſtratus.

15. *Sejuncta ſunt Merrhæ & Siloam fluenta.*

Χωρὶς τὰ Μέῤῥας καὶ Σιλωὰν ῥεύματα.

Minnen ende voor af ſnijden ſcheelen al te veel.

De longo intervallo diſſitis inter ſeſe. Veluti ſi dicas inter amicum & adulatorem nimium intereſſe. Ex literis Eccleſiaſticis ſumptum. Siquidem *Merrha* vocatur locus, in quo Moſes aquas peſtilentes & amaras injecto ligno dulces reddidit, ac ſalubres. Cæterum ad aquas Siloam miſſus eſt cæcus Euangelicus, unde apparet ſalutares fuiſſe, diſſimillimas aquis *Merrhæ*.

16. Ψευδόπυρα.

Jan blaecker-bugs werck.

De minis ac terriculis inanibus. Aut cùm oſtenditur arte periculum, cum revera nullum ſit. Tranſlatum à militari aſtutia, qua ad territandos hoſtes, noctu diverſis locis ignes incendunt, ut ingens exercitus eſſe credatur.

17. *In Pſyra Bacchum ducis.*

Ψύρα τὸν Διόνυσον ἄγεις.

Ubi vinum appoſitum in convivio nemo guſtat. *Pſyra* autem puſilla quædam inſula eſt, haud procul à Chio, in qua vinum non provenit.

18. *Caput vacuum cerebro.*

Κεφαλὴ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχων.

Een ſchoon Monſtrancy ſonder Heylighdom.

De his qui corporis ſpecie præcellunt, ingenio carentes.

19. *Crudelis Bacchus.*

Ὠμηστὴς Διόνυσος.

Ongalijcke wijn / ſtijf wijn.

Baccho quondam vivos homines ſacrificari mos erat. Unde in crudeles convenit, ſive quòd temulentia feroces reddat & immites.

20. *Hoc calceamentum conſuit Hiſtiæus, Ariſtagoras induit.*

Τοῦτο ὑπόδημα ἔῤῥαψε Ἱστιαῖος, ὑπεδύσατο δὲ Ἀρισταγόρας.

Dat bierken heeft d'een gebrouwen / ende d'ander getapt.

Quoties in aſtutis & improbis conſiliis alter alteri auxilio eſt, mutuaque opera ſeſe juvant.

21. *Quæ non poſuiſti, ne tollas.*

Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλου.

Die wil weſen wel bemint /
Die laet een dingh alſoo hy 't vint.

Convenit in furaces & in eos, qui repetunt, quod non crediderunt.

22. *Bulbos quærit.*

Βολβοὺς ζητεῖ.

Hy ſoeckt ſpelden.

Jocus proverbialis in eos, qui juxta Perſium, *Obſtipo capite defigunt lumina terræ.*

23. *Exacta via viaticum quærere.*

Voor een broot ſorgen / daer men aen een ſtuck genoegh heeſt.

In ſenes avaros, qui quò minus viæ reſtat, eò plus viatici quærunt.

24. *Ventis tradere.*

Met de wint hem laten waeyen.

Pro eo, quod eſt, obliviſci atque ex animo ejicere. Virgilius: *Nec ferre videt ſua gaudia ventos.*

25. *Ore*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

25. *Ore infreni eſt.*

Ἀχάλινον στόμ᾽ ἔχει.

Daer is geen rach voor ſijn mont gewaſſen.
Het is Jaep buyl-mont.

Os infrene vocant os petulans & maledicum.

26. *Ego & tu idem trahimus jugum.*

Ἐγώ τε καὶ σὺ τὸν αὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν.

Wy mogen malkander de hant wel geven.
Wy zijn al met een ſop overgoten.

De his qui ſimilibus vitiis aut malis obnoxii ſunt.

27. *Res indicabit.*

Αὐτὸ δείξει, ſubaudi, ἔργον.

Het werck ſal getuygh geven.

Cùm ſignificamus experimento, exituque perſpici ſermonis veritatem.

28. *Omiſſâ hyperâ pedem inſequeris.*

Ἀφεὶς τὴν ὑπέραν τὸν πόδα διώκεις.

Soo u de wal begeeft / houwt u aen het vlot gras.

Ubi quis omiſſis quæ magis ad rem attinebant, levicula quæpiam curat. *Hyperæ* autem nautici funes ſunt, quibus antennarum cornu traducuntur. *Pedem* autem vocant imam clavi partem.

29. *Becceſelenus.*

Βεκκεσέληνος.

Die de wijſte van ſijn vrienden niet is.

Hac voce ſtupidum ac delirum ſignificant, ſyderatum aut admodum ſenem.

30. *Imperitus ſubligaculo indutus omnibus id oſtentat.*

Ἀμαθὴς ἀναξυρίδα περιθέμενος πᾶσι ταύτην ἐνδείκνυσι.

Dat hy een nieuwe neſtelingh hadt / men ſoude het moeten weten.

In eum, qui propter inſolentiam, etiam ineptiſſimis rebus effertur.

31. *Minervæ ſuffragium.*

Ἡ ἀθηνᾶς ψῆφος.

Dat zijn woorden die ſluyten.

De exacto judicio. Contrarium illi, ὗς ἔκρινεν, *Sus judicavit.* Sed lepidius fiet ſi per ironiam efferatur in ſtupidum & nullius judicii hominem.

32. *Per parietem loqui.*

Διὰ τοῦ τοίχου λαλεῖν.

Over thien mijlen een goeden dagh bieden.

Per parietem loqui dicitur, qui ridiculè quid facit, Sive quod obſtante pariete neuter alterum audiat, ſive quod ad eum modum colloquuntur amantes.

33. *Intervallo perit fames, & optimè perditur.*

Διὰ μέσου καὶ λιμὸς ἔρρει, καὶ κάλλιστ' ἀπόλλυται.

Met der tijt / raeckt een dingh in een kool-vat.

Mora multis rebus adfert remedium, & maximè iracundiæ.

34. *Statuam colas gutture.*

Ἀνδριάντα γαργαλίζεις.

Dit is u te ſwaer te heffen.

Dit hout is u te hert aen te bijten.

De re majorem in modum abſurda. Veluti ſi quis hominem præpotentem & invictum fruſtra conetur opprimere.

35. *Inſeparabilem vitam vivis.*

Ἀνέλπιστον βίον ζῇς.

Ghy ſpeelt heb.

Sic Attici vitam ſignificant mirificam, & quam ne ſperare quidem quiſquam auderet. Aut in qua non ſpes alat animum, ſed ipſæ res adſint.

36. *Amens longus.*

Ἄνους ὁ μακρός.

Groote luy / leuye luy.

Kleyne luy / reyne luy.

Significat prælongis nonnunquam deeſſe mentem, puſillis nimium adeſſe animorum.

37. *Antiopæ luctus.*

Ἀντιόπης θρῆνος.

Rouw die licht verkeert.

Ubi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur.

38. *Fuge procul à viro majore.*

Ἄλλου ἐπὶ μείζονος ἀνδρός.

By ſyns gelijck is de beſte kans.

Cave à commercio potentum, & habe commercium cum æqualibus.

39. *Abſque baculo ne ingreditor.*

Ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζεις.

Hebt altijt wat voor die baſſers.

Vult ne inermis ſis, verùm ſemper ad manum habeas, quo depellas, ſi quis forte quærat lædere.

40. *Omnem facultatem indutus eſt.*

Ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἠμφίασται.

Als hy op ſpringht ſoo waeght het al.

De paupere, qui præter veſtitum nihil præterea rerum poſſidet.

41. *Hoſtis non hoſtis*, vel, *Citra bellum hoſtis.*

Ἀπόλεμος πολέμιος.

By goede vree Vyand.

Qui nulla laceſſitus injuria, tamen quæ ſunt hoſtium, facit. Aut qui pacis obtextu facit hoſtilia.

42. *Nefaſti dies.*

Ἀποφράδες ἡμέραι.

Verſwooren Maendagen.

Sic olim vocabantur dies inauſpicati, & quibus publica non licebat agere.

43. *Anus cothoniſſat.*

Γραῦς κωθωνιζομένη.

Als de oude Koe begint te bieſen / ſoo klappen haer klaeuwen.

De

De vetula indecore laſciviente, κώθων enim temulentiam ſignificat, inde fictum verbum κωθωνίζειν.

44. *Anus hircum olet.*

Γραῦς ἀναθυᾷ.

Geen mal voor out mal.

De vetula libidinante, propterea quod alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incenſis.

45. *Nudo capite.*

Γυμνῇ κεφαλῇ.

Men ſtolpt daer geen mouw over.

Qui palàm ac citra pudorem omnem rem facit. *Nudo hoc dico capite.* **Ick ſtolp't onder geen mouw.** *Nudo capite ſaltamus*, **Wy danſen met open deuren.**

46. *In re mala animo ſi bono utare, adjuvat.*

In quade ſaecken goede moet/
Dat dient een man tot voorſpoet.

Plautinus ex Aſinaria ſenarius eſt, fortiter ferendo vinci malum ſignificans, quod evitari non poteſt.

47. *Mulieris oculus ſpiculum juvenibus eſt.*

Γυναικὸς ὄμμα τοῖς ἀκμάζουσιν βέλος.

Der Vrouwen geſicht bedriegt een licht.

Sic Virgilius: *Vritque videndo Fœmina.* Et alibi *Vt vidi, ut perii, ut me malus abſtulit error.*

48. *Decempes umbra eſt.*

Δεκάπους σκιά ἐστι.

Id eſt, cœnandi tempus: nam veteres umbris notabant diei horas. *Vmbra gaudet decempede*, **Hy hoort geen klock liever dan de by-klock.**

49. *Altera navigatione utendum eſt.*

Men moet het ſchip over een ander boegh laten loopen.

Quoties id quod hâc non ſucceſſit, aliâ tentatur via. Aut quoties, ubi quæ potiſſima fuerant, non contingunt, ad proxima confugitur auxilia.

 50. *ia-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

50. *Diagoras Melius.*

Διαγόρας ὁ Μήλιος.

Een heyl-looſe Schelm.

Hic propter ſuam impietatem ab Athenienſibus proſcriptus eſt. Quem ſi quis occidiſſet, præmii loco foret talentum: Si quis vivum adduceret, duo.

51. *Sedecim pedibus ſuperavit.*

Ἑκκαίδεκα ποδῶν ἦρε.

Hy feylt hem verre voorby.

Sedecim pedibus, pro maximo intervallo dicunt. Sic Periclem ſedecim pedibus omnes ſui ſeculi rhetores ſuperaſſe ferunt.

52. *Saxum volutum non obducitur muſco.*

Λίθος κυλινδόμενος τὸ φῦκος οὐ ποιεῖ.

Die niet blijft / die niet beklijft.

Qui non poteſt eodem in loco conſiſtere, raro fit ut diteſcat. Simile eſt illud Fabii: *Planta quæ ſæpius transfertur, non coaleſcit.*

53. *Lityerſam cantionem canis.*

Λιτύερσαν ᾠδὴν ᾄδεις.

Ghy ſinght / maer het raeckt u hert niet.

In eos, qui non ex animo aut coacti canerent.

54. *Lydum in planitiem provocas.*

Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς.

Ghy dreyght den onverbaerden.

In eum, qui laceſſit jam dudum ad id propenſum, ac promptum. Notati enim ſunt Lydi quod ad bellum capeſſendum æquo propenſiores eſſent.

55. *Sublata lucerna nihil intereſt inter mulieres.*

Λύχνου ἀρθέντος γυνὴ πᾶσα ἡ αὐτή.

De kaers uyt / de ſchaemt uyt.

Sentit adagium mulieres pleraſque eſſe impudicas, ſi detur facultas ſine teſte peccandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

56. *Lyſicrates alter.*

Λυσικράτης ἕτερος.

Het is Jan de Verwer / hy ſou geern jongh zijn.

Lyſicrates quidam in vulgi tabulam abiit, quod capillos jam canos nigro tingeret, quo juvenis etiamdum videretur.

57. *Lyſiſtrati divitias habet.*

Λυσιςράτου πλοῦτον πλουτεῖ.

Al ſijn goet is ſijn eygen.

Proverbialis ironia de magnopere tenuibus. A Lyſiſtrato quodam tractum extremæ paupertatis homine.

58. *Expecta bos aliquando herbam.*

Μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην.

Laet de Hin eerſt op haer eyeren komen.

Dicendum, ubi quid ſerò contingit. Laborat enim bos in agricolando, ſed aliquando guſtatura herbam enatam.

59. *Expecta anus meum filium te ſuaviaturum.*

Μένε γραῦ ἐμόν σε παῖδα φιλήσοντα.

Laet de kerſſen eerſt wel rijpen.

Similè ſuperiori eſt, cum ſera ſpes oſtenditur. Nam prius quàm adoleſcat puer, illa deceſſerit.

60. *Magnus verſator in re puſilla.*

Μέγας κυληκτὴς ἐν μικρῷ γε πράγματι.

Quadrat in eos, qui arte parum honeſta ſibi divitias parant.

61. *Surdaſter cum ſurdaſtro litigabat: Judex autem erat utroque ſordior.*

Δύσκωφος δυσκώφῳ ἐκρίνετο, ὁ ᾗ κριτὴς ἦν κωφότερος.

Het was al mal / om ende om.

Extat in hanc ſententiam Epigramma Græcum Nicarchi, quod Thomas Morus ſcitè in hunc vertit modum.

Lis agitur, ſurduſque reus, ſurdus fuit actor:
Ipſe tamen judex ſurdus utroque magis.
Pro ædibus hic petit as, quinto jam menſe peracto;
Ille refert, tota nocte mihi acta mola eſt.

Aſpi-

Aſpicit hos judex, & quid contenditis inquit?
An non utrique eſt mater? utrique alite.

62. ***Docui te urinandi artem, & tu me vis demergere?***

Ἐδίδαξά σε κυβιστᾶν, καὶ σὺ βυθίσαι με ζητεῖς;

Jck hebbe u kacken gheleert / ende ſchijt ghy my op 't hooft?

In eos, qui benefacta malefactis retaliant, & beneficium acceptum in ejus ipſius perniciem vertunt, à quo acceperunt.

63. ***Pro eleganti medico malus poëta dici vis.***

Ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ, κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς.

Ghy zijt liever een quaet Wagenaer / dan een goet Schipper.

In eum, qui non contentus artis ſuæ profeſſione, in qua locum meliorem obtinebat, pergit aliena profiteri in quibus parum exercitatus eſt, & unde nullam refert gloriam. Sic Periander quiſpiam doctiſſimus medicus, ineptos quoſdam verſiculos ſcribere cœpit.

64. ***A remo ad tribunal.***

Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα.

Van achter de beeſten / tot by de meeſten.

Ubi quis repentè ab infima conditione provehitur ad honeſti muneris adminiſtrationem.

65. ***In cœlum expuis.***

Ἐς οὐρανὸν πτύεις.

Ghy zijt tegen u overhooft vergaert.

Obloqueris his, qui facilè poſſunt lædere, ac te longè ſuperiores ſunt.

66. ***Unus Deus & plures amici.***

Εἷς θεὸς καὶ πολλοὶ φίλοι.

Wy leven al by eenen Godt / maer niet by een koop.

Fit enim ut amicitiæ gratia nonnunquem alicui rem minoris vendas quàm alteri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

67. *Si caſeum haberem, non deſiderarem obſonium.*

Εἰ τυρὸν εἶχον, οὐκ ἂν ἐδεόμην ὄψου.

Met kaes ende broodt is goet te lijden.

Ubi quis minimis viliſſimiſque contentus eſt.

68. *In antrum haud legitimum ſtimulum impingis.*

Εἰς τρυμαλιὰν οὐχ ὁσίαν τὸ κέντρον ὠθεῖς.

Dicterium in Philadelphum, qui ſororem exemplo Jovis, uxorem duxerat.

69. *Quanquam non dixeris, tamen apparet è pelle.*

Εἰ μὴ λέγεις, ἀπὸ τοῦ δέρματος φαίνῃ.

Al ſwijght ghy / u mont ſtaet daer toe.

Res ipſa te arguit mendacem, & o[illegible]is habitus.

70. *Decipula murem.*

Εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν.

De muys is in de val / Nu is hy in de knip.

De rectè meritoque deprehenſis, & malo dignis.

71. *Eiſdem ex literis Comœdia ac Tragœdia componitur.*

Ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία καὶ κωμῳδία γραμμάτων.

Van een hout / maecktmen een ſchijt-huys ende een Tafel.

In eos, qui eâdem de re norunt diverſa fingere.

72. *A fronte præcipitium, à tergo lupi.*

Ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι.

Of ick my voorkeer of achter / ick ſie daer geen gat in.

Cùm aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrumcunque inciderit, pereundum ſit.

73. *Oſcitante uno, deinde oſcitat & alter.*

Ἑνός χανόντος μετέσχηκεν ἕτερος.

Een mal maeckter veel mal.

Quoties exemplo peccati, ſtatim provocatur aliquis ad ſimile facinus.

74. In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

74. *Inter cæcos regnat ſtrabus.*

Ἐν τοῖς τόποις τῶν τυφλῶν λάμων βασιλεύει.

In 't landt der blinden is koppen een-oogh ko-ningh.

Inter indoctos, qui ſemidoctus eſt, habetur doctiſſimus. Inter mendicos, qui paululum habet nummorum. Vide ſupra.

75. *In area latitas.*

Ἐν ἅλῳ δρασκάσεις.

Ghy ſchuylt maer in àllemans oogh.

Qui in eo verſatur negotio, ut non poſſit non eſſe conſpicuus. Nam in area nullæ ſunt latebræ.

76. *Cùm licet fugere, ne quære litem.*

Ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην.

Liever in de Vogele ſanck / dan in de yſeren geklanck.

Sententiæ huic ſubſcribet, quiſquis litium non inexpertus eſt.

77. *In tergo bovis deſedit.*

Ἐπὶ βύρσης ἐκαθέζετο.

Hy moeyt vriendt ende maegh om hulp.

Schyta læſus, ſi non ſuppetat ulciſcendi facultas, bovem immolat, ac carnes minutim ſectas coquit. Ipſe verò in tergore humi ſtrato ſedet, manibus in tergum reductis ſupplicans. Et quiſquis opitulari vult, is carnibus guſtatis pedem tergori imponit, pollicens ſe pro viribus auxilio futurum.

78. *Hoſpes indigenam.*

Ἔπηλυς τὸν ἔνοικον, ſub. ἐξέβαλεν.

Cùm alterius profeſſionis quiſpiam alium in propria vincit arte. Quod genus, ſi Theologus in arte Grammatica ſuperet Grammatices profeſſorem: aut ſi arrogatus aut adoptivus, filium ejiceret è familia, aut miles aſcititius ejiceret colonos.

79. Ri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

79. *Riſum ridet Sardonium.*

Γέλωτα γελᾷ Σαρδώνιον.

Hy lacht als of hy tandt-pijn hadde.
Hy lacht als een Paert dat bijten wil.

De riſu ficto, aut amarulento, aut inſano denique. Sunt enim qui *riſum Sardonium* dictum autument, ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοὺς ὀδόντας, quòd dentes aperiat, atque renudet; cujuſmodi eorum eſſe nonnunquam ſolet, qui non ex animo rident, ſed ringuntur ut canes. Quem morem ajunt equis etiam ineſſe, ſi quando parent mordere, unde vulgo nunc riſum hujuſmodi, *riſum equinum* vocant.

80. *Facta juvenum, conſilia mediocrium, vota ſenum.*

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ γερόντων.

Met den ouden ſalmen raen /
Met den jongen ſalmen te ſtrijden gaen.

Senſus per ſe liquet. Nempe ad rem gerendam adhibendos eſſe juvenes: & in conſilium aſciſcendos mediocris ætatis viros: Senes à ſuperis optima precari ſolent.

81. *Silentii tutum præmium.*

Σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας.

Een ſwijgende mont kan niemant melden.
Van ſwijgen kanmen geen hinder krijgen.

Celebre omnibus eſt Catonianus verſiculus. Nam

Nulli tacuiſſe nocet, nocet eſſe locutum.

82. *Felicitas multos habet amicos.*

Εὐτυχία πολύφιλος.

Rijcke luyden hebben veel vrienden.

Notior eſt ſententia, quàm ut requirat interpretem.

83. *Stulto ne permittas digitum.*

Εὐήθει δάκτυλον μὴ δείξῃς.

Laet een dwaes u vinger in de mont niet krijgen.

Nihil permittendum imprudentibus, quantumvis puſillum.

84. *Opta vicino ut habeat, magis autem ollæ.*

Εὔχου τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τῇ χύτρᾳ.

Mijn gebuyr vaer wel / maer liever ick ſelfs.

Potiſ-

Potiſſimum eſt habere domi, quibus eſt opus. Proximum
vicinum habere divitem, à quo poſſis petere.

85. *Habet & muſca ſplenem.*

Ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα.

Simile eſt illi, *Ineſt & formicæ ſua bilis.*

86. *Camelus deſiderans cornua, etiam aures perdidit.*

Ἡ κάμηλος ἐπιθυμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσαπώλεσεν.

Die beter wil dan wel/ ſchijt dick in de pan.

Convenit in eos, qui dum peregrina ſectantur, ne ſua quidem tuentur.

87. *Hercules & ſimia.*

Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος.

De minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules antecellit viribus.

88. *Aut manenti vincendum, aut moriendum.*

Ἢ μένοντα ἀποθανεῖν, ἢ νικᾶν.

Hy ſal daer onder of boven liggen.

Dici ſolitum ubi certa ſtat ſententia, aut negotium aliquod abſolvere, aut immori.

89. *Maritimus cùm ſis, ne velis fieri terreſtris.*

Θαλάττιος δ' ὤν, μήποτε χερσαῖος γίνου.

Loopt niet op 't ander bedt.

Laet u genoegen / met Godts gevoegen.

Admonet non mutandum conditionem, ne in melius quidem.

90. *Thunni more videt.*

Θύννου δίκην ὁρᾷ.

Daer hy recht in die deure ſiet / daer ſal de Vrouwe niet van 't kinde ſterven.

In eos, qui limis, aut altero oculo obliquè rem inſpiciunt. *Thynnus* enim piſcis eſt, altero cæcutiens.

91. *Ca-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

91. *Canis reverſus ad vomitum.*

Κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα.

Het is al weer van het Vercken / op de oude voet.

In eos, qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando ſunt expiati. Sic in proverbiis Salomonis: *Sicut canis qui revertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens qui iterat ſtultitiam ſuam.*

92. *Cani das paleas, aſino oſſa.*

Κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ ἢ ὀστέα.

Ghy zijt recht verkeert in de wagen.

Cùm res præpoſterè diſtribuuntur. Veluti ſi quis indocto munus mittat literarium, erudito floſculos, aut gladium baltheumve.

93. *Præturbare feram.*

Προσοβεῖν τὴν θήραν.

Een vinck verſlaen.

Dici ſolitum apparet, ubi quis non ſatis diſſimulat quod molitur.

94. *Rectam ingredi viam.*

Τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδόν.

De wagen recht laten gaen.
De rechte wegh is niet krom.

De iis, qui nuſquam deflectunt ab honeſto. Plautus in Caſſina: *Nunc ego pol in rectam redii ſemitam.*

95. *Hoc ipſo depone loco.*

Αὐτόθεν κατάβαλλε.

Hier laet blijcke / Eermen ons ontwijcke.

Quoties ſtatim abſque mora jubemus aliquid exhiberi, veluti probationem ejus quod aliquis dixerit, vel promiſſum, vel ſpecimen artis de qua quis gloriatur. Sumptum à victoribus, qui vetant ne victus aliquo diſcedat, ſed victori porrigat herbam, ac victoriæ præmium perſolvat.

96. *Oſtium obdite prophani.*

Θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Siquando ſignificabimus nos de rebus arduis & arcanis lo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

cuturos. Dixerimus itaque: *Non obdimus oſtium prophanis*, **Wy danſen niet op dooren.**

97. *Ad reſtim funiculum.*

Ἐπὶ σπεῖρα χοινίον.

Loot om oudt yſer.

Ubi quis ſimilia ſimilibus penſat.

98. *Salem & fabam appoſuerunt.*

Ἅλα ϗ κύαμον προσέθηκαν.

Sy hielden haer als Lijſken weet al.

De his, qui fingunt ſe ſcire quippiam, quod tamen neſciunt. Nam olim mos fuit, ut divini ſalem & fabam proponerent.

99. *Suffugere, elabi.*

Ἐκπερδικίσαι.

Als de veeren een het vleys ontdragen.
Ontſnappen. Ontglippen. Ontſeggen.

Ductum ab avibus, quæ nonnunquam elabuntur è retibus, ſeu laqueis.

100. *Munus levidenſe.*

Jan naeu-naers gift.

Ita Cicero munus vile, minimique pretii vocavit.

CHILIADIS TERTIÆ
CENTVRIA VI.

1. *Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris.*

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.

Een diſcipel waſt ſijn meeſter wel over 't hooft.

Per jocum accommodari poteſt, cùm ſignificabimus improbitate vinci, qui malitiæ doctor fuit.

2. *Ad Herculis columnas.*

Ἡράκλειαι στηλαί.

Op het uyterſte van de Werelt.

Colu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Columnas has Hercules ibi fixiſſe dicitur, cum boves veſtigaret Geryonis tanquam illic eſſet ſuprema orbis meta. *Gauderem te ſtare ad columnas Herculis*, **Jck wilde dat ghy ſtont daer huyden morgen de Son op ging.**

3. *Ariolari.*

Met een ſtock na ſlaen.

Ariolari proverbio dicebatur, qui nihil adferret certi. Sumptum à divinis qui prædicunt eventura, cùm futurorum nulla ſit certa cognitio.

4. *Ciceris & nucis emptor.*

Een Koopman van Aels-huyden.

Sic Horatius in arte poëtica infimæ ſortis hominem, deque ima plebe quempiam ſignificat.

5. *Nemo quemquam ire prohibet publicâ viâ.*

Het gemeen hoort elck een.

De ſtraet hoort alle man.

Een ſtront hoort u/ de kerck hoort al de luy.

Significat rerum communium æqualem omnibus uſum eſſe.

6. *Hinc belli initium.*

Κᾆν τεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου.

Dit is de rechte wortel.

Cùm alicundi natam ſimultatem innuimus, ac tumultum rerum exortum.

7. *Inanium inania conſilia.*

Κενοὶ κενὰ βουλεύονται.

Malle luy hebben malle grillen.

Cùm quis rebus ut videbatur pulchrè inſtitutis, ſpe ſua omni fruſtratur.

8. *Nutricum more paſcis male.*

Κᾆθ' ὥσπερ αἱ τίτθαι γε σιτίζεις κακῶς.

Hy ſegent hem ſelven eerſt.

Conveniet in eos, qui de lucro paululum aliquid impertiunt ſociis. Aut qui ſic facultates alienas adminiſtrant, ut maximam partem in ſuos convertant uſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

9. *Amphictyonum conſeſſus.*

Α᾽μφικτυονικὸν συνέδριον.

Elck iſſer hier een. Dit is uytſchot van mannen.

De frequenti gravium virorum conventu. Ductum à conventu illo Græcorum celebratiſſimo, ad quem duodecim populi convenire ſolent. Venuſtius autem erit, ſi per ironiam torqueatur ad indoctorum, aut improborum conventum, qui tamen Solones atque Phociones ſive Curii eſſe videantur.

10. *Etiam capillus unus habet umbram ſuam.*

Alle lootkens wegen.

Quantumvis puſillum commodum juvat, quantumlibet exiguum delictum nocet.

11. *Xenocratis caſeolus.*

Ξενοκράτȣς τυρίον.

Dit is van duyren.

De cibo, ſive qualibet re diu durante. Sumptum ab admirabili Xenocratis Philoſophi frugalitate.

12. *Aperto pectore.*

Open-hertigh.

Pro eo, quod eſt, vehementer, ex animo, citraque fucum, quaſi renudatis animi penetralibus.

13. *Ad calcem pervenire.*

Pro eo quod eſt ad metam, finemque pervenire. *Nunc res ad calcem decurrit*, **Nu loopt het op de heſ.** *Sinite me pervenire ad calcem*, **Laet de Hin op haer eyeren komen.**

14. *Bellum omnium pater.*

Ο῾ πόλεμος ἁπάντων πατήρ.

Bellum omnium rerum novandarum autor eſt, ut ex eo veluti nata videantur.

15. *Phaniæ Janua.*

Φανίȣ θύρα.

Jan Splinters koffer.

De his qui ſimulant ſeſe congeſtas opes habere, quæ nuſquam ſunt.

16. Ε᾽κλι-

16. Ἐκλινίσαι.

Sijn aers uyt draeyen.

A piſcibus ſumpta metaphora eſt, qui ſe irretitos è lino expediunt, atque genuina quadam calliditate evadunt.

17. Αἰγυπτιάζειν.

Katte quaet weten.

De aſtutis dicitur & impoſtoribus. Sumptum à moribus ejus gentis.

18. *Ne bolus quidem relictus eſt.*

Οὐδ᾽ ἔγκαφος λέλειπται.

Het hammeken is heel op.

Quoties aliquem ſignificamus rem ſuam omnem decoxiſſe.

19. *Rex ero aut aſinus.*

Βασιλεὺς ἢ ὄνος ἔσομαι.

Ick ſal onder of boven liggen.

Hoc eſt, Victor aut victus. Sphæra autem ludentes victorem appellabant regem, & qui victus fuiſſet, huic aſino nomen erat, qui quicquid imperatum eſſet, faciebat; Rex verò imperabat.

20. *Stellis ſignare viam.*

Ἄστροις σημειοῦσθαι τὴν ὁδόν.

Hoc eſt, notulis quibuſdam & conjecturis rem alioqui perveſtigatu difficilem inquirere. Sumpta metaphora à nautis, qui ſtellarum obſervatione viam conjectant.

21. *Sambucam citius caloni aptaveris alto.*

Ghy ſoudt eer een koe op ſtelten doen gaen.

Perſianum carmen eſt, cujus uſus erit, ſiquando ſignificabimus aliquem à diſciplina percipienda, ſive munere gerendo nimis alienum eſſe. Siquidem *ſambuca* organum eſt muſicorum. Et *calones* dicuntur militum miniſtri, qui valos ac ligna geſtitant.

22. *Ejuſdem farinæ ſunt.*

Sy ſchoepen al op een leeſt.

De iis, inter quos eſt indiſcreta ſimilitudo. Perſius: *Noſtræ paulo ante farinæ Pelliculam veterem retines.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

23. *Nullo ſcopo jaculari.*

Ἄσκοπα τοξεύειν.

Geen beſul houden.

Qui nihil certi propoſitum habent quod ſequantur, & ad quod inſtituti conſiliique rationes referant.

24. *De pulmone revellere.*

Upt ſijn hooft ſlaen.

Pro eo, quod eſt, ſtultam & arrogantem opinionem animo eximere. Perſius: *Dum veteres avias tibi de pulmone revello.* Tumorem autem animique faſtum in pulmone collocant.

25. *Quos non tollerent centum Ægyptii.*

Οὓς οὐκ ἄραιντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι.

Van hondert niet een die 't verdragen ſoude.

De moleſtis dici ſolitum, ac moribus intolerandis, ſeu faſtu præturgidis. Ductum ab Ægyptiis, qui & ἀχθοφόροι dicti ſunt.

26. *Ægyptius laterifer.*

Αἰγύπτιος πλινθοφόρος.

In ſordidum atque infimæ ſortis hominem. Siquidem Ægyptii quod aſinorum ritu vectandis corpore oneribus quæſtum facerent, in vulgi fabulam abierunt.

27. *Cœnare me doce.*

Δειπνεῖν με δίδασκε.

Leert ghy my doch tellen.

Leert my liegen / ad mendacem.

Si quando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotii. Verba ſunt Bacchi ad Herculem de Tragœdiis judicantem, cùm exercitatior eſſet in vorandis tauris, quàm penſiculandis poëtarum carminibus.

28. *Rhamnuſius.*

Ῥαμνούσιος.

Een wijs man/ die maet ramen kan.

Id cognominis olim ceu proverbio additum fuit ſapientibus ac moderatis viris. Nam Dea *Rhamnuſia* omni in re modum adhibendum docet.

29. *Pa-*

29. *Papæ Myxus!*

Βαβαὶ Μύξος.

Wat werpt hier de Zee op! Wat een dingh is moſtaert!

In glorioſos, & jactabundos. *Papæ* enim ſtuporis & admirationis ſignificationem habet: *Myxus* autem ſacerdos quiſpiam fuit Dianæ, glorioſus & magniloquus.

30. *Lentem angulo tenes.*

Φακοῦ γωνίας κρατεῖς.

Ghy hebt twee nieten in een bodemlooſe mande.

De negotio quod nullo pacto fieri queat. Propterea quod hoc leguminis genus angulis careat.

31. *Patrocli occaſio.*

Πατροκλέους πρόφασις.

Hy ſeyt van een ander / ende meent hem ſelfs.
Hy reyt met een doode ſwaluwe.

De iis, qui laudandis aliis ſuas ipſorum laudes inſinuant: aut qui ob metum, cùm non auſint deplorare proprias calamitates, deflent eas ſub prætextu luctus alieni.

32. *Exiguum oboli pretium.*

Μικρὸν τοῦ ὀβολοῦ τίμιον.

Men kan niet veel gouds koopen om een ey.
Hy is niet veel gouds weert.

In homines nequam nihilique: aut etiam de re vili ac contempta.

33. *Pedum viſa eſt via.*

Τῶν ποδῶν ἑώραται ὁδός.

Ick ſie daer een gat in.
Hier weetmen wech mede.

De negotio intricatiore, cujus aliquando feceris periculum, ita ut nunc expediri poſſe videatur.

34. *Phœnicum pacta.*

Φοινίκων συνθῆκαι.

Dat ſijn trecken.

De pactis inſidioſis & aſtutis: ſiquidem Phœnices in Libyam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

byam appulſi, ab incolis impetrarunt, ut ipſis diem & noctem terræ hoſpitio uti liceret, quo tempore exacto diſcedere juſſi, reſponderunt ſe pactos, ut ſibi fas eſſent illic noctesque dieſque commorari, ambiguitate vocum ad ſuum commodum detorquentes.

35. *Puſillus quantus Molon.*

Μικρὸς ἡλίκος μόλων.

Een kleyne elſen-drucker.

De vehementer brevi ſtatura corporis homuncionibus.

36. *Per antiquum diem.*

Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας.

Op een ouden avont / als ons Heer een kint was.

De re admodum obſoleta priſcaque. Finitimum illi quod jactatur in ſcholis philoſophorum: *Magno Platonis anno.*

37. *Perierunt bona.*

Ἔῤῥει τὰ καλά.

De beſte zijn wy quijt.

Het puyckjen heeſter geweeſt.

Hiſce verbis innuere ſolent rem male ſucceſſiſſe.

38. *Qui nimium properat, ſerius abſolvit.*

De meeſte haeſt / is de meeſte ſpoet niet.

Monet. adagium inſtituendæ rei non tam celeritatem, quàm curam adhibendam eſſe, ne poſtea ſit in mora, quod in operis ingreſſu fuerit erratum.

39. *Ultra catalogum vivit.*

Ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ.

Hy ſal quade woorden hooren / dat hy te langhe uyt heeſt geweeſt.

De eo, qui multum ætatis viveret, ut jam præſcriptum illum annorum ſuorum numerum præteriiſſe videretur.

40. *Ultra peram ſapere.*

Ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν.

Al te verde ſorgen.

Qui parum frugales, neque paucis contenti, nimium curant de craſtino.

41. *Vir-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

41. *Virgo primum.*

Παρθένος τὰ πρῶτα.

Sy ſcheyden daer lichtelijck af.

Hoopken wat ſchaet u dat.

De iis dici ſolitum, qui rem paternam profundunt.

42. *Vir videbatur navis ſupplicans ſcopulo.*

Ἀνὴρ ἔοικε ναῦς ἱκετεύειν πέτραν.

Hy ſagh een koe voor een windt molen.

De ſtupidis & ſtolidis, quibus aliud pro alio videtur dictum. Sumpta metaphora à nave ſcopulo illiſa.

43. *Viro eſurienti neceſſe furari.*

Πεινῶντι κλέπτειν ἐςʼ ἀναγκαίως ἔχον.

De noot / is de doot.

Daer moet gegeten zijn / al waren alle boomen Galgen.

In eos, qui extrema adacti neceſſitate quid faciunt.

44. *Vixit, dum vixit bene.*

Men ſal om ſijn goet niet kijven.

In eos, qui molliter ac ſuaviter vivunt, atque ita faciunt ſumptus, ut non multum juvent hæredem.

45. *Fumantem naſum urſi ne tentaveris.*

Men ſal quade honden niet ſarren.

Admonet non eſſe tentandos, qui poſſint nocere. Mertialis:

—— Rabido nec perditus ore
Fumantem naſum vivi tentaveris urſi.
Sis placidus licet, & lambat digitoſque manuſque.

46. *Muris in morem.*

Als een muys / altijt uyt eten / nimmermeer t' huys.

In paraſitos dictum, quibus jucundum eſt aliena vivere quadra. Plautus in Captivis: *Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum.*

47. *E tribus malis unum.*

Τῶν τριῶν κακῶν ἕν.

Het is kunſt uyt drie quaden een goet te kieſen.

Sumptum à Theramene, qui cuidam è tribus malis unum indixerit, è quibus quod vellet, eligeret.

48. *Quàm facilè vulpes pyrum comeſt.*

Soo lichtelijck als ghy u hant op u hooft leght: of u een hant in d'ander leght.

De re factu facili atque proclivi. Plautus in Moſtellaria: *Tam facilè vinces, quàm vulpes pyrum comeſt.*

49. *Contrahere ſupercilium.*

Ὀφρῦς ἀνασπᾶν.

Het aenſicht inde derde ploy ſetten.

In faſtuoſos ac turgidos dictum eſt, ſiquidem in ſuperciliis arrogantiæ ſedes eſt.

50. *Sus ſaltavit.*

Ὗς ἐκώμασεν.

Het Vercken heeft heel ontbonden geweeſt. Het was heel kermiſſe.

De iis, qui præter decorum quippiam facerent, quique rerum ſucceſſu præter meritum objecto ſemet inſolentius efferunt.

51. *Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.*

De kleyne Diefkens hanght hy / de groote laet hy loopen.

Pœna legum exercetur in humiles quoſpiam, & à quibus ob ingenii manſuetudinem aliquid emolumenti poteſt auferri: Rapacibus ignoſcitur.

52. *Sutorio atramento abſolutus eſt.*

Met halver eer is hy daer af.

Eſt enim hujuſmodi *ſutorum* atramentum, ut neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Infamiam enim atramenti ſymbolo poëtæ ſignificant.

53. *Surdis agit teſtimoniis.*

Hy ſoeckt het zuyr-boeck.

Qui vel procul abſentes, vel vita defunctos citant, ne queant deprehendi.

54. *Perdere naulum.*

De kolf na de bal werpen.

De eo, qui cùm multa amiſerit, reliquum etiam velit perdere. Juvenalis: *Furor eſt poſt omnia perdere naulum.*

55. *Siculiſſare.*

Σικελίζειν.

Statigh ende dreutigh zijn.

Pro eo quod eſt auſterum ac tetricum eſſe. Sumptum à gentis moribus.

56. *Sedens columba.*

Ἡμένη πελειάς.

Een onnoſele ſchalck.
De roer-vinck.

In eos, qui ſimplicitatem ſimulant, quò magis imponant.

57. *Simia caudata.*

Πίθηκος πώγων' ἔχων.

Dici ſolitum de ridiculis.

58. *Sibi canit.*

Ἑαυτῷ ψάλλει.

Hy volght ſijn hooſt.

Qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, ſed animo obſequens ſuo.

59. *Si leonina pellis ſatis non eſt, vulpina addenda.*

Ἂν ἡ λεοντὴ μὴ ἐξίκηται, τὴν ἀλωπεκὴν πρόσαψον.

Dat niet met kracht wil zijn gedaen /
Dat moet met looſheyt werden beſtaen.

Cùm viribus res obtineri non poteſt, dolus adhibendus eſt.

60. *Siculus miles.*

Σικελὸς στρατιώτης.

Een goet dor-ruyter.

In hominem lucri gratia nullum miniſterii genus recuſantem.

61. *Pro bonis glomi.*

Ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθίδες.

Het komt drie-dubbelt in.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Ubi quis beneficium quod in alium contuliſſet, cumulatè cumque fœnore reciperet. Feſtiva admodum alluſio eſt in dictionibus Græcis.

62. *Sine pennis volare haud facilè eſt.*

Men kan niet vliegen eer men Vleugelen heeft.

Cum deeſſe ſignificamus adminicula ſine quibus negotium peragi non poſſit. Sumptum ex Pœnulo Plautina.

63. *Siphniaſſare.*

Σιφνιάζειν.

Parum pudicum eſt, unde & prætermittendum cenſuimus.

64. *Juxta melam.*

Κατὰ μήλην.

Hy ſlaet daer nae.

Ubi quis incerta conjecturis perſequeretur. Sumpta metaphora à medicis, hulcus internum immiſſo per fauces inſtrumento quopiam explorantibus. Id enim inſtrumentum *melam* vocant.

65. *Non idem ſunt ſcriptura, & Leucæus.*

Γραφή τε καὶ Λευκαῖος οὐτ' αὐτόν.

Sijn ſeggen ende ſijn doen / dat is twee.

Ubi quis aliud ſcribit, aut dicit, aut aliud facit. Rectè in eos jacietur, qui ſtare pactis nolunt. Aut in eos, quorum vita non congruit cum libris editis.

66. *Bellicum canere.*

Te koop ſpreecken. Het houtken onder ſteecken.

Non canam receptui.

Ick ſal de koop niet af ſpreecken.

Collatis ſignis decertare.

Met een opgerecht zeyl d'een of d' ander aen boort komen.

Bellicum canere, pro eo quod eſt, animare atque exhortari: *Receptui canere*, pro finire: *Collatis ſignis depugnare*, cum ſignificamus ſeriam & exactam de re diſceptationem.

67. Pi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

567. *Pithon formoſus.*

Πίθων καλός.

Hy gropt in alle ſchoonheyt op / gelijck de jonge Apen.

Ubi quis per adulationem falſo laudatur. Sumptum à pueris adulantibus ſimiæ.

568. *Semel rubidus, ac decies pallidus.*

Ἅπαξ πυῤῥὸς καὶ δέκατον χλωρός.

Het is met hem te randen ende te panden ghemaeckt.

Hy is in het Verruw huys geweeſt.

Dictum de iis, qui mutuum accipiunt, quos neceſſe eſt crebrò tum rubeſcere pudore, tum metu palleſcere. Rubeſcere dum petunt mutuum: Palleſcere dum ſolvendo non ſunt, & metuunt ne in jus trahantur.

569. *Semper ſeni juvenculam ſubjice.*

Ἀεὶ γέροντι νέαν ἐπιβάλλειν κόρην.

Een jonge vrouw aen d' oude man /
Soo dat d' een d' ander helpen kan.

Admonet ut provectioris ætatis viri, puellam ducant magis quàm anum, ne ſi frigus acceſſerit frigori, languente Venere ſint ſteriles nuptiæ. Item uſus erit quandocunque ita rerum conjunctionem temperandam ſignificabimus, ut quod alibi diminutum eſt, aliunde ſuppleatur. Nempe ut ſeni convictor addatur juvenis: Loquaculus plus ſatis taciturno: Audaculus timido: Pauper diviti.

570. *Semper ſuperioris anni res meliores.*

Ἀεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.

Dat was is altijt beter / al regende het honigh.

Cùm præſentia diſplicent, & anteferuntur anteacta. Noſtrate ſermone alluſio fit ad ceram unde mel exprimitur, cum tamen hîc id quod erat, ſignificetur.

571. *Sacra nihil ſunt præter malas & cornua.*

Τὰ θύματα οὐδέν ἐστιν, πλὴν γνάθεια καὶ κέρατα.

Het is een dorbetken.

De victimis macilentis. Trahetur non inconcinniter ad cibum

cibum minimè eſculentum: **Men kluyſter aen een been.**

72. *Scytharum ſolitudo.*

Σκυθῶν ἐρημία.

Daer't heel doot is.

Pro ſummis calamitatibus exitioque dictum eſt. Ariſto-phanis commentator de ingenti ſolitudine dictum ait, eo quòd Scythæ nullis certis ſedibus utantur ſed vagi ferantur.

73. *Scindere glaciem.*

Het ſpit voor af bijten.

Een gat in een dingh vinden.

Aperire viam ſignificat, & in incipiundo negotio priorem eſſe. Tranſlatum à nautis, quorum unus aliquis præmittitur, qui flumine concreto glaciem perrumpat, reliquiſque viam aperiat.

74. *Vivus fueris, vel cepe ſolum accipiens.*

Ζωὸς γένῃ, κρομμύου μόνον λαβών.

Hy ſal u met niet helpen.

In eos dici ſolitum, qui è re quapiam puſilla, magnam opinionem conſequuntur.

75. *Sapientes tyranni ſapientum congreſſu.*

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.

Daermen mede verkeert / daer wortmen mede ge-eert.

Utinam verſiculus hic, inquit Eraſmus, quàm eſt graviter ſimul & eleganter ſcriptus, tam placeret ætatis noſtræ principibus, in quos illud ferè dixeris: μωροὶ τύραννοι τῶν κωλάκων συνουσίᾳ, **Wat is ten Hoof dat meeſte quaet? Den pluym-ſtrijckenden Vos met ſijnen raet.**

76. *Leonis exuvium ſuper crocoton.*

Λεοντὴ ἐπὶ κροκωτῷ.

Het ſluyt als een Tangh op een Vercken.

Cùm duo quæpiam copulantur, quorum alterum cum altero nequaquam congruit.

77. *Quod ſcis neſcis.*

Ghy hebt de blinde man ſien leyen.

Teren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Terentianum ex Eunucho eſt. Hoc autem proverbio certam in tacendo fidem ſignificamus, dum quis quod ſcit perinde continet, ac diſſimulat, quaſi neſciat.

78. *Quid agas ubi nec aures habere potes, nec ullum tactum?*

Als men een overtuyght dat hy een Verckenis/ moet hy dan niet in 't Schot?

Nec aures habere, nec tactum proverbio dicebatur, cui in manifeſtis ab omnibus reclamabatur.

79. *Prius quam ſortiaris communia devoras.*

Πρὶν λαχεῖν τὰ κοινὰ κατεσθίεις.

Ghy zijt al te vooren met het ſpeck onder 't bedt.

In eum competit, qui non expectata diviſione, rem invadit.

80. *Res in foro noſtro vertitur.*

De Koe-mans ſluyten. De marckt is over 't hooghſt.

Plautinus Tranio: *Vbi egomet video rem verti in meo foro*, pro eo quod eſt, poſteaquàm intelligo fortunas noſtras commutari in diverſum. Traductum à mercatibus, ubi rerum pretium pro tempore ſæpenumero commutatur.

81. *Quodcunque in ſolum venit.*

Soo wat daer ter Werelt valt.
Al dat daer ter Werelt magh weſen.

Id eſt, Quicquid in rerum natura producitur. M. Tullius: *Hinc quodcunque in ſolum venit, ut dicitur, effingis atque efficis.*

82. *Quando id fieri non poteſt quod vis, id velis, quod poſſis.*

Als het niet magh zijn ſoo wy wel wille/
Soo ſtellen wy ons te vreden/ ende ſwijgen ſtille.

Sumptum ex Andria Terentiana, in qua quidem ſententia plurimum decoris eſt, ex illa verborum converſione, ἐ δυνάμενος ὃ θέλεις, θέλῃς, ὃ δύνασαι. Simillimum eſt illi, *Oportet id quod adeſt boni conſulere.*

83. *Quantum non milvus oberret.*

Soo veel als een vogel overvliegen ſoude.

Pro-

Proverbialis hyperbole de homine ſupra modum locuplete. Perſius: *Dives arat Curibus, quantum non milvus oberret.*

84. *Cædimus, inque vicem præbemus crura ſagittis.*

Wy ſchieten malkander tot de beeren toe in't lijf.

Wy geven 't malkander van boven neer.

Viciſſim carpimus & carpimur, ridemur & ridemus, mordemus & mordemur, lædimus & lædimur. Perſianus verſiculus. è militia metaphora ſumpta eſt.

85. *Ptolemaïca lis.*

Πτολεμαῒς ἡ δίκη.

Appelleren ende broot bidden / is niemandt verboden.

In litium avidos. Anus enim quæpiam Ptolemaïs fuit, quæ, quoad vixit, lites agitabat, nec unquam à cauſis agendis erat feriata.

86. *Adorabit adhuc velut milvios.*

Προκυλινδήσεται ἰκτῖνος.

Ghy ſulter noch u handen om t'ſamen leggen.

Initio veris prodeunt milvii, qua re læti tenues, quòd jam hyeme ſint levati, provolvuntur, eoſque velut adorant.

87. *Prienenſis juſtitia.*

Πριήνη δίκη.

Een oprecht oordeel. Ongebogen recht.

Cùm ſignificamus aliquem in judicando plurimùm excellere. Natum à Biante Prienæo.

88. *Primum Mars in filiis laudatus.*

Τὰ πρῶτα ἄρης εἰς τοὺς παῖδας ἐπῄνει.

In't eerſt gingh het wel toe.

De iis, qui initio ſpecimen aliquod indolis egregiæ præ ſe ferunt, deinde paulatim in alios degenerant mores. Quemadmodum evenit Romanis olim ſtrenuis, ſed pòſt in degenerem mollitiem prolapſis, ut non ſine cauſa Juvenalis exclamarit: *Sed unde Hac tetigit urtica tuos Gradive nepotes.*

89. *Phry-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

89. *Phrynichi lucta.*

Τὸ Φρυνίχου πάλαισμα.

Al verraden om ende om. Het is al een gemaeckt werck.

Quoties aſtu, doliſque negotium peragitur. Fuit autem *Phrynichus* Lacedæmoniorum proditor.

90. *Pro malo cane ſuem repoſcis.*

Ἀντὶ κακῆς κυνὸς σῦν ἀπαιτεῖς.

Voor een hadt ghy weder geern thien.

Hoc eſt, Pro re vili pretioſam. Sus enim eſculentus, canis haudquaquam veſcus eſt.

91. *Prudens in flammam mitto manum.*

Ick weet dat ick een heet hang-yſer aen ſlae.

Pro eo, quod eſt; Sciens expono me diſcrimini, maliſque objicio.

92. *Proba eſt materia, ſi probum adhibeas artificem.*

De Bruyt is goet / valt haer ſlechts een goet Man. Het is goet Vlas / doch de ſpinſter ſlecht.

A Plauto dictum in Pœnulo: *Egregia quidem indoles, ſi rectè inſtituatur.* Felix ingenium, ſi præceptor contingat idoneus. Magnificum negotium, ſi modò ſcitè tractetur.

93. *Illò reſpiciens huc remitte bona.*

Ἐκεῖ βλέπουσα δεῦρ' ἀνίει τ' ἀγαθά.

Werwaerts dat ghy ſiet / Vergeet doch immers ons niet.

Cùm aliud præ nobis ferimus, aliud facimus. Aut cùm aliis adblandimur, in alia re beneficium conferimus. Quidam à Charitibus ſumptum exiſtimant, quarum una à tergo reſpicit, & alteri munus offert, arridens alteri.

94. *Ranæ aquam.*

Βατράχῳ ὕδωρ, ſubaudi *miniſtras.*

Nu helpt ghy hem daer hy weſen wil.

Ubi quid exhibetur quo vel præcipuè gaudet is, qui accipit. Veluti ſi quem natura bibacem ad bibendi certamen provoces, aut homini loquaculo narrandi materiam & occaſionem ſubminiſtres.

95. *Poſt bellum auxilium.*

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία.

Al te laet op.

Quoties ſerius adhibetur remedium.

96. *Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem.*

Παχεῖα γαςὴρ λεπὸν οὐ τίκτει νόον.

Suppen ende vreeten/ doet een luttel weten.

Admonet pueros multo paſtu ſtupidiores ac tardioris ingenii evadere.

97. *Piſcem natare doces.*

Ἰχθὺν νήχεσθαι διδάσκεις.

Ghy leert u meeſter.

Perinde quaſi dicas, Doctum doces. Confine illi: *Delphinum natare doces.*

98. *Pitana ſum.*

Πιτάνη εἰμί.

Nu ben ick weder daer boven op.

De iis, qui in extremas redacti calamitates, ab iiſdem denuo in priſtinam felicitatem reſtituuntur. Sic enim quondam eveniſſe Pitanæ Æoliæ civitati, Zenodotus indicat.

99. *Piſtillo retuſior eſt.*

Hy is door een hort geſift. Soo grof als boonen ſtroo.

Pro eo, quod eſt, minimè acutus.

100. *Partitio non præfocatio.*

Μερὶς οὐ πνίξ.

Elck het ſijn / dat deelt ſchoonſt.

Elck het ſijn/ ſoo heeſt de Donder niet.

Olim cùm ii, qui viribus præpollerent, cibum eriperent imbecillioribus, manus interim in illos injicientes, excogitatum eſt, ut ſortibus ex æquo divideretur epulum, jamque à pauperibus exclamari cœptum eſt, μερὶς οὐ πνίξ.

CHI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

CHILIADIS TERTIÆ
CENTVRIA VII.

1. *Paries dealbatus.*

Τοῖχος κεκονιαμένος.

Een vermaelde want.

PAulus Apoſtolus in actis Apoſtolicis judicem quendam fictum & fucatum parietem dealbatum appellat, quòd longè alius eſſet intus, quàm cultu habituque externo præ ſe ferret.

2. *Ollam alere oportet.*

Χύτραν τρέφειν δεῖ.

Men moet een ſtock voor den honde dragen.

Ollam alere dicebantur, qui metum oſtenderent, quo deterrerent quempiam. Sumptum ab Athenienſibus, qui ollas in tectis diſponere conſueverunt, ad deterrendas ululas, quarum illic maxima vis erat.

3. *Oleum & ſalem oportet emere.*

Τοὔλαιον καὶ τὰ ἅλα δεῖ ὠνεῖσθαι.

Men moet het ſomtijts ſoet/ ſomtijts ſuyr hebben.

Significat opus eſſe nonnunquam remediis contrariis, nunc acrimonia, nunc lenitudine.

4. *Tanquam ſuber.*

Ὡς φελλός.

Hy kan hem niet achter houden. Vel, **Hy houdt het hooſt altijdt boven.**

De iis, qui non norunt diſſimulare, **Hy kan niet door de vingeren ſien.** Aut qui neſciunt mergi fortunæ procellis, **Hy hout haer hooſt tegen.**

5. *Obtrudere palpum.*

Kluyten voor Turven tellen.

Hoc eſt, arte fucoque decipere. Plautus: *Ego iſtuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

6. *Ne quis unquam Megarenſibus ſapientior ſit.*

Μηδέποτε μηδεὶς Μεγαρέων γένοιτο σοφώτερος.

Scomma proverbiale in ſtupidos jaci ſolitum.

7. *Nulla candidorum virorum utilitas niſi ad cerdonicam.*

Οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος ἢ σκυλοτομεῖν.

Op ſchoone lieden halſ waſt geen koren.
De bruyne kerſſen ſijn de beſte/ de witte werpt men wech.

In pulchros, ſed impudicos dictum.

8. *Nox humida.*

Νὺξ ὑγρά.

Onruſt ende onweer hanght ons over 't hooft.

De malis ingruentibus dici ſolitum.

9. *Quid hoc ad farinas?*

Τί τοῦτο πρὸς τ' ἄλφιτα;

Wat gaet mer af eeten?

Id eſt, Quid attinet ad parandas facultates. Nam ἄλφιτα pro victu, proque re familiari ponere, poëtis eſt familiare.

10. *Numeris Platonicis obſcurius mihi eſt*

Ick weet daer hooft noch ſtaert af.

M. Tullius: *Ænigma Oppiorum ex Velia planè non intellexi, eſt enim numero Platonis obſcurius.* Id ideo dictum, quod Plato numeris Pythagoricis obſcurat ſuam philoſophiam.

11. *Nihil ex agro dicis.*

Οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις.

Ghy weet u woorden te beleggen.

Id eſt, nihil humile, neque triviale loqueris. Quod enim parum elegans aut parum expolitum, id ex agro profectum dicitur

12. *Nihil grave paſſus es, niſi tibi vendicas.*

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, εἰ μὴ προσποιεῖς.

Die geen ſchult heeft/ treckt het hem niet aen.

Nemini fit injuria, ſi eam exiſtimet ad ſe non pertinere.

13. Ne

13. *Ne ſpina quidem vulnerabit bonos.*

Μηδ᾽ ἄκανθαι ἀμύξῃ τοὺς ἀγαθούς.

Die ſijn vinger heel bint / magh die weder heel ontbinden.

Ubique tuta eſt innocentia vitæque integritas.

14. *Naæra & Charmione.*

Νάαιρα καὶ Χαρμιόνη.

De een mach niet eten / en d'ander is ſat.

De amicis dici ſolitum, qui non dubitarent vel mortis eſſe comites amicis. Fuerunt autem duæ Cleopatræ pediſſequæ, quæ ſpontaneam Cleopatræ mortem ſunt imitatæ, ac ſemivivæ repertæ ſunt, dominæ jam mortuæ coronam capite delapſam reponentes.

15. *Neque nullis ſis amicus, neque multis.*

Μὴ ᾗ πολύξεινον μηδ᾽ ἄξεινον καλέεσθαι.

Sonder vrienden quaet: Veel vrienden onraet.

Citra ullius amici conſuetudinem vivere, ferinum eſt: Pluribus autem morem gerere vix poſſumus.

16. *Nebulas diverberare.*

Νεφέλας ξαίνειν.

Tegen de miſt vechten.

In re ſtulta, & quæ fieri non poſſit, fruſtra ſumere operam.

17 *Myconius vicinus ero.*

Μυκόνιος ἔσομαι γείτων.

Ick ſal achter de duer ſtaen.

In eum, qui invocatus ad convivium accedit. Nam hoc nomine notavit Myconios antiquitas, quod liguritores eſſent, & alieni cibi appetentiores.

18. *Tibi occident res, mortuos ſi ſomnies.*

Νεκροὺς ὁρῶν νέκρωσιν ἕξεις πραγμάτων.

Droomt u van den donder ghy raeckt daer aen.

Sumptum ab inſomniis, ſuperſtitione multo vaniſſima.

19. *Mortui non mordent.*

Οἱ τεθνηκότες οὐ δάκνουσιν.

Doode honden bijten niet.

Slaet de Eyeren in de pan / ſoo komender geen quade kieckens van.

Natum ex apophthegmate Theodori Chii, qui ab Ægypto receptum Pompejum occidendum cenſuit, addens hoc dictum, *Mortui non mordent.*

20. *Aſciſce ad extremum ſcientiam.*

Πέμπε εἰς ἔσχατον τὴν ἐπιστήμην.

Men ſal terſtont ſijn beſt niet doen / ſijn kunſt niet te werck leggen.

Non ſtatim utendum extremis ingenii viribus, verum ubi jam urget extremum periculum.

21. *Miſerrimum fame mori.*

Λιμῷ οἴκτιστον θανέειν.

Die de honger doot / Dat is groote noot.

Sumptum ex Homeri Odyſſea, ubi ſic habet:

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ᾽ οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.
Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis:
At periiſſe fame, res una miſerrima longe eſt.

22. *I modo venare leporem, nunc Itym tenes.*

Dit is heb / nu op een ander.

Cùm jubebimus, ut qui nactus ſit commodi quippiam, ad aliud ſeſe accingat. Eraſmus in hoc Plautino proverbio *Ictin* legendum putat, quod *viverram* ſignificat.

23. *Minimo provocamur.*

Wy mogen daer niet af.
Wy moeten daer aen.

Cùm contemptim ad certamen nos quiſpiam provocat. Sumptum à geſtu provocantium ad pugnam, minimo digito porrecto. Horatius in ſermonibus:

Criſpinus minimo me provocat.

24. *Minore finire pomœrio hoc liceret.*

Men mocht dat wel minder ſpelen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Varro de re ruſtica: *Minore pomœrio finierunt, excluſis partibus, quæ non pertinent ad hanc rem.*

25. *Mentem peregrinam habes.*

Νοῦν τὸν ξένον ἔχεις.

Ghy bouwt Kaſteelen in de Locht.
U ſinnen zijn van huys.

De cogitabundis, nec ſatis ad ea quæ coràm aguntur attentis. Gallicè: *Baſtir des Chaſteaux en Eſpagne.*

26. *Mitior columba.*

Πρᾳότερος περιστερᾶς.

Soo mack als een Lam.

Columbina ſimplicitas ac manſuetudo etiam ſacris literis laudata eſt.

27. *Ad porcellum da mihi mutuo tres drachmas.*

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνειζον τρεῖς δράχμας.

Dicebatur de eo, qui decreviſſet mori, aut qui vellet initiari.

28. *Mulieris podex.*

Γυναικὸς πυγή.

Het is van't gat met u.

In ignavum ac deſidioſum dicebatur. Ignavum enim animal mulier eſt.

29. *Mulieris animus.*

Γυναικὸς φρένες.

De nae rouw / der Vrouwen rouw.

In imbelles & inconſtantes. Unde eſt illud Ennianum: *Vos etenim juvenes, animos geritis muliebres,* **Ghy hebt geen Mans hert in't lijf.**

30. *Perendinum ventum præſcire.*

Τὸν τρίταιον ἄνεμον προγινώσκειν.

Een veeſt ruycken eerſe geſcheeten is.

In eos, qui conjecturis, quod multo poſt futurum eſt, colligunt. Sumptum à nautis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

31. *Caute loquacior.*

Ῥαχίας λαλίστερος.

Een recht kaeckelaer / altijt ſnap / ſnap.

Proverbialis hyperbole in hominem immodicè ac permoleſtè garrulum. A cautibus multo fragore undarum reſonantibus.

32. *Lepori eſurienti etiam placentæ fici.*

Λαγῶ πεινῶντι καὶ πλακοῦντες εἰς σύκα.

Honger ſiet ſtruyſ noch taert aen.

De iis, qui compulſi neceſſitate, res etiam pretioſiſſimas abſumunt.

33. *Lex & regio.*

Νόμος καὶ χώρα.

Landts wijſe / landts eer.

Admonet proverbium obſecundandum eſſe moribus regionis, in qua verſeris, niſi forte ſint mali.

34. *Tam in proclivi quàm imber eſt, quando pluit.*

Niet meer ſwaricheyts / dan of ghy u hant op u hooft leyde.

Plautus in Captivis, proverbiali hoc dixit hyperbolâ, quemadmodum alibi: *Tam facile quàm vulpes pyrum comeſt.*

35. *Multam ſylvam geſtas.*

Λόχμην πολλὴν φορεῖς.

Ghy zijt een heele wildeman.

In hirſutum, denſaque pilorum ſylva obſitum.

36. *Leonem videre, hoſtium prælia portendit.*

Λέοντας ἰδεῖν, δυσμενῶν δηλοῖ μάχας.

Die van den Donder droomt / raeckt daer gaern onder.

Tranſlatum vel à ſomniorum conjecturis, vel ab obſervantibus auguria.

37. *Larus in paludibus.*

Λάρος ἐν ἕλεσι.

Het gaet by hem nu ruym uyt.

De iis, qui faciles ad dandum ſunt. *Larus* enim facilè decipitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

cipitur atque illicitur. Quos qui multos capit, de facili dilargitur.

38. *Iſſa, vel Zeta fortitus eſt.*

Ἴσα.

Nihil op 't requeſt.

Proverbialis erat acclamatio in eos, quibus ζ litera ſorte cecidiſſet, quique modis omnibus eſſent infortunati.

39. *Ipſo horreo dare.*

Blindelingh / van boven neer geven.

Ex horreo plenius depromitur, quàm ex chœnice. Simile illi: *E dolio hauris.*

40. *In ſua ipſius harena verſatur.*

Van dat dack kan hy kaetſen.

Daer is hy in ſyn ſchick.

Hoc eſt, in ſua arte. Sumptum à gladiatoribus, ſolitis in harena digladiari.

41. *In ſaltu uno duos apros capere.*

Met een ſprongh twee Haſen beſpringen.

Twee kraepen met een ſchoot ſchieten.

Eſt eadem in re duos pariter deprehendere. Plautus in Caſſina: *Iam ego uno in ſaltu duos apros capiam.*

42. *Ignis ad torrem veniebas.*

Πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἦλθες.

Het was ſtrijckt ende ſet.

De negotio quod raptim facileque conficitur, quaſi cùm ignis ultro ad torrem tranſvolat, ob materiei ſiccitatem.

43. *Hippolytum imitabor.*

Ἱππόλυτον μιμήσομαι.

De iis, qui ſtatuiſſent purè caſteque vivere. Hippolytus enim odio fœminei generis Dianæ ſtudiis ſe totum addixit, deſpecto Veneris numine.

44. *Nihil agere.*

Οὐδὲν ποιεῖν.

Niet bedrijven. Leegh werck doen.

Celebre eſt hoc Attilii dictum: *Præſtat otioſum eſſe, quàm nihil*

nihil agere, Beter leegh geſeten / dan leegh werck gedaen / Als drincken ende ſchincken / ende diergelijcke leege wercken.

45. *Herculis cothurnos aptare infanti.*

Parvo pedi magnum inducere calceum.

Een groote ſchoe tot een kleyne voet /
Die die maeckt en is niet vroet.

Minimis maxima applicare eſt hoc. Cùm Ageſilao ſophiſtæ quiſpiam commendaretur, quòd res minimas dicendi artificio maximas efficeret: Ille negavit ſibi vel cerdonem videri bonum, qui parvo pedi magnum induceret calceum.

46. *Grues lapidem deglutientes.*

Αἱ γέρανοι λίθους καταπεπωκυῖαι.

Die op een ſtorm voorſien is.

De iis, qui ſumma providentia gerunt negotium. Sumptum à gruum provida diligentia.

47. *Fortuna æſtuaria eſt.*

Τύχη εὔριπος.

Het avontuyr is rondt/het loopt de een in de hant/ ende de ander in de mont.

Volubilitatem fortunæ ſignificat, quòd viciſſim nunc huic favere ſoleat, nunc illi.

48. *Fores aperire.*

Ἀνοίγειν τὴν θύραν.

De voet geven.

De eo, qui rei cujuſpiam ingreſſum, initiumque patefaceret. Simile illi: *Aperire feneſtram.*

49 *Tunc tua res agitur, paries cùm proximus ardet.*

Als u Buyr-mans Huys brant / is het tijdt dat ghy uyt ſiet.

Admonet, ut ex alterius malo ſumamus exemplum, alienoque periculo diſcamus noſtris rebus conſulere. Sumptum ex Horatianis epiſtolis.

50. *Fontibus apros, floribus auſtrum immiſit.*

Ick heb 't ſpul heel verbakert.

Ubi quis ſibiipſi multo nocumento eſt. Virgilius:

Eheu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Eheu quid volui miſero mihi, floribus auſtrum,
Perditus & liquidis immiſi fontibus apros.

entus verò floribus inimiciſſimus eſt.

51. *E Patrocli domo hic nummus venit.*

Ἐκ Πατροκλέους ἔρχεται.

In ſordidum competit, ex Ariſtophanis Pluto ſumptum.

52. *Oetæus genius.*

Οἰταῖος δαίμων.

Het ſal u noch uyt gekoꝛrent werden.

Ajunt Oetæum genium ferocitatem & arrogantiam non inere inultam.

53. *Vel hoſti miſerandus.*

Ὥστε κἂν ἐχθρὸν ἐλεῆσαι.

Een ſteenen hert mocht ſich erbermen.

Simile illud Virgilii lib. 11. Æneid.

—— Quis talia fando,
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Vlyſſeî
Temperet à lachrymis? ——

54. *Æquales erant calculi.*

Ἴσαι ψῆφοι.

Het ſtondt ſus ende ſoo.

Quando parum abeſt, ut condemnetur aliquis, & tamen abſolvitur. Aut cum nutat animus, ambigitque utram in partem ſeſe deflectat. Sumptum à priſca judiciorum conſuetudine, qua reus æqualibus judicum ſententiis abſolvebatur, at non citra periculum.

55. *Luſciniæ non deeſt cantio.*

Ghy zijt niet heel uyt geleyt.

Proverbialis allegoria, qua ſignificamus mulieri non facilè deeſſe verba, neque poëtæ verſus, ut nec oratori colorem, ac ſophiſtæ cavillum. Nulla enim avium æquè canora, atque luſcinia.

56. *Ego ex bono in bonum traductus ſum.*

Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετήνεγκα.

Ick hadt het wel / ick vindt het wel.
Van de Bruyloft in de eerſte Mis.

De

De his qui bonum inſtitutum bono commutant, ut qui ex bono citharœdo, poëta fiebat tragicus.

57. *Anguillas captas.*

Ἐγχέλεις θηρᾷς.

Onruſt / is u winſt ende luſt.

In eos, qui privati compendii cauſa cient tumultus. Nam cùm aqua ſtat immota nihil capiunt, qui captant anguillas: cùm verò ſurſum ac deorſum miſcentes aquam perturbant, ita demum capiunt.

58. *Ego faciam omnia more Nicoſtrati.*

Ἐγὼ ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.

Ick ſal het ruſtigh ende eel maecken. Ironicè.

Ick ſal het maken dat my niemant bedanckt.

Hunc Nicoſtratum ajunt fuiſſe comœdiarum actorem, qualis apud Romanos prædicatur fuiſſe Roſcius. Itaque pulchrè atque egregiè factum ſignificat.

59. *Duplex cappa.*

Διπλοῦν κάππα.

Een goet geſel / dan ſijns gelijck doocht niet.

Velut ænigma ſe habet, quo malum aliquem ſignificabant. Siquidem gemino cappa ſcribitur κακὸς.

60. *Tria cappa peſſima.*

Τρία κάππα κάκιστα.

Ænigma quo trium gentium mores notati ſunt, Cappadocum, Cretenſium & Cilicum.

61. *Temulentus dormiens non eſt excitandus.*

Men ſal ſlapende Wolven niet wecken.

Simillimum illi: *Malum bene conditum ne moveas.* Non eſt fricandum odium, cui jam tempus induxit oblivionem.

62. *Utroque nutans ſententia.*

Δίχολος γνώμη.

Een ſententie van d' uſagie.

Het is geen man daermen op magh ſtaen.

In hominem lubricæ fidei, & incertarum partium.

63. Di-

53. *Dictum ac factum.*

Ρ᾽εχθὲν ϗ πϱαχθέν.

Het was met een veegh gedaen.

Terentius: *Dictum ac factum reddidi.* Admonet autem Donatus celeritatis adagium eſſe.

54. *De grege illo eſt.*

Hy is van 't Volcxken.

Hoc eſt, Ejuſdem factionis aut contubernii eſt. Flaccus: *Scribe tui gregis hunc, & fortem crede bonumque.* **Schrijft hem voor vol in.**

55. *Dentata charta res agitur.*

Sy ſchrijven / als Hoeren die kijven.

Dentata dicuntur mordacia. Cicero ad fratrem: *Calamo & atramento temperare, dentata etiam charta res agitur.*

56. *Daulia cornix.*

Δαυλία κορώνη.

Sijn mont ſtaet nimmermeer ſtil.

Dauliam cornicem poëtæ *luſciniam* vocant. Convenit autem in garrulos aut canoros.

57. *Cum muſis.*

Μετὰ μουσῶν.

Hoc eſt, Muſis bene fortunantibus. De doctis dicetur, aut iis, quæ doctè dicuntur.

58. *Amicos tragœdos æmulatur.*

Τοὺς ἑταίρους τραγῳδοὺς ἀγωνεῖται.

Hy kan de Hoeren-ſoen wel maken.

De his, qui ſeſe accommodarent, & morum ſeveritatem ſumerent ad æmulationem aliorum.

59. *Æſopicus graculus.*

Αἰσώπειος κολοιός.

Mooy met ander lieden goet.

Qui aliena ſibi uſurpat, aliorumque bonis ſeſe vendicat. Horatius: *Moveat cornicula riſum Furtivis nudata coloribus.*

70. *Aries*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

70. *Aries cornibus laſciviens.*

Κριὸς ἀσελγοκέρως.

Hy weet niet op wat aers hy ſitten wil.

In magnos ac laſcivos. Pruriunt enim cornua arietibu bene paſtis.

71. *Ductus per Phratores canis.*

Ἀγόμενος διὰ φρατόρων κύων.

Hy heeft ten laetſten ſijn man al gevonden.

Ubi quis inciderit in eos, quibus pœnas det. Canis enin apud hos protinus occiditur. *Ducetur per Phratores canis*, **Hy ſal ter pal komen.** *Duxit exercitum ut per Phratores canes.* **Hy heeftſe ter vleyſch-banck gebrocht.**

72. *Calabri hoſpitis xenia offert.*

Als hy beter heeft ſal hy beter geven.

Sic ruſticana ac levia vocantur. Siquidem Calabri quo pyris abundent, conſueverunt ea hoſpitibus affatim appone re, ac ſaturos pyris onuſtos dimittere.

73. *In oſtio formoſus.*

Ἐν θύρᾳ καλός.

Men ſoude hem niet dan ſoenen ende wegh leggen

De iis, qui adamantur, & gratioſi habentur: nam vete ribus amaſiorum nomina arboribus ac parietibus & oſtiis in ſcribebantur.

74. *Caput ſcabere.*

Sijn hooft klouwen / al jeuckt het niet.

Geſtus hominis eſt cogitabundi, & de mutando, cujus pœniteat, ſecum agitantis. Horatius Satyra x.

—— Et in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

75. *Caricus hircus eſt.*

Καρικὸς τράγος.

Een rechte Bock ende Ezel iſt.

De vilibus, contemptis ac nihili homuncionibus, quòd Cares in bellis mercenariam locarent operam.

76. *Canoræ nugæ.*

Schoone poccherp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Sic ventoſa, atque inania vocantur, & in quibus nihil ſubeſt ſolidioris ſententiæ. *Verſus inopes rerum*, inquit Horatius, *nugæque canoræ*, **Daer niet t' huys leyt / dan pocchen ende ſnorcken.**

77. *Bolus illi ereptus è faucibus eſt.*

Hem is een vet Vercken ontjaeght.

Quoties commoditas aliqua, quæ jam propemodum tenebatur, præter expectationem ſubito alicui præripitur. Terentius in ſeipſum cruciante: *Crucior bolum tantum mihi eſſe ereptum ſubito è faucibus.*

78. *Bene ſit.*

Καλῶς ἔσω.

Daer ſlae geluck toe / Godt woudts.

Ominis vox, cum quis rem quampiam novam, & arduam auſpicatur. Futurum autem eſt ſalſius, ſi per ironiam proferatur de re ridicula, nulliuſque momenti, perinde quaſi maxima.

79. *Scarabeus aquilam quærit.*

Κάνθαρος ἀετὸν μαίεται.

Hy wil hagen wreecken.

Hy ſal den haers gallen / wonder koocken.

Cùm imbecillior, atque impotentior, mali quippiam molitur, ſtruitque inſidias inimico longè potentiori. Vel potius, *Scarabeus aquilæ obſtetricabitur*, ὁ κάνθαρος ἀετὸν μαιεύεται, **Hy ſal hem helpen ſoo ick u ſeyde / van de wal in de ſloot.** Hoc eſt, malitioſis inſidiis & clancularii dolis perniciem machinatur.

80. *Timidus Plutus.*

Δειλὸς ὁ πλοῦτος.

Rijcke lieden / bloode lieden. Rijcke lieden vechten niet.

Timidum animi habitum opes adferunt divitibus, cùm contra paupertas ſecura in utramque dormiat aurem.

81. *Panicus caſus.*

Πανικόν.

Een haſart / een verſchrickingh van ſelfs.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Sic vocabant veteres ſubitum animorum tumultum, ſed inanem. Veteres enim exiſtimabant *Panem* Deum, repentinos terrores & animi conſternationes immittere, lymphaticis ſimillimas. Sicuti non raro uſu venit, cum in exercitu nulla comparente idonea cauſa, viri pariter atque equi perturbantur.

82. *Nihil minus expedit, quàm agrum optimè colere.*

Al te veel is onſoet.

Omne nimium vertitur **in de aſch.**

Commendat omni in re mediocritatem. Plinius: *Indico modum*, inquit, *rerum omnium utiliſſimum. Bene colere neceſſarium eſt. Optimè damnoſum: & Hebræorum proverbio dicemur non eſſe nimis juſti.*

83. *Citius quàm aſparagi coquuntur*

Eermen een zoo Moſſelen zieden ſoude.
Met een veegh / met een lick.

De re vehementer properata. Octavio Auguſto familiare dictum fuit.

84. *Amicitiæ perſonam detrahere.*

Τὸ πρόσωπον ἀφελεῖν τῇ φιλίᾳ.

Vry weſen of men t' huys waer.
Den hypocrijt aen d' een zijde ſetten.

Cùm animo libero, apertiore ac nihil fucato, idquod ſentimus, loquimur atque facimus. Eleganter à Seneca dictum eſt in Cæſarem, quod perſonam mallet quàm faciem, id eſt, quod videri mallet, quàm eſſe.

85. *Utere tuo curru, de aſinis nihil laborans.*

Ἀπονέμου τῆς σῆς ἁμάξης, τῶν δ' ὄνων οὐδὲν μέλει.

Behelpt u met u ſelven.

Hoc proverbio monebant, uti ſuarum rerum quiſque curam ageret, hiſque frueretur, alienarum negligens & non curioſus. Ita quibus plauſtrum eſt domi, nihil neceſſe habent deportandis oneribus aſinos conducere.

86. *Libyca fera.*

Λιβυκὸν θηρίον.

Een deurtrapte ſcalck.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

In hominem vafrum, callidum & verſipellem. Inde natum quòd in Libya variæ ferarum ſpecies ſæpenumero miſceantur, unde nova illinc monſtra ſpectaculo produci ſolent Romam.

87. *Semper affert Libya mali quippiam.*

Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακόν.

Eodem fonte fluxit & hoc, quòd inde Romam, ut dixi, monſtra deportarentur. Hinc & in mores, ingeniumque gentis detorqueri poteſt. *Quid nunc adfert Lybia mali?* **Wat werpt de Zee nu op? Wat ſplis komt daer nu in 't garen?** Ita noſtrates quæſitivè.

88. *Semper Africa novi aliquid apportat.*

Altijt het een of 't ander. Altijt wat nieuws.

Simillimum ſuperiori. Ideo autem id dicebatur, quod in ſiticuloſa regione ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum ſpecies bibendi gratia conveniri cogantur, inibique varia mixtura violentæ Veneris, varias monſtrorum formas, ſubindeque novas naſci.

89. *Afra avis.*

Λιβυκὸν ὄρνεον.

Een Lombaerds kuycken. Een Hollands kuycken.

De prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aves immani magnitudine.

90. *Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere.*

Men ſal de Schapen ſcheeren / maer 't vel laten houden.

Ubi quis exactor durior, atque inſtantior eſt. Uſurpatum Tiberio. Sic & Alexander Magnus, à quibuſdam admonitus longè plus vectigalium à civitatibus auferri poſſe: *Olitorem odi*, inquit, *qui radicitus herbas excidat.*

91. *Lucri bonus eſt odor ex re qualibet.*

Winſt ſoet altijt aen / al waert oock van een dreck.

Peſtilens Veſpaſiani dictum, qui factum ex lotio lucrum filii naribus admovens, rogat ecquid ea pecunia puteret? Ita quoque habet Ennianus verſiculus:

Unde habeas curat nemo, ſed oportet habere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

92. *Lucrùm pudori præſtat.*

Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον.

Schijt Conſcientij / als het gelt koſt.

Sententia bono viro indigna eſt, unde & lenonis illud in Pſeudolo Plautina: *Nimio illud quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget.*

93. *Bæta tum hyeme, tum æſtate bona.*

Βαίτη κἂν θέρει, καὶ ἐν χειμῶνι ἀγαθόν.

Eſt autem *Bæta* veſtis pelliceæ genus, quod & ad æſtatis & hyemis tempus videatur appoſitum. Nam hyeme depellit ventos, æſtate ſolem. Polluci de rerum vocabulis, veſtis coriacea eſt. Convenit igitur de re ad multa uſui futurâ.

94. *Anicularum deliramenta.*

Γραῶν ὕθλος.

Ouder wijven droom.

Wijſkens kallingh.

De nugis inanibus, cujuſmodi ſolent effutire vetulæ, quibus ætas ſexus vitio accedens, nugacitatis morbum conduplicat.

95. *Ante pedes.*

Τὰ ἐν ποσίν.

Voor u neus.

Quod obvium atque præſens eſt, vel imminet. Terentius: *Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere.*

96. *Albo reti aliena captant bona.*

Met een rechten ende plechten / een tribuleren.

Album rete calumnias quadruplatorum atque calumniantium vocat, alludens ad codicillos & dicas, ſyngraphaſque, quibus lis intenditur, peragiturque. Plautus in Perſa:

Qui hic albo reti aliena oppugnat bona.

97. *Ad ſuum quemque quæſtum, æquum eſt eſſe callidum.*

Elck is een Dief in ſijn Neeringh.

Plautina item ſententia eſt, quemque ad id advigilare ſignificans quod expetit, ſed ſervandum eſt jus & æquum.

98. *Vel*

98. *Vel acum inveniſſes.*

Ghy hadt wel een Naelde in een Voeder Hoy gevonden.

Apud eundem proverbialis hyperbole eſt, de re diligenter veſtigata. Noſtrates autem de re inventu parum facili, dicunt aliquem acum quærere in fœno.

99. *Subventanea parit.*

Ὑπηνέμια τίκτει.

Het ſal een wint ey vallen.

De vana ac frivola molientibus. Ab avibus tranſlatum, quæ Veneris imaginatione concipiunt ova, ſed inania, unde non gignuntur fœtus.

100. *Phrynondas alter.*

Φρυνώνδας ἕτερος.

Een rechte Uylen-ſpiegel.

In hominem verſutum, maleficum, impoſtorem, ſummumque malarum rerum artificem.

CHILIADIS TERTIÆ

CENTVRIA VIII.

1. *Sus per roſas.*

Ὗς διὰ ῥόδων.

Vel potius, *Sus per mala.*

Ὗς διὰ ῥοίδων.

De Koe wil over de brugh niet.

IN agreſtes, & intractabiles: ſiquidem ſus per mala commodè duci non poteſt. Ita ut & boves plerique pontes nimium defugiunt.

2. *Aſinus avis.*

Ὄνος ὄρνις.

Den Eſel weet oock wat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Quidam conſultus de adverſa valetudine laborante, forte fortuna conſpexit aſinum ſurgentem à lapſu. Simulque alium quendam audivit dicentem: Vide quomodo aſinus cùm ſit, ſurrexit. Id ominis accipiens ille, protinus reſpondit ægrotum revaliturum. Itaque aſinus habitus eſt velut avis auguralis.

3. *Siſyphi artes.*

Σισύφου μηχαναί.

Looſe treecken.

Natum ex Homeri verſiculo hoc:

Σίσυφος ὃς κέρδιστος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν,
Siſyphus in terris quo non aſtutior alter.

De vafris verſutiſque conſiliis dicetur.

4. *Homo Thales.*

Ἄνθρωπος Θαλῆς.

De wijſe Man. Het hooft van de wagen.

Ironia proverbialis in ſtultum, qui ſapiens haberi ſtudeat.

5. *Sardanapalus.*

Σαρδανάπαλος.

Ultimus Aſſyriorum rex, delitiis uſque adeò effœminatus, ut inter Eunuchos & puellas ipſe puellari cultu deſidere ſit ſolitus.

6. *Quid tandem non efficiant manus?*

Τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο;

Wat ſoudmen niet met de handt houden? Dat met handen gemaeckt is / kan men met handen breecken.

Vult nihil eſſe rerum omnium, quod arte ac induſtria non efficiatur.

7. *Teſta colliſa teſtæ.*

Πίθος ἀντεκλάκισεν πίθῳ.

Sy hardebollen.

Cùm duo conflictantur utriuſque malo. Quomodo & noſtrates pueri colliſis capitibus nonnunquam ſuper capitis duritie decertant.

8. *Ani-*

8. *Animus eſt in coriis,*

Ὁ νοῦς ἦν τότ᾽ ἐν τοῖς σκύτεσι.

Onſe ſin was op een ander velt.

Cùm ob ſollicitudinem erit aliquis ad id quod agitur in præſenti, parum attentus. Terentius: *Animus eſt in patinis.*

9. *Quibus nec ara, nec fides, nec ulla durant fœdera.*

Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ᾽ ὅρκος μένει.

Daer geen touw aen te beleggen is.

De vehementer perfidis.

10. Ἄγουσι καὶ φέρουσιν.

Sy tobben ende ternen.

Pro eo, quod eſt, Hoſtili more populantur aut vexant.

11. *Salem lingere.*

Ἅλα λείχειν.

Aen een been knagen.

De iis, qui perquàm tenuiter victitant.

12. *Pedere thus.*

Βδέειν λιβανωτόν.

Uwen ſtront ſtinckt niet / het is altijt wel.

In hos, quorum & vitia ſibi placent, etiam putidiora.

13. *Pro cæco exoculatus eſt.*

Ἀντὶ τυφλοῦ ἐξωμμάτωται.

Hy is niet blint / maer ſonder oogen.

Omnes hujuſmodi facetiarum formulæ pertinent ad adagiorum numerum, cùm videmur corrigere quod dictum eſt, ſed altero verbo, quod vel idem polleat, vel magis etiam lædat, veluti, *Non furatus eſt, ſed rapuit.*

14. *Prius lupus ovem ducat.*

Πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ.

De re quam nemini perſuadeas, neque quiſquam credat.

15. *Ut ſphondyla fugiens peſſimè pedit.*

Ὡς ἡ σφονδύλη φεύγουσα πονηρότατον βδεῖ.

Hy ſcheydt altijdt met een ſtanck.

In eos quadrabit, qui diſcedunt non citra infamiam. Eſt autem *Sphondyla* inſecti genus odoris teterrimi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

16. *Nunquam efficies ut rectè ingrediantur cancri.*

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν.

Een Exter laet haer hippelen niet.

Significat id quod à natura ſit inſitum, haud facilè corrigi. Nam cancris genuinum eſt obliquè progredi.

17. Κορυβαντιᾷν.

Corybantiari.

Tieren / raeſen of men dul was.

Pro inſanire poſuit hoc Ariſtophanes. Sumptum à Corybantibus, Cybeles cultoribus, qui ſacro correpti furore, cymbala pulſant, alios item in ſimilem rabiem agentes.

18. *Calculo mordere.*

Ψήφῳ δάκνειν.

Tegen een ſtemmen.

De iis, qui ſuffragio lædunt aut ulciſcuntur hominem. Ariſtophanes:

> Βλέπουσιν οὐδὲν ἄλλο πλὴν ψήφῳ δακεῖν,
> *Spectant id unum, ut mordeant ſuffragio.*

19. *Charybdis, Barathrum.*

Het bullens vat / een Pamp-ſack.

Proverbialis hyperbolæ in edacem, bibacem, rapacem.

20. *Lingua præconi.*

Ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι.

De weyner hoort de kraegh toe.

Cùm præmii nonnihil deberi ſignificabimus ei, & qui in conficiendo negotio pro ſua virili adjumento fuit.

21. *Non capit ſomnum, niſi hoc aut illud fecerit.*

Hy heeft geen ruſt / of hy / &c.

Cùm intemperantem atque impotentem rei cujuſpiam cupiditatem ſignificamus.

22. *Ventre pleno melior conſultatio.*

Γαστρὸς ἀποπλείης βουλὴ καὶ μῆτις ἀμείνων.

Het is quaet nuchteren mal te weſen.

Ita noſtrates famelicis jejuno ſtomacho rei cujuſpiam aggreſſum diſſuadere ſolent.

23. Te-

23. *Tenuis ſpes.*

Λεπτή τις ἐλπίς ἐστι.

Een krancken hoop.

Spem infirmam, incertamque poëtæ *tenuem* vocant.

24. *Anno ſenior fio hoc videns.*

Πλέον ἐνιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι τοῦτο θεώμενος.

Ick krijgh grijſe hayren dat ick dat ſie.

Quoties aliquid nobis horribile ac magnopere moleſtum ſignificamus.

25. *Tauricum tueri.*

Βλέπειν ταυρηδόν.

Als een Stiers-hooft ſien / als een bul.

Pro eo, quod eſt torvè. Virgilius: *Optima torvæ Forma bovis.*

26. *Expedit plura habere cognomina.*

Ὡς ἀγαθόν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν.

Het is goet dingh een man van veel Neeringen een te zijn.

Een man van alle Neeringh / vint lichtelijck ſijn Teeringh.

Convenit in eos, qui multa ſimul profitentur, quò quæſtum faciant uberiorem.

27. Λιμοδωριεῖς.

Die uyt ſcherperpen beter weyde ſoecken.

Dores aliquando annonæ penuria laborantes, cùm relictis ſuis ſedibus tandem à Tripolitis Rhodum incolentibus recepti eſſent, vocati fuerunt λιμοδωριεῖς, quaſi fame compulſos Dorienſes dicas. Quadrabit igitur in eos, qui fame adacti alio commigrant. *Advenit huc λιμοδωριεὺς*, **Hy is hier op een ſtroo-wiſch komen drijven.** Ita ferè noſtrates ferunt.

28. *Tribus bolis.*

Met drie ſnacken. Met drie woorden.

Plautus in Curculione, *Tribus bolis*, dixit pro compendio

dio quaſi, tribus verbis. Nam quod continuò devoratur, tribus bolis edi dicitur.

29. *Velut umbra ſequi.*

Ὥσπερ σκιὰ ἕπεσθαι.

Altijt achter aen weſen.

In eum, qui nuſquam deeſt, quoquo quis eat perſequens hominem.

30. *Ne nummus quidem plumbeus.*

Niet een Brabantſche mijte.

Pro minimo pecuniæ. Plautus: *Peculi nummus non eſt plumbeus.*

31. *Satietas ferocitatem parit.*

Τίκτει κόρος μὲν ὕβριν.

Vol maeckt vol. Goet maeckt moet.

Divites ſua opulentiâ animoſiores atque ferociores fieri ſignificat.

32. *Quid cœco cum ſpeculo?*

Τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ.

Finitimum illi: *Nihil cum fidibus graculo, cum libris illiterato.*

33. *Miſeram meſſem metere.*

Ἀμᾶσθαι δύστηνον θέρος.

Sulcken ooſt / is krancke trooſt.

Als het op een buyl-varen uyt komt.

Hoc eſt, pro malefactis luere pœnas. Unde alibi: *Ut ſementem feceris, ita & metes.*

34. *Venimus ad ſummam lineam.*

Ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμήν.

Het ſpel is op 't hooghſt.

Sic & Juven. *Nil erit ulterius quod noſtris moribus addat*
Poſteritas, eadem cupient facientque minores.
Omne in præcipiti vitium ſtetit.

35. *Saburratus ubi erit.*

Als hy 't gat geladen ſal hebben.

Sic Plautus in Caſſina: *Idem mihi, magnæ quod eſt parti,*

vitium

vitium mulierum, quæ non quæſtum facimus: Quæ ubi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplò ſumus.

36. *Numero dicis.*

Dat is kort beſchept.

Pro eo, quod eſt, facilè & compendio, citò ac celeriter.

37. *Palpare in tenebris.*

Ψηλαφεῖν ἐκ τῷ σκότῳ.

Nae ſlaen / als de blinden nae het ey.

Quando rem obſcuris inveſtigamus conjecturis, ψηλαφεῖ, Hy ſlaeter nae.

38. *Muſcas depellere.*

Τὰς μύιας ἀπαμύνειν.

De vliegen af keeren.

De eo, qui otioſo atque inutili fungitur officio.

39. *Tenuiter diducit.*

Λεπτὰ ξαίνει.

Hy klooſt een turf in drien. Hy blijſt op een luys doot.

De iis, qui pauperum modò tenuiter victitant. Significatur enim illa tenuium hominum in minutulis rebus diligentia, quam Græci vocant μικρολογίαν, adeò ut etiam cuminum ſecare dicantur.

40. *Simia fucata.*

Πίθηκος ἀνάπλεως ψιμυθίου.

Een oude geblanckette Danteloꝛi.

De deformi anu, fucata tamen & meretriciis culta lenociniis.

41. *Zophorodorpides.*

Ζοφοροδορπίδες.

Dꝛaelgaſten / die al te quaet te trecken zijn.

Qui ſerius atque cunctanter ad convivium accedunt.

42. *Cui iſta arrident, meis ne gaudeat.*

Ὅτις οὖν τούτοισι γελᾷ, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω.

Die van ſulcks wil / laet het mijn ſtaen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Cùm ingens intereſſe diſcrimen ſignificabimus inter noſtras & aliorum rationes aut merces.

43. *Bomolochus.*

Βωμολοχός.

Een kerck-prater.

Qui, cùm res divina peragitur, non facit vota Deo, ſed nugas inanes deblaterat. Sic, βωμολοχεύεσθαι, **Een kerck-praetjen voor werpen.**

44. *Prius quàm gallus iterum cecinerit.*

Πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἀλεκτρυὼν ἐφθέγγετο.

Morgen voor der Hanen gekray.

Hoc eſt, admodum manè, & antelucano.

45. *Ne allii quidem caput dat.*

Οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν δίδωσι.

Hy geeft my niet dat hy uyt ſpouwt.

Convenit in ſordidum & impendio parcum.

46. *Ruminare negotium.*

Ἀναμάσσεσθαι τὸ πρᾶγμα.

Een ſaeck wel knouwen.

Quando quis ſuo cum animo rem aliquam verſat, etiam atque etiam expendens. *Aliquid ruminandum alicui dare,* **Een wat te knouwen geven.**

47. *Mordere labrum.*

Ἐσθίειν τὰ χείλη.

Op ſijn breydel bijten.

De eo qui ſtomachatur, animoque ringitur. Ab indignantium geſtibus ſumptum.

48. *Lesbiari.*

Λεσβιάζειν.

Hoc antiquitus polluere dicebant.

49. *Pyrrichen oculis præ ſe ferre.*

Πυῤῥίχην βλέπειν.

Sien of men een op eten wilde.

Tumultum ac bellum vultu præ ſe ferre hoc eſt. Quin &

is

s qui tumultuatur, atque ira excandeſcit, dicitur πυῤῥιχίζειν, **Op 't huyckxen ſpringen.**

50. *Non eſt oleum in lecytho.*

Ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ.

Cùm ſignificamus non eſſe precibus locum apud inexorabilem. Alluſio eſt in vocibus ἔλαιον & ἔλεος, quorum hæc *miſericordiam*, illa *oleum* ſignificat.

51. *Magis gaudet, quàm qui ſenectam exuit.*

Γέγηθε μᾶλλον, ἢ τὸ γῆρας ἐκδύς.

Blijder dan of hy hondert gulden gewonnen hadt.

De vehementer hilari, ac geſtiente præ gaudio.

52. *Hic bonorum virorum eſt morbus.*

Αὕτη γὲ χρηστῶν ἐστὶν ἀνδρῶν ἡ νόσος.

De beſte vanden Lande / doen dit ſonder ſchande.

In triſtia quædam & ſevera vitia, quæ cùm atrociora ſint, minus vulgo obnoxia videntur infamiæ, quod his magnates ac probati laborent.

53. *Ne guttam quidem.*

Οὐδὲ σταλαγμόν.

Niet een drop.

Pro minimo ponitur. *Σὺ δ' ἀλλά μοι σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα. At tu mihi da pacis unam guttulam.* Alibi, *Ne paſpalam quidem ſomnî.* Eſt autem *paſpala* minutiſſima mica æris, aut farinæ.

54. *Battariſſare.*

Βατταρίζειν.

Bayeren.

De his qui balbutirent, quibuſque hæſitans eſſet & impedita lingua.

55. *Habet unde excoquat ſevum ſenex.*

Hy ſpeelt vet man.

Hy heeft vellen om te drapenieren.

Sic Plautus opes ſignificat copioſiſſimas. *Sevum* autem, ſive *ſebum*, pecudum durius pingue eſt.

56. *Jactare jugum.*

Sich qualijck onder 't jock begeven.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Eſt incommodè ferre ſervitutis neceſſitatem. Tranſlatum à bubus jugo nondum aſſuetis.

57. *Ut in Velabro olearii.*

Sy verſtaen malkander.

Proverbialis ſimilitudo, de iis qui conſpirarunt, remque gerunt ex compoſito. *Velabrum* autem forum fuit Romæ olearium. Plautus: *Una res Omnes compacto rem agunt, quaſi in Velabro Olearii.*

58. *Imi ſubſellii homines.*

Volckxken van *deux aes*. **Die van den lichten yſer zijn.**

Quadrabit in tenues convivas, quos divites nonnunquam recipiunt, ſed infimo loco.

59. *Manticulari.*

Onder 't huyckxken ſpeelen.

Pro, fucum facere, ac ſubdolè agere, quod iis qui in convivio aliquid diſſimulant, mantilibus tegunt faciem, velut extergentes. Plautus: *Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam mantellum eſt meis.* *Mantellum* pro pallio latebraque poſuit, qua dolus tegi poſſet.

60. *Auro habet ſuppactum ſolum.*

Hy weet niet waer hy met ſijn goet blijven ſal.

De prædivite ſic locutus Plautus eſt, cui tanta ſuppetit auri vis, ut id pedibus calcet. Siquidem *ſolum* pro infima crepidarum parte ſumit, aut certè pro pavimento.

61. *Ad aras.*

Ἐπὶ βωμοῖς.

Als man by man komt.

Hoc eſt, In ipſo negotio: Juxta proverbium, quo vetamur ad aras conſultare.

62. *Samiorum laura.*

Σαμίων λαῦρα.

Lecker Lijſkens ſtraetken.

Dictabatur in turpibus addictos voluptatibus. *Laura* enim apud Samios angiportum quoddam erat, in quo cupediæ, popinariæque lautitiæ venditabantur à mulierculis ad hoc paratis.

63. *Te-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

63. *Tænarium malum.*

Ταινάριον κακόν.

Die gart / is te hart.

Si quid crudelius ſævitum eſſet in famulos, *Tænarium malum* vocabant, quod Lacedæmonii captivos qui in Tænarum confugerant reductos capitis ſupplicio affecerint. *Tænarius* autem Laconicæ regio quædam eſt.

54. *Lesbius Prylis eſt.*

Ὁ Λέσβιος πρύλις.

Hy is weer-wijs.

Proverbium per ſimilitudinem ſumptum. *Prylin* autem legimus Mercurii fuiſſe filium, divinandi peritum.

55. *Agas aſellum.*

Hoc adagii quid ſibi velit, non ſatis ſibi liquere ſcribit Eraſmus. Noſtrates autem quoties aliquem indignanter repellunt, dicere aſſolent, **Loopt in een Ezel / of voor een Ezel.** Quod certè Latinè ſignificari, non auſim dicere.

56. *Samius comatus.*

Ὁ ἐν σάμῳ κομήτης.

Wat ſeght ghy nu van de man?

De eo, qui ante ignavus habitus præclarius expectatione ſeſe in negotio geſſiſſet. Ita ut Samius quidam pugil, qui ob comam prius ludibrio habitus, commiſſus cum adverſariis, eos vicit.

67. *Servum non veho, niſi quis prius pro carnibus certaverit, certamine in navali.*

Δοῦλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὸν περὶ τῶν κρεῶν.

Daer komt geen knecht op mijnen ſtal/
Of hy heeft geweeſt over bergh over dal.

Id eſt, Non admitto ſervum, niſi multis, magniſque ſpectatum experimentis.

68. *Tertium caput.*

Τρίτη κεφαλή.

Noch een hooft in de kiſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

In onerum bajulos, qui non humeris modo, ſed & capite prægravia geſtant onera, non ſecus quàm ſi hoc vitiato capite, aliud ipſis ſupereſſet domi.

69. *Corinthia videris corpore quæſtum factura.*

Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήζειν.

Ghy ſchijnt van de lichte ſlach/
Tot u werck berept/ by nacht en by dach.

De mulieribus Corinthi præſtantibus. Lege adagium in Chiliadibus Eraſmi: *Non eſt cujuſlibet Corinthum appellere.*

70. *Cyrnium malum.*

Κυρνία ἄτη.

Rapiamus werck/ rupten ende roven.

Cyrnus olim propter prædonum & piratarum circa ipſam frequentiam navigantibus inacceſſa fuit. Unde hoc adagium de magnis diſpendiis atque expilationibus dici conſuevit.

71. *Rapina Cotytiis.*

Ἁρπαγὰ κοτυτίοις.

Die meeſt pluckt die meeſt heeft.
Het is daer te grabbelen gemaeckt.

Cotytia feſtum quoddam erat apud Siculos, in quibus ex more placentulæ quæpiam & arborum fœtus ramis alligabantur, eaque diripienda proponebantur.

72. *Quæ ex antiqua.*

Τὰ ἐκ παλαιᾶς.

Is de oude roe vergeten/ ſy is noch niet verſleten.

Rebus ſecundis & proſperis veterum afflictionum meminiſſe jubet. Natum ex vetere Tyro, quam Alexander expugnatam plurimis affecit incommodis.

73. *Triceps Mercurius.*

Τρικέφαλος ἑρμῆς.

Hy heeft een hooft of twee op dat lijf verſleten.

In vehementer aſtutos, qualis ipſa etiam pueritia Mercurius fuiſſe legitur. Fingebatur autem antiquitus triceps, qualibet ſui facie inſcriptionem habens quorſum quæque via tenderet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

74. *Danace paranda.*

Ghy hebt die eene voet in 't graft.
Men moet ſich voorſien op de groote reys.

Danace nummulus eſt, qui Charonti perſolvitur, naulum pro tranſmiſſione. Admonet itaque de inſtante morte ſollicitum eſſe.

5. *Ut Bagas conſtitiſti.*

Βάγας ἕςηκας.

Ghy ſtont als een Babock.

In ſtupidum & elinguem dicebatur, moribuſque inſulſum, ac velut attonitum.

6. *Cancrum rectè ingredi doces.*

Καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις.

Ghy wilt den exter haer hippelen verleeren.

De eo, qui docet penitus indocilem, atque operam ludit,

7. *Mare exhauris.*

Θάλασσαν ἀντλεῖς.

D. Eraſmus hoc interpretatur, ut in eum competat, qui conatur, quod effici non poteſt. Noſtrates verò hoc adagio utuntur in vehementer bibaces, **Hy ſoude de Zee uytzincken.**

8. *Canes timidi vehementius latrant.*

Blaffende honden bijten niet.

Thraſonum eſt, turgidis minis dira moliri. At Chremes, ad rem gerendam promptior. Et Lacedæmonii verbis parciſſimi, virtute longè præcelluerunt. Nec Ajaci promptum fuit dicere: nec Ulyſſi bellare.

79. Ἀλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

At non Atridæ ſic eſt Agamemnoni viſum.

Iſſet goet of iſſet quaet / den hoofden dunckt
het noch geenen raet.

Ubi rem quidem fatemur honeſtam factu, verum diverſa placere iis, quorum libido plus valet, quam æquitatis ratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

80. Οὔτοι ἐγὼ θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Nullum ego ſum numen, quid me immortalibus æquas?

Ick ben Paus noch van ſulcken ſtaet/
Noch ick en geef geen Af-laet.

Ubi quis nos magnificentius, quàm pro merito, laud[at]
ſive tractat.

81. Μή τίς μοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Ne quis me à tergo fugientem cuſpide figat.

Verraders komen van achteren aen.

Hoc licebit uſurpare, cùm quis non detrectat apertu[m]
certamen.

82. Ἐξαύδα μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω.

Eloquitor, ne calato, quò norimus ambo.

Laet in uwen buyck geen Wolf waſſen.
Het komt ons beyde te weten haeſt wel te paſſen.

Si quem admonebimus, ut proferat doloris aut odii cau-
ſas, neque eas animo celet.

83. Ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Dentis clauſtra tui quæ vox elapſa reliquit?

Wat kalt ghy?

Ubi quis videbitur abſurdum quippiam dixiſſe: ſive cùm
verbum aliquod videbitur per imprudentiam elapſum.

84. Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμοῖο κάρη τάμοι ἀλλό-
τριος φώς.

Mox caput hocce aliquis mihi barbarus enſe recida[t].

De kop wil icker onder ſetten.

Hoc modo vulgus noſtris etiam temporibus dejerat.

85. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

Poſtquàm exempta fames, & amor compreſſus edendi.

De man is noch al doot.

Quoties invenimus non eſſe confabulandi otium, niſi priu[s]
placaverimus ſtomachum iratum.

86. ὅσα φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ.

Quot frondes, & quot ſunt verno tempore flores.

Soo veel als gras op 't velt.

Cùm admirandam hominum aut rerum multitudinem indicare volemus.

87. Γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι, ἀλλ' ἀγορηταὶ ἐσθλοί.

Jam ob ſenium bello emeriti, ſed dicere tantum Egregii.

Een out wagenaer / die het klappen van de ſweep noch geern hoort.

In ſenem qui ad rem gerendam jam ob ætatem inutilis, oratione tamen valet.

88. οὐκ καιρίῳ ὀξὺ πάγη βέλος.

At miſſum non tranſiit ad vitalia telum.

Ick bindt beneden mijn knie.

Si quando ſignificabimus nos ſcommate aut contumelia leviter commoveri, nec altius in animum demittere.

89. οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον.

Nullum equidem pretium cum vita confero.

Het lijf heet Valck.

Qui dicit omnia poſt habenda, quo vitæ conſulat.

90. Ἀγαθὴ δ' παραίφασις ἐστὶν ἑταίρου.

Bonus eſt affatus amici admonitoris.

Die my ſeet / dat my miſteet /
Het is mijn vrient / al iſt my leet.

Si quando dicemus amici munus eſſe, ut amicum ſi quid erret, liberius admoneat.

91. Καὶ βάλεν οὐδ' ἄρα μιν ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός.

Attigit, eque manu non irrita miſſa ſagitta eſt.

Hy heeft de Papegay af geſchoten.

In voti compotem, ubi quis aſſecutus eſt quod affectabat, captabatque.

92. Ἀνδρῶν δυσμενέων ἑκὰς ἱστάμενος πολεμίζειν.

Pugnare gnarus eminus ac procul hoſte.

Een hart man op een weecke kaes.

In timidum, & ita demum ferocem ſi procul abſit à periculo.

93. Ἀγροτέροισι σύεσσι ἐοικότες.

Similes agreſtibus apris.

Recht of ſy noch een lijf in de kiſt hadden.

In eos, qui gladiatorio animo atque cum vitæ contemptu aliquem impetunt, ut aut perdant alios, aut pereant ipſi.

94. Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως.

Non is multa quidem ſed arguitiſſima.

Luttel woorden / dan elck waſſer een.

In eum, qui pauca quidem, ſed tamen auditu digna loquitur.

95. Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

Qui ſcit præterita ac præſentia poſtque futura.

Die boven de aerde ende onder de aerde gaet.

Cùm indicabimus admirabilem rerum omnium cognitionem aut ſingularem prudentiam.

96. Τῷ μοὶ δούρατά ἐστι καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι.

Et mihi ſunt haſtæ teretes clypeique rotundi.

Ick ſal mijn kaes ende broot niet laten ontnemen.

Qui ſignificare volet ſe nequaquam detrectare certamen, ſed abundè ſuppetere, quo partes tueatur ſuas.

97. Τὰ δέ κεν Διὶ πάντα μελήσει.

Jovi fuerint hæc omnia curæ.

Hoe't vaert / Godt bewaert.

Germanicè de eo, qui fortunam experiri ſtatuerit, aut eventum negotii alicujus Deo committere.

98. Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

Eia eſtote viri, validaſque expromite vires.

Nu alleman een man.

Cùm

Cùm ad fortiter agendum, ferendumve adhortabimur.

99. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ βίη Ἡρακλῆος φύγε κῆρα.

Non vis Herculea fatum evitavit acerbum.

Tot alle dingh is raet / dan tot de doot alleen.

Qui dicet omnibus ex æquo moriendum, nec ullis viribus arceri fati neceſſitatem.

100. Γύμνος ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ᾽ ἔχεν ἔγχος.

Et clypeo ſimul & galea nudatus & haſta.

Heel Schip-heer te voet.

Sic hominem inermem & omnibus deſtitutum præſidiis indicabimus.

CHILIADIS TERTIÆ

CENTURIA IX.

1. Ὄφρ᾽ ἂν ἔγωγε ζωοῖσιν μετέω καί μοι φίλα γούνατ᾽ ὀρώρη.

Vivos inter agam, genibus dum fulciar hiſce.
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

Soo langh als mijn oogen open ſtaen / als ick ademtocht in 't lijf hebbe.

ID quod in vita perpetuum nobis futurum intelligi volumus.

2. Νῦν δ᾽ ἀθρόα πάντ᾽ ἀπότισε.

Nunc cuncta luet ſimul adglomerata.

Nu ſal de kerf-ſtock af gedaen werden.

Ubi qui diu multa patravit impunè, tandem ſemel dependit ſuperiora flagitia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

3. Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

Eſſe domi præſtat, quia damnoſum foris eſſe.

Ver van ſijn goet / nae by ſijn ſchaede.

Quoties ſignificabimus inutilè eſſe, ut quis diutius domo abſit, relictis poſſeſſionibus.

4. Οὐδὲ ἔοικε Δῆθα θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι.

Neque par eſt In divorum epulis ſediſſe diutius, imo ſurgere maturè decet.

Men behoort met groote Heeren niet langh ſpraeck te houden.

In rebus divinis attentum eſſe convenit magis quàm diuturnum.

5. Οὐκ ἂν ἔγωγε Ἄλλα παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ᾽ ἀπατήσω.

Non fucis diſſimulans decepero fictis.

Ick ſal u geen kluyten voor Turven tellen.

Quoties ſimpliciter & apertè nos dicturos ſignificabimus, neque quicquam nobis ineſſe doli.

6. Γηθόσυνος δ᾽ οὔρῳ πέτασ᾽ ἱστία δῖος ὀδυσσεύς.

Lætatus ventis pandebat vela ſecundis.

Men mocht het aen ſijn voormouwen ſien.
Hy liet de geck uyt de mouw kijcken.

In eum, qui poſtquam fortuna ſecundior affulſit, animos etiam effert.

7. Ὁ δ᾽ ἐχώσατο κηρόθι μᾶλλον.

Illi cor magis atque magis ſuccenditur irâ.

Hier over wil hy ſijn bloet drincken.

In eum qui ſecum indignatur.

8. Θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων.

Omnibus in rebus potior vir fortis & audax.

Stoute lieden hebben het derde deel van de Werelt.

Animi

Animi præſentia utilis eſt ubique, propterea quòd timiditas vel à conſcientia, vel ab animi parvitate videatur proficiſci.

9. Οὐ γὰρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο.

Non eſt improbior res altera ventre moleſto.

Daer gaet niet voor de noot van den aers.

Venter improbus interpellator, non ſinit unquam quempiam obliviſci ſui.

10. Δύζηλοι γάρ τ' εἰμὲν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώ-
πων.

Quippe homines plerique ſumus male ſuſpicioſi.

Al te licht heeftmen een quaet oogh.

Suſpicioſum eſt hominum vulgus, & pleraque malam in partem interpretatur.

11. Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων
Γίγνεται.

Ut nihil eſt patria propriiſve parentibus ulli Dulcius.

Het vogelken is geern daer het gebroet is.

Unicuique ſua patria jucundiſſima, quæcunque contigit.

12. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι.

Is mihi juxta inviſus ut atri limina Ditis.

Ick ben van hem verbaert/ als den Duyvel van het kruys.

Cùm dicemus nos vehementer à quopiam abhorrere.

3. Πλαγκτοσύνης δ' οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο
βροτοῖσιν.

Nil moleſtius, atque incerta ſede vagari.

Iſt Ooſt/ iſt Weſt/ t' huys iſt beſt.

Infeliciſſimum eſt incertis vagari ſedibus, quemadmodum faciunt ſemper ἀνέστιοι, peregreque viventes.

4. Ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι ὅττι διδοῖεν.

Poſſideat tacitus, ſiqua adſunt munera divum.

Laet hy muyſen ende mauwen niet.

Qui monebit ne quis jactet vel fortunæ munera vel naturæ dotes, hoc utetur verſiculo.

15. Εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε καὶ οὔατα καὶ πόδες ἄμφω.

Sunt oculi mihi, ſunt aures, geminique pedes ſunt.

Ick heb ſelfs handen ende voeten.

Qui negabit ſibi opus eſſe opera aliena.

16. Τέθλαθι κραδίη καὶ κύντερον ἄλλο πότ' ἔτλης.

Obdures anime, & quondam graviora tuliſti.

O paſſi graviora! dabit Deus his quoque finem.

Wy zijn al grooter Zee over gevaren.

Ubi quis præteritorum malorum recordatione ſeſe animam ad præſentium incommodorum tolerantiam.

17. Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

Scilicet accenſo domus eſt ornatior igni.

Een goet vyer aen den haert verciert een huys meer dan een becken in't middel-ſchot.

Primum domus ornamentum eſt, ut luceat focus.

18. *Capram cœleſtem orientem conſpexerunt.*

Ἀἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο.

Dici ſolitum in eos, quibus omnia feliciter, èque anim ſententia ſuccederent.

19. *Capra ad feſtum venies.*

Αἲξ εἰς τὴν ἑορτήν.

Ghy ſult ter pal komen.

Ubi quis commodè in ſuam perniciem ſe offert.

20. *Tinctura Cyzicena te tinget.*

Hy ſal u een kladde achter u rugh geven.

Dedecus hoc vocabant non eluendum.

21. *Tuum ſuffragium fuerit Colophonium.*

V ſtem ſal 't wech dragen.

Cùm ſignificabimus ſuffragium aut judicium alicujus plurimum in re quapiam valere. *Colophonem addere,* **De ſpijc-ker een hooft geven.**

22. *Ni-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

22. *Nihil aliæ civitates ad Crotonem.*

Μάταια τ' ἄλλα παρὰ Κρότωνα τ' ἄστεα.

Niemant heeſter een blat by.

Accommodatur ad rem aut hominem uſque adeò præcellentem, ut reliqui cum eo collati, nihil eſſe videantur.

23. *Canis panes ſomnians.*

Hy droomt van Schollen/ hy eet geern plat-viſch.
Hy droomt van 't Vercken/ hy eet geern beulingh.

Docet unicuique ea per ſomnium occurrere, quæ impenſè deſiderat.

24. *Æthiops non albeſcit.*

Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται.

Het is verlooren als het in 't gebeent is.
Een Ezel gaet uyt ſijn tret niet.

De iis dici ſolitum, qui ingenium non facilè mutaturi ſunt.

25. *Non ineſt illi dentale.*

Γύης οὐκ ἔνεστι αὐτῷ.

Hy ſal 't ſchaep niet bijten.

Dici conſuevit de quopiam ad rem aliquam parum utili.

26. *Per ignem incedis.*

Ἐν πυρὶ βέβηκας.

Ghy hebt een heet hang-yſer by de hant.

Hoc eſt, Verſaris periculoſo in negotio.

27. *Fortis in alium fortiorem incidit.*

Ἐσθλὸς ἐὼν ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν.

Hy heeft ſijn Meeſter gevonden.

Ubi quis nimium fretus ſuis viribus, aliquando nanciſcitur, à quo vincatur.

28. *Hydrus in dolio.*

Ὕδρος ἐν τῷ πίθῳ.

Daer is al een muys in 't meel.
Een ſplis in 't garen.

Cùm aliquid latentis mali in re aliqua eſſe ſignificamus.

29. *Dulce bellum inexpertis, expertus metuit.*

Γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος.

D'onbeſochte / d'onbedochte.

Accommodari poterit ad quodvis negotium multo cum periculo multiſque conjunctum malis, quod nemo velit capeſſere niſi juvenis & rerum imperitus.

30. *Tenedius homo.*

Τενέδιος ἄνθρωπος.

Die niet lacht dan alſt roſen ſneeuwt.

De Homine tetrico formidabilique aſpectu.

31. *Ithorus.*

Een rumoer-meeſter.

In eum, qui velut inſtigator hortatorque foret aliis.

32. *Animus heptaboëus.*

Θυμὸς ἑπταβόειος.

Een hupſe moet.

De forti, magnoque atque invicto dictum eſt animo.

33. *Semper Ilio mala.*

Ἀεὶ Ἰλίῳ κακά.

Hy heeft altijt een rouw of een ongeluck.

De vehementer calamitoſis & afflictis.

34. *Decernetur tibi equa Theſſalica.*

Ἐπικρινεῖ ἵππος Θεσσαλική.

Ghy hebt een Roomſche reys verdient.

De ſummo dicebatur præmio, propterea quòd antiquitus prima laus fuerit equarum Theſſalicarum.

35. *Habet.*

Hy is klaer.

Cùm obtigit alicui, quod expetivit, aut quo dignus eſt.

36. *Calliphanes.*

Een ſchoon toogh.

Qui cùm re vera nihil ſit, minimumque poſſit, ſumma tamen prima fronte promittit, atque mirum in modum ſeſe jactitat.

37. *Palpo percutere.*

Een ſijn kapʒoen met Hoy vullen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Palpo percutere dicitur, qui blanditur, ac ſpem inanem verbis injicit.

38. *Eximere è manu manubrium.*

Een roch voor ſtenen ſenden.
Een ſtock in 't wiel werpen.

Hoc eſt, Jam paranti facere quippiam, extorquere peragendi facultatem.

39. *Fungus eſt.*

Men ſoude hem wijs maken dat Paerde-ſtront vijgen waren.

Pro ſtupido atque impenſè credulo. Plautus:

Adeon' me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem?

40. *Suam quiſque homo rem meminit.*

Selfs is het beſte krupt.

Notat communem hominum morem, qui in alieno negotio dormitant, in ſuo quiſque vigilat & attentus eſt.

41. *In utrumvis dormire oculum.*

Godts water over Godts acker laten loopen.
Violen laten ſorgen.

Hoc eſt, animo otioſo, ſecuro vacuoque eſſe.

42. *Aſinus ad tibiam.*

Ὄνος πρὸς αὐλόν.

Een rechte Vabock.

Ubi quis ea, quæ ſcitè dicuntur, nec animadvertit, nec intelligit, nec laudat.

43. *E flamma cibum peteret.*

Om een ſtuck broots ſouwmen hem door een vier jagen.

Terentius in Eunucho dixit in paraſitum, qui ejuſmodi eſſet, ut vel è flamma cibum peteret, hoc eſt, qui quidvis cibi cauſa paſſurus eſſet, facturuſque.

44. *Reddam illum Harpocratem.*

Ick ſal maken/ dat hy Godt danckt dat hy ſwijght.

Pro eo, quod eſt, Imponam illi ſilentium.

45. *Eſt cedro digna locutus.*

Men ſouw het met goude letteren ſchrijven.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem.

46. *Ex Telemachi olla edes.*

Ghy ſult de hont in de pot vinden.

Telemachus Acharnenſis plerumque fabis victitavit. Unde hoc in ſordidos dicitur.

47. *Quæ dolent, ea moleſtum eſt contingere.*

Schurft wil niet geraeckt zijn.

Unuſquiſque invitus audit ſua incommoda objici, & maximè ea quæ ſunt cum aliqua infamia conjuncta.

48. *Aurum igni probatum.*

Ὁ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμασθείς.

Nobel goudt.

De eo cujus fides rebus adverſis explorata ſpectataque eſt.

49. *Lunam detrahit.*

Τὴν σελήνην κατασπᾷ.

Hy blaeſt in 't hooghſte gat.

Natum ab Aglaonice Hegemonis filia, quæ cum ob aſtrologiæ peritiam, lunæ defectus præſciret, jactabat ſe lunam è cœlo deducturam in terras.

50. *Leonis veſtigia quæris.*

Τοῦ λέοντος ἴχνη ζητεῖς.

Ghy ſoeckt de wolf.

Qui quod præferocibus verbis quærere ſe ſimulant, invenire tamen nolunt.

51. *Non una vehat navis.*

Οὐ μία ναῦς ἄγει.

Daer iſſer een heele parochye.

Men ſouder ſchijt-huyſen mede decken.

Quoties majorem hominum multitudinem ſignificamus.

52. *Pergræcari.*

Voor de billen ſlaen.

Quid hoc ſit, Plautina hæc ſatis indicant.

Dies noctesque bibite, pergræcamini,

Amicas emite, liberate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.

53. *Ne ligula quidem dignus.*

Κορδύλης οὐκ ἄξιος.

Niet een oly koeck weert.

De homine nequam & nullius pretii.

54. *Cereri ſacrificabimus.*

Wy ſullen petreren met een koel kuytken.

In hujus Deæ ſacris nefas erat vinum inferre.

55. *Piſcis nequam eſt, niſi recens.*

Een gaſt ſtinckt op den derden dagh.

Dicitur peculiariter in hoſpitem, aut vulgarem amicum, qui primo quidem adventu non ingratus eſt, cæterum ante triduum exactum putet.

56. *Nil homini amico eſt oportuno amicius.*

Vrientſchap op ſijn tijdt gedaen/
Is een man ſeer aengenaem.

Gratiſſimum eſt officium quod præſtatur in tempore. Plautinum eſt.

57. *Aſinum in rupes protruſi.*

Ick hebbe hem laten loopen voor den Duyvel.

In quoſdam perverſo ingenio, qui cùm ipſi non ſapiant, nolint tamen bene conſulentum monitis obtemperare.

58. *Poſticâ ſannâ te ridet.*

Hy ſteeckt u de guych na.

Perſius *Poſticam ſannam* clancularium vocat irriſionem, à geſtu aliquem à tergo ridentium.

59. *Rhypocondylus eſt.*

Hy is ſoo vuyl/ hy ſou ſijn eygen dreck wel eten.

In ſordidos atque impendio parcos.

60. *Laudant ut pueri pavonem.*

Sy prijſen 't / maer de voet wil in den buydel niet.

In avaros, qui carmina laudant duntaxat, nihil autem largiuntur Poëtæ.

61. *Emori riſu.*

Doot lacchen.

Pro vehementer ridere.

62. *Hip-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

62. *Hipparchi murus.*

Ἱππάρχȣ τειχίον.

Het heeft even ende oneven gekoſt.

De re quapiam, quæ conſtaret magnis impenſis.

63. *Samiorum mala metuis.*

Τὰ Σαμίων ὑποπτεύεις.

Ghy vreeſt voor't achterſte.

Ghy meynt altijdt dat ghy verraden zijt.

Dictitatum de iis, qui metuerent proditionem.

64. *Cautus enim metuit foveam lupus, accipiterque*
Suſpectos laqueos, adopertum milvius hamum.

Hy gruwt voor de Galgh.

In eos, qui non ex animo, ſed mali metu ſeſe continent à maleficio.

65. *Tacitus paſci ſi poſſet.*

Kon hy muyſen ende maeuwen niet.

In eos quadrat, qui ſi quid bonæ rei nacti ſunt, continuò jactant oſtentantque, atque ad eum modum efficiunt, ut al i tum obſiſtant, quò minus ejuſmodi plura commoda nanciſcantur, tum quæ nacti ſunt, intervertant.

66. *Clavam extorquere Herculi.*

Den Baers gallen.

Qui ſibi vendicare conatur, quod alius jam potentior occupavit.

67. *Mulierem ornat ſilentium.*

Γυναιξὶ κόσμιον σιγὴ φέρει.

Luttel ſpreecken ende ſtil te ſwijgen/
Doet een vrouw veel eere krijgen.

Mulier animal naturâ loquax nullâ re magis cohoneſtatur, quàm ſilentio, maximè apud viros, cùm de rebus ſeriis agitur.

68. *Imitabitur nepam.*

Hy ſal hem beteren als ſuyr Scherp-bier op den tap.

In eum, qui in deterius uſque degenerat.

69. *Quod alius condivit coquus, aliter condiam.*

Ick ſal 't rabat gaen verſtellen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
187 N 17

